

Dei p[re]ciosissima Comp[agnie] de Jesus de Granada  
Be.

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE GLORIA LIBRL V.

AD IOANNEM TERTIVM  
LVSITANIAE REGEM.



B I L B A O.

Excudebat Mathias Mares.

1578.  
Impensis Petri Landri, bibliopolae.

L13

Del Ateneo de la Comp<sup>a</sup> de Jesus de Granada  
Bz.

HIERONYMI  
OSORII L VSITANI  
DE GLORIA LIBRI. V.

AD IOANNEM TERTIVM  
LVSITANIE REGEM.



B I L B A O.

Excudebat Mathias Mares.

1578.

Impensis Petri Landri, bibliopolae.

CENSURA MAGISTRI FRA-  
tris Ioantis de la Vega, Ordinis  
sanctissimæ Trinitatis.

**I**N Hieronymi Osorij libros de Gloria & Nobilitate, Senatus Regius censuram meā opponi iussit: quibus visis, omni labore, nudos iudicauit: grauiter enim, catholicè ac eleganter differuerit, quæ ad nobilitatis gloriæque iudicium attinent. Cuius voce musas locutas, (vt de Xenophonte) referre possumus: ita ut non solum suæ ætatis, sed prisci seculi Rhetores antecelluerit. Cuius scripta prælio dignissima, Reipublicæ non parum utilitatis afferant. Madriti, apud Sacre triadis cenobium quarto idus Maii M.D.Lxvj.

Frater Ioannes de la Vega  
Theologus doctor.

**D**ON Philippe por la gracia de  
Dios Rey de Castilla; de Leon,  
de Aragon, de las dos Sicilias, de  
Jerusalen, de Nauarra, de Grana-  
da, de Toledo, de Valencia, de Ga-  
llia, de Mallorcias, de Sevilla, de Cerdania, de  
Cordoua, de Cortega, de murcia, de Iaen, de  
los Algarues de Algezira, de Gibraltar, Con-  
de de Flandes, y de Tirol, &c. Por quanto  
por parte de vos Mathias Mires Impressor de  
libros, vezino de la villa de Bilbao, nos fue  
hecha relacion, diciendo que queriades im-  
primir un libro intitulado Osorio de Nobili-  
tate, & Gloria, por ser el libro prouechoso y  
necessario, y auctor falta dellos, nos suplicastes  
os diessemos licencia para ello, o como la nue-  
stra merced fuese. Lo qual visto por los del  
nuestro Consejo, y como por su mandado se  
hizieron las diligencias que la Pragmatica por  
nos nuevamente hecha, sobre la impresion  
de los libros dispone. Fue acordado que de-  
nuiamos mandar dar esta nuestra carta, para  
vos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por  
bien, y por la presente os damos licencia y fa-  
cultad, para q por esta vez podays imprimir  
el dicho libro, que de suyo se hazeencion,  
por el original que en el nuestro Consejo se  
vio, que ya rubricado y firmado al cabo de

Pedro

Pedro de capata del Marmol, nuestro Escri-  
vano de Camara de los que en nuestro Con-  
sejo residen. E con que antes que se venda, se  
trayga al nuestro Consejo, juntamente co el  
dicho Original, para que se vea si la dicha im-  
pression està conforme a el, y se os tasce el pre-  
cio que pór cada volumen quieredes de auer.  
So peni de caer e incurrir en las penas conte-  
nidas en la dicha Pragmatica y Leyes de nues-  
tros reynos. de lo qual mandamos dar y di-  
mos esta nuestra carta sellada con nuestro se-  
llo, y librada por los del nuestro Consejo,  
hada en Madrid, a doze dias del mes de Abril  
de mil y quinientos y setenta y ocho años.

El Licenciado Fuen Mayor. El Licenciado  
Juan Thomas. El Licenciado Rodrigo Vaz  
quez arze. El Doctor Francisco de Auedillo  
El doctor Aguilera. El Licenciado don Lope de Guzman.

Yo Pedro de capata del Marmol Escrivano  
de Camara de su Magestad la fizie escriuir  
por su mandado, con acuerdo de los del su  
Consejo.

ILLVSTRI ET SAPIEN  
TISSIMO VIRO D. D. IOAN-  
ni Calderon, clarissimæ Academiacæ Complu-  
tentis Rectori dignissimo, Simon  
de Acuña Lusitanus, in eadem A-  
cademia collega Physicus,  
nec honi typicæ offici  
næ castigator.  
S.



V M superiorib⁹ apnis (Rector  
Illustris) amplissimæ huius Aca-  
demie beneficio, que me simul  
ac primum ad cā perueni, benign  
issime complexa est, in celebre  
anno linguarii collegio, summo otio & quiete  
humanitatis studijs operam impenderem;  
pulcher imum hoc eloquentissimi viri Hiero-  
nymi Osorij opus de Nobilitate & Gloria  
annidissime perlegi: cuius suauissima lectio-  
ne cum mirifice fuisse recreatus, non potui  
non agre ferre tantam esse horum librorum  
penitram, vt rarissime quidem aut feje nun  
quam hic importarentur. Qua ex causa cū  
non mediocriter esse solitus arderemque  
desiderio incredibili, vt eo authore, cuius om-  
nes diuinam dicendi vim, inaudito quodam  
lepoore

eposq; & venustate afflqet admiraretur, mag-  
na nobis cū voluptate, aliquādo frui siceret:  
mecum statim cogitare cœpi, quā rationē ini-  
rem, vt desiderium hoc nostrum posset expli-  
ri, & tot studiosorum hominum votis cumu-  
latris imd satisficeret. V eiūm cū id quod tan-  
topere exoptabam, nequaquam tunc pro-  
cessisset, eram enim in h̄c nostra Academia  
insolens, neque cum ijs, qui hoc negotium  
suscipere potuerent: aliquo necessitudinis  
vinculo coniunctus: eā tune temporis curam  
ita abieci, vt quoties nobis oblata esset occa-  
sio, ingenui huias desiderij minime obli-  
visceremur. Accidit postea procedente  
tempore, vt laboriosam hanc, corrigendi li-  
bros qui encis formis mandantur, pronin-  
ciam susciperem: quamobrem cū id quod  
toties concupieram, tunc expleri posse consi-  
derem: Matthias Marés virum optimum, &  
publicæ utilitatis studiosum, omnibus quo-  
tidie preciis orare & obtestari non cessar-  
bam, vt hoc p̄æclarum opus de Gloria &  
nobilitate, suis impensis in publicum vsum  
& emolumentum excuderet. Quid cū  
ille mihi principio denegasset, multisq;e  
subinde rationibus aperiusset, parum sibi ex-  
 ea re lucri, detrimenti vero non patum ostendacere  
humanitatis studia: neque quem-  
¶ iiiij quam

quam esse, qui ad politiorem literaturum animum appelleret: quin potius eo dementiae vetum esse, ut iam qui latine sciunt, ab ijs, quibus nihil nisi barbarie conspurcatum placet, irrideantur: iusta tamen non destiti, donec diuinis potius aspicijs, quam dubia & ancipiit forte, dignissimus Complutensis scholae & gubernator renuciatus es. Ibi enim quasi redintegrato animo, instauratisq; viribus, obstinatam hominis voluntatem blandis denuo sermonibus & precibus alicere & delinire coepit: tanta enim mihi argumentorum leges, dicendique materia, te huius literariae reipublicae moderatore, oblata est, ut faciliter cum de pristina sententia dimouerim, & ad huius elegantissimi libri editionem induixerim. Nam omisisse sanctissime Theologie studijs, religiaq; liberalium artium absolutissima cognitione, in quarum profecto scientiarum praestantia ita publico omnium cōsensu excellis, ut nemo te vel differendi acumen, vel iudicij maturitate exuperet: ita coram illo egregiam animi tui in humanitaris studia propensionem pro virili parte declarauit, & mirificos quos in eloquentia progressus habes, aperui, ut illi tandem persuaserim, te non ex eorum esse numero qui sermonis ornatum, differendique elegantiam fastidiosē contemnunt: sed

cum

cum potius qui id semper studueris, ut cum grauioribus disciplinis politiores etiam literas copulares. Huiuscē verò rei nobis illud in dicio esse potest, quod vbi primum amplissima hæc nostra Academia moderandi & regendi sui potestatem tibi quasi quasdam habendas tradidit, id statim sedulè curasti, ut in singulis collegijs ounes latine loquerentur: darentq; operam, ne id oscitanter & barbare, sed accuratissime potius ornateq; prestarent. Potuit ne certius aliud argumentum, magisque perspicuum signum tui erga bonas literas animi desiderari? Haud dubie enim nobis declarasti, quid de humanitatis studijs sentires, quantumq; in illis excellere gloriosum esse duceres, cum ijs omnibus quorum tibi cura commissa est, quicquid eos vel in suis disputationibus, vel in domesticis colloquijs dicere op̄tereret, latino sermone exprimere præcepisti. Praclare tu quidem (ut cetera) ut sapientissime, id faciendum curasti: non enim ignorabas, perinde verba omnia, que nostrorum cōceptuum veluti quadam instrumenta sunt, concinna ornata, que esse debere, relque ipsas omnino exprimentia, ut artificium etiam instrumenta suis operibus persicis dis accommodata esse oportet. Quid enim obtusa serra & dolabra faber lignarius, quid

v

auri

autifex male concinnato cœlo, quod spectan-  
tium oculis pulchrum videatur, efficere un-  
quam poterit? Hæc cum ipse mecum perpen-  
derem, videremque, te non solum id pugna-  
re, vt omnes in gyrum rationis ducantur, in-  
tegreque & honeste vivant (in hoc enim tua  
potissimum cura desudat) verum eniti etiam  
summa opere, vt adolescentium animi optimis  
disciplinis excolantur: elegantem hanc Hic-  
ronymi Oforij disputationem de Nobilitate  
& Glorio, addito à me locupletissimo in dice  
excedendum erupui. Ab hoc enim authore  
non solum sermōnis ornatum, verborumque  
venustatem petere licet, sed grātissimas etiā  
sententias à līmpidissimo Christiana religio-  
nis fonte decerpas, & splēdissimis orationis  
luminibus illustratas. Is enī ita proximè ad  
diuinam illam Ciceronis facūdiam accessit,  
vt eodem sermē orationis filo, simili verbo-  
rum lepore & elegancia exculto, vñus hisce tē-  
poribus videatur: vñque adeo, vt loco ipsius  
Ciceronis publicē(ni fallor) legi possit, cū  
& verbis illi pene sit par, sententiarum ver-  
pondere & grauitate(ut quæ à Christiana re-  
ligione fuerint exhaustæ) longè superior. Ex  
eipe igitur benigna fronte Rector Illustris,  
exiguum hoc nostri in te animi & obseruan-  
tia specimen: quod si(yt spero)tibi non om-  
nino

nino ingratum fuerit, & ea qua soles humani-  
tate & fauore, eum qui suis expensis in com-  
munē omnium utilitatem hoc opus exudit,  
prosequare, ad similia illum & maiora in dies  
excedenda, quasi quibusdam admotis faci-  
bus, incitabis: & Academiam istam bonorum  
librorum supellecili locupletabis. Vale.

AD CLARISSIMVM VIRVM  
Hieronymum Oforium Simonis de Aeu-  
nia Lusitani Epigramma.

Gloria dum proprio per te depicta colore,  
Ostendit laudis stemmata vera sua;  
Aeternum. Ofori, queris tibi nomen, & ipsa  
Te vere exornat gloria, quam celebras.  
Nobilitas et iam viris quam laudibus ornas,  
Nomen & ipsa tuu nobile ubique facit.  
Quid dum iustitia describis munera vera,  
Donee etiam iusta tu quoque laude viges?  
Sic etenim res nomina rebus, sic nomina rebus  
Excolis, et suau melare cuncta replos,  
Sic veneres omnes dicendi amplecteris, ut te  
Non neget esse sibi Tullius ipse parem.

**INDEX LOCV  
PLETISSIMVS RE  
RVM OMNIVM, QVAE  
in libris de Gloria scitu dignè  
reperiuntur, alphabeticò  
ordine accuratisi  
mè digestus.**

A

- A** Chilles Chironi crudelius traditur. 87.pa.1
- Achilli optio data. 91.pa.1
- Achillis iracundia, & furor. 48,& 114.pa.2
- Ægyptij, tacerdotes suos metiscè colebant. 87.pa.2
- Affectiones animorum in quem ysum nobis date. 2.pa.2
- Africanus superior carpitur. 74.pa.2
- Alacis furor, & impotentia. 48,& 114.pa.2
- Alcibiades gloriae auditi simus. 48.pa.1
- Alcibiadis studium, & seuerus & constans videtur. 82.pa.2
- Alcibiades intemperans. 115.pa.1.
- Alexander. 16.& 43.& 48.& 115
- Ambitio. 46.pa.2.& 38.pa.2
- Annibalis amentia Carthaginem delerunt. 36.pa.2
- Annibal quo modo à Silio describatur. 46.pa.2
- Annibal stupendus potius, quam gloria dignus. 114.pa.2
- Animorum cultus duplex. 77.pa.2
- Anima virtute florentes, clarissimi dei nunaen & bonitatem.

INDEX:

- tem in omnium oculis constitutunt, quam totius orbis fabrica admirabilis. 125.pa.1
- Animus multis signis seipsum prodit. 82.pa.2
- Animi monstrum. 135.pa.1
- Arifides. 22.pag.1
- Arifides quid contegnebat, plausum vulgi contemnens. 89.pa.2
- Aristoteles, 65.& 60
- Affyrorum mos in locandis puellis in matrimonium. 18.pa.1
- Aureum genus hominum cur sic appellatur. 19.pa.1
- Aureæ veratis bona. 29.pa.2
- Authoris in hac disputatione consilium, & mens. 3.pa.2
- Autolycus apud Homerum ob periurium celebratur. 17.pa.3
- B
- Barbaræ nationes que homines immolabantur. 18.pa.1
- Bona quæ stipientes eo nomine digna censebant. 11.pa.1
- Bononia laus. 5.pa.2
- Brutus. 49.pa.2
- C
- Cambyses quid apud Xenophontem cum filio loquatur. 85.pa.1
- Cambyses apud Xenophontem quid de laudis suavitate dicat. 94.pa.1
- Carnades oratio improbatur. 101.pa.1
- Carnades apud Romanos disputat. 43.pa.1
- Causas rerum cognoscere, quid virilitatis afferat. 34.pa.1
- Census quanta ob causam in repub. fuerit institutus. 107.pa.1
- Christi

## INDEX.

- Christi opti. max. humilitas. 51. & 52  
 Christus gloriam contemnendam esse, non statuit. 121. pa. 1  
 Christus suos discipulos laudis facibus ad virtutem inflamarat. 122. pa. 1  
 Christus quid praecipiat, cum docet ut praelari munera obiecte, oculos hominum virem. 17. pa. 1  
 Christus nos ad gloriam inflamat, cum ait, ut invitari possemus locum deligamus. 127. pa. 2  
 Christus optimus maximus viam aperuit ad verae laudes & gloriae claritatem. 136. & 137  
 Christi doctrina soli compatatur. 137  
 Christi gloria, dum morte sua genus humanum ex mortis saecibus erupit. 138. pa. 1  
 Christi ope vera gloria hominibus innotuit. 189. pa. 2  
 Christi hominis munus. 143. pa. 1  
 Christianorum flagitia quodammodo in Dei contumeliam redundant. 124. pa. 2  
 Christiano homini laus expectanda est. 122.  
     & 124  
 Cimon, 22. pa. 1  
 Cuitas quae beata. 94. pa. 2  
 Crucis amplitudo & dignitas. 138. & 139  
 Cymbæ nauis oneraria velis instructæ, comparantur qui nullis suis meritis, in honore sunt. 115.  
 / pagina 2  
 Cyrus rex Persarum. 51. pa. 2  
 David

## INDEX.

- Duid laudis studiosus. 118. pa. 2  
**D** Duid gloriam, qua erat cumulatus, in Deum auctorem referebat. 120. pa. 2  
 Duid de humanarum rerum vanitate quid sentias 134. pa. 1  
 Dedeceus peccata est, quam Deus in impios statuit. 120. pa. 1  
 Dedeceus exhortare maximos fructus parit. 91. pa. 2  
 Demea Terentius. 83. pa. 1  
 Demosthenis exclamatio dum Athenarum arcem respiceret. 31. pa. 1  
 Demosthenes gloriae cupidus. 16. pa. 1  
 Decorum intereste conuiuis quid. 33. pa. 2  
 Dion. 22. pa. 1  
 Dionysius superior. 69. pa. 1  
 Discordie ciuilis damna. 24. pa. 2  
 Divites appellabantur primarii viri apud Hispanos 49. pa. 1  
 Doctrinam & literas, semper comitatur humanitas & lenitatis. 6. pa. 1  
 Dolor rectus, qui appelletur a Platone. 92. pa. 1  
 Duelli elegans descriptio. 52. & 54.  
 Duellum improbatur. 111. pa. 2

## E

- E** Gestas pauperum, & potentium insolentia, 29. pa. 2  
 quae damnata afferant. 29. pa. 2  
 Ephesiorum scelus in Hiermodorum 21. pa. 1  
 Esuinalius Virgilianus. 59. pa. 2

## F

- F** Abius maximus leuem & inanem famam aspernabatur. 89. pa. 2

## INDEX.

- Felix qui habendus. 34. pag. x  
 Fernandus princeps lusitanus. 70. pag. x  
 Ferrea gentis mores. 20. pag. 2  
 Fidei, cur Romani templa exerentur. 101. pa. 1  
 Fortitudine quæ sit, & quis fortis sit dicendus. 110.  
     pag. 1. & 2  
 Fortitudo ab audacia & temeritate distinguatur. 44  
     pagina 1.  
 Fortitudinis munus in animis, quod sit. 44. & 45

## G

- G**igantes cur à poëtis, bellū dijs intulisse, dicti sint  
 132. pa. 2  
 Gladiatores Romani. 111. pag. 2  
 Gloria quid. 65. & 141. 98  
 Glorie definitio. 16. pag. 2  
 Glorie etymologia. 14. pa. 2  
 Glorie cupidi à quibus rebus timent. 12. pa. 2  
 Glorie pessimis artibus comparatur aliquando. 13.  
     pagina 2.  
 Glorie cupidi qui appellandi snt. 15. pa. 2  
 Gloria qua in re sita sit. 16. & 58. pagi. 2  
 Gloria laus. 9. pa. 1  
 Glorie vituperatio. 11. & 12  
 Glorie studium quantum fructum afferat rebus hu-  
     manis. 91. pagi. x  
 Glorie cupiditas quod mala importet. 34. & 35. &  
     51. & 54  
 Gloriā, fugientem sequi, quid sit. 89. pa. 2  
 Glorie cupidos virtute inniti oportet. 90. pa. 1  
 Glorie prudentia non repugnat. 95. pa. 2  
 Glorie iustitia non aduersatur. 96. pa. 2  
     Gloria

## INDEX.

- Glorie cupiditas pugnat cum iustitia. 44. pa. 1  
 Gloria, nō quæcumque admirabilia, digna snt. 97. p. 1  
 Glorie causa aliquid gerentes, cur glorie cupidita-  
     tem occultant. 35. pa. 1  
 Glorie pugnat dum temperantia. 46. Pag. 1  
 Glorie cupiditas magnanim⁹ dici nō debet. 45. pa. 2  
 Glorie cupiditas cœtus angelicos de cœlo deturba-  
     nit. 50. pa. 2  
 Glorie cupiditas primum parentē afflxit. ibid.  
 Glorie contemptio fundamentum est Christianæ di-  
     sciplinae. 51. pa. 1  
 Gloriam abicere nefarium & impium. 128. pa. 1  
 Gloria Christianæ pietati contraria. 52. pag. 2  
 Glorie cupiditas cum Christiana disciplina copula-  
     ta est. 118. pagina x.  
 Gloria in diuinis muneribus habenda. 120. pa. 2  
 Gloria ad alias virtutes comparatio. 122. pa. 2  
 Gloria, quā Christi precepta tollit, quæ sit. 125. pa. 2  
 Glorie iumanis vituperatio. 126. pa. x  
 Gloriam optate, tam homini naturale est, quā cœlo  
     in orbem verti. 130. pag. 1  
 Gloriam inanem, quā sit; vi homines etiam ingenio  
     elari, pro vera conscientia. 136. pa. 1  
 Gloria eorū, qui p. patria morte oppetiuerūt. 138. p. 2  
 Glorie cupidi à Christo opt. max. illam hauriant,  
     necessè est. 139. pa. 2  
 Gloria quos verè dignos cœscimus. 140. & 141  
 Glorie celestis magnitudo & similitas. 146. p. 1. & 2

## H

- H** Anno Carthaginensis 36. pa. 1  
     Hannonis & Annibalis discimen. 96. pa. 2  
     Hectog.

## INDEX.

- Hector Polydajmantis confinū respuit. 36. pa. z  
 Hector cur maiori laude afficitur, quād Polydamas. 96.  
 Hermocrates. 22. pa. x  
 Hesiodi carmina de ætate aurea. 19. pa. x  
 Hispania optimares cur diuites appellari. 107. pa. z  
 Historici nostri temporis. 60 pa. z  
 Homerus & poetae nō in omnibus audiēdi. 71. pa. z  
 Homeri laus. 161. & . 162  
 Homines flagitosi etiā à suis odio habētur. 66. p. z  
 Homines flagitosi cur luce & virtutē oderūt. 80 p. z  
 Homines simplices & aperti contemnuntur. 37. pa. z  
 Homines quibus rebus efferti soleant. 132. & . 133  
 Homines pro vera gloria quomodo fucatam attri-  
     piunt. 132. pa. z  
 Homines à Deo scīuntē quibus in malis versen-  
     tur. 130. pa. z  
 Homo quibus bonis afflueret, si inflorentissimo in-  
     nocentie stato permanēsset. 130. pa. z  
 Hominis causa, quæcunque oculis cernimas, effecta  
     fuit. 129. pa. z  
 Honestas quantum valeat. 140. pa. z  
 Humanæ nature excelestia. 129. pa. z  
 Humanitatis nomen ad maximarū artium faculta-  
     tem ritè traductum. 6. pa. x  
 Humilitas. 141. & 142  
 Humiliū sletus diuinæ virtutis argumētū 145. pa. z

## I

- I Eremias ignominiam impijs Iudeis minatur.  
 120. pa. i  
 Imago Dei in mente nostra cernitur. 129. pa. z  
 Imitatores stulti. 107  
 Im-

## INDEX

- Impudentia fecit & diritas. 121. pa. z  
 Ingenium exceleas & honestis artibus ex cultum  
     reip. salutare. 33. pa. x  
 Inscitia vulgi. 82. pa. x  
 Inuidia. 80. & 94  
 Iudices in rerum contētionibus quales quāri solent  
     31. pa. z  
 Instricæ laus. 97. & 99  
 Ixionis congressus, cum' nube Iunonis speciem re-  
     férēte, quid designat. 135. pa. x

## L

- L** Aus hominibus etiam insimis, in suis artibus  
     tribuitur. 16. pa. z  
 Laus leue & meretrici etiam tribuitur. 17. pa. x  
 Laude & gloriæ omnes ducuntur. 1. pa. i. & z  
 Laudi stadium non vituperandū. 3. pa. i & z  
 Laude digni qui sint. 113. pa. z  
 Laude nihil maius Deo offerte possumus. 103. pa. z  
 Laus non aliunde est exquirenda. 107. pa. z  
 Laudis fructus, non laus ipsa nobis proponenda. 127. pa. z  
 Lex à Demostene definitur. 78. pa. z  
 Legis insta Aristotelem definitio. ibidem.  
 Legislatoribus diuini honores habiri. 78. pa. x  
 Leges quomodo imposta, & quibus, & carum  
     virilis. 76. & 77. & 78  
 Leges medicinae comparantur. 77. pa. z  
 Legum bona, & quibus imposta. 26. & 27  
 Libidinis efficiatio. 28. pa. x  
 Lustanorum nautigatio. 93. pa. x  
 Lycurgo maximi honores cur apud Lacedæmonios  
     \*\* iii decreti

## INDEX.

decreti.	78. pa.z
Lyd' pueras suas, ex corporis vulgati quæstu, dote quærere cogebant.	18. pa.z
Lylander.	49. pa.z

## M

<b>M</b> Agnum & parvum sine comparatione intelli- gi non possunt.	141. pa.z
Maris turbati fluctibus hominum vani honores cō- parantur.	133. pa.z
Medea Euripidis.	68. pa.z
Mercurij dol & furta.	17. pa.z
Niltiades.	74. pa.z
Mos loco regis habetur.	78. pa.z
Moles Hebreum populum, lande proposita, ad amo- rem pietatis excitat.	118. pa.z
Moses ostédit gloriam esse diuinū beneficium.	120. pa.z
Munus regium.	20. pa.z
Muiae apud Hesiodū de qua re glorioruntur.	17. pa.z

## N

<b>N</b> atura nihil nobis non aptissimum largita est.	z. pa.z
Nero.	69. pa.z
Nobilium & plebis dissensio in Romano populo.	30. pa.z

## O

<b>O</b> pibus affluere non laudabile, sed potius virtute excclere.	109. pa.z
Opinio quid.	15. pa.z
Opinio popularis comes stultitiae & temeritatis.	37. pagina z.
Opiniones, no omnes dubie sunt & incertæ.	66. pa.z

## INDEX.

Oratio ad claros viros, qua corum prius habite ora- tioni respondetur.	103. pa.z
Oratio clatorum hominum pro se,	39. pa.z
Ostracismus.	22. pag.z

## P

<b>P</b> aulus & Petrus, quos instruebant, laudis suauita- te ad virtutem incitabant.	127. pa.z
Panpetras quan lo ignobili..	202. pa.z
Panfanias.	49. & 59 & 115.
Periarum mos indecorandis Magis.	87. pa.z
Petrus cur adhortatur Christianos, ut sic inter gen- tes vivant, ut omnibus admiratione commoueat	125. pa.z
Phœdra Euripidis,	68. pa.z
Philippus Macedonum rex,	43. pa.z
Philosophia studium vulgo spernitur.	33. pa.z
Philosophi, qui ad ostentationem trumperunt, virtu- perandi.	13. pa.z
Philosophicū suos auditores ad glorie contempcio- nem instruebant.	16. pa.z
Philosophi, qui gloriam despicerunt, quare id fecer- int.	60. pa.z
Philosophorum antiquorum deliramenta.	134. pa.z & z
Phocion.	74. pa.z
Plato instar omnium existimatus.	16. pa.z
Platonis ihdicium de laude,	60. pa.z
Platonii diuinī honoris habiti à Dionysio.	69. pa.z
Plato quam Reipub. beatam iudicabat.	89. pa.z
Plato timorem diuum quæm appellat.	92. pa.z
Plato quem beatum appellabat.	92. pa.z
	* * iiiij
	Plato

## INDEX.

- Pláto omnem vita dignitatem in animi moderatio  
ne ponit. 115. pa. 2  
 Pláto, supplici animo Deum esse venerandū collig  
g et omnibus, qui laudē caram habeat. 116. pa. 1  
 Poetæ. 60. & 109. & 161  
 Poetæ, cureos quos ornate volebant, faciebat deo  
rum familiares. 73. pa. 2  
 Populus quid sit. 72. pa. 1  
 Populi armentia & leuitas. 12. pa. 1  
 Populi iuores. 21. pa. 2  
 Populi voluntas & existimatio leuis. 36. pa. 2  
 Populus consilio caret. 26. pa. 1  
 Populus bestiæ immani, vinculis constrictæ. com  
paratur. 27. pa. 1  
 Populus quantum cupiat legum vinculis liberari  
comparatur. 28. pa. 1  
 Populus noctue & draconis comparatur. 31. pa. 1  
 Popularis qui dicendus. 31. pa. 2  
 Populi gratiam auctorati, quantum noceat viri in  
genio praestabilitibus. 33. pa. 1  
 Populus in dignoscenda vera virtute, quibus com  
paratur. 135. pa. 2  
 Populus laus. 72. pa. 1  
 Populus non ingratius & improbus in bonos ciues.  
74. pa. 1  
 Populi virtus elucet, etiam dum Tyrannos hono  
ribus afficit. 79. pa. 1  
 Populus Tytannis infestus. ibidem.  
 Populus cur vitia virtutum nominibus occulter.  
79. pa. 2  
 Príamus Agaménonem, & alios Græcos principes  
laudat. 68. Pa. 1  
 Primi parentis ornamēta, & cur illis fuerit priuatus  
129. & 136

## INDEX

- Principum numero qui ascribendi. 23. pa. 1  
 Principum & plebis mores 23. pa. 2  
 Prudentia definicio. 36. pa. 1  
 Prudentia munus. 95. pa. 2  
 pudor & verecundia quid sit. 91. pa. 1. & 2  
 Pulchritudo animi. 63. pa. 2  
 Q Vintiliani iudicium de puerorum optima  
indole. 19 pa. 1  
 R Eges, cur se iustos appellati, non magnopere  
expetunt. 43. pa. 2  
 Romanorum laus & mores. 29. pa. 2  
 Romanorum justitia. 100. pa. 2  
 Romani in Græciam mittunt. ad leges ab illis  
exscribendas. 78. pa. 1  
 Romani Hetruscami disciplinam in summō hono  
re habuere. 87 pa. 2  
 Romanorum exitium unde ortum habuit 101. pa. 1  
 Romulus in frusta discepitus. 49. pa. 1  
 S Ancti Virt infamiam pertimescebant. 120 pa. 2  
 Sapientes & insipientes in virtutibus approbatione  
qui differant. 82. pa. 1  
 Sapientes viri & graues, cur non sint de fama & glo  
ria solliciti. 89. pa. 2  
 Sapientes apud omnes nationes máximo in honore  
fuerunt. 87 pagina. 1  
 Sapientis homini piastantia & munus. 142. pa. 1  
 Sapientia munus. 15. pagina. 1.  
 Satan qnibus modis nos circumueniat. 132. pa. 1  
 Scriptores sancti, cur nobis sanctorum hominum i  
magines

## INDEX.

- magines expressas reliquerint. 123. pag 2  
 Scytarum mos in immolandis hominibus. 18. pa. 1  
 Simonidis epigramma in spartiatas. 77. pa. 1  
 Sinae, & eorum mores. 88. pa. 1  
 Si Syphus, Autolycus, & Vlysses de qua re laudari.  
 Socratis mos. 71. pa. 2  
 Socrates apud Platonem yniuersam ciuitatem in  
tres partes diuisiit. 20. pa. 2  
 Socrates quam viam ad gloriam certam esse statue-  
bat, 84. pag. 1  
 Solon. 78. pa. 1  
 Solomon de gloria quid senserit. 119. pa. 2  
 Solonis querella deplorantis fuorum ciuium infa-  
niam. 29. pa. 1  
 Speculo radijs solaribus illustrato, comparantur me-  
tes Christo opt. max. radijs illuminatae. 140. pa. 1  
 Studia sapientiae ab eorum etiam cõtemptoribus ta-  
citate laudem extorquent. 86. pag. 2  
 Studia plena laboris, & inania voluptatis, que sint. 8. pa. 1  
 Superbi minuto & angusto sunt animo. 142. & 144  
 T

- Tamberlanus. 97. pa. 1  
 Telemachus à Pallade in incenditur, ad penas  
deprocorum perulauctia repetendas, 59. pa. 1  
 Temperantiae laus. 113. pa. 2  
 Temperantiam, nemo flagitosus & insipiens assimu-  
lare potest. 46. pa. 2  
 Themistocles. 27. & 49.  
 Temistoclem Miltiadis gloria ad virtutem infliga-  
94. pa. 1  
 Theseus

## INDEX.

- Theseus ad Herculis imitationem se composuit. 94 pa. 2  
 Timoleon. 59. pa. 2  
 Torquatus. ibidem.  
 Turcarum Imperator à Tamberlano captus. 79. pa. 2  
 Tyranni populari amentia & scelere nati sunt. 79. pa. 1  
 Tyranni quibas artib⁹ populos allicere solent. 79. pa. 2  
 V
- V** Iri fortis officium. 44. pa. 2  
 Virtutis dignitas. 31. pa. 2  
 Virtus, qua non ita sic appellanda: 23. pa. 1  
 Virtutis amplitudo & dignitas. 13. pag. 1  
 Virtutes oēs inter se sunt nexa & iugatae. 41. & 142  
 Virtutis excellentia semper plurimi sit. 79. pa. 2  
 Virtutis laus tribus de causis aliquando impeditur. 80. pa. 1  
 Virtus de medio sublata laudatur. 81. pa. 2  
 Virtus & vicium diu celari non possunt. 83. pa. 1  
 Virtutis vis & robur, 85. & 86  
 Virtute nihil magnificenter, 95. pa. 2  
 Vitia cur celant homines flagitosi. 68. pa. 1  
 Vitia apud alias nationes laudata. 18. pa. 1  
 Vlysses. 59. pa. 2  
 Vlysses celando & mentiendo laudem consecutus  
est. 17. pa. 1  
 Voluptas honesta à Platone que dicatur. 91. pa. 1

FINIS.

**E L E N C H V S**  
**C O P I O S I S S I M V S R E-**  
**R V M O M N I V M , Q V A E**  
**I N L I B R I S D E C I V I L I ,**  
**& C h r i s t i a n a n o b i l i t a t e ,**  
**o c c u r e r e p o s s u n t .**

¶

A

- A**brahamus Christi diem vidit. 234. pa. 1  
**A**braham cognatus & gentilis noster, potius quam Iudeorum. 236. pa. 2  
**A**braham militiam exercuit. 263. pa. 1  
**A**bel. 238. pa. 1  
**A**cademici & Peripatetici triplicem bonorum ordinem posuerunt. 193. pa. 2  
**A**chilis in Asteropaeum conuicium. 160. pa. 2  
**A**chiles & paris turpes. 210. pa. 2  
**A**egiptiorum rex, eod quod Iudeos nolle dimittere, multis cladi bus afflitus est. 163. pa. 2  
**A**ffectiones animorum utiliter à natura nobis fuerunt insertae. 198. & 199  
**A**ffectiones animi ratione resecandæ sunt, non radiatur euellendæ. 200. pagina. 2.  
**A**ffectiones animi non sunt semper rationi contrariae. 201. pagina. 1  
**A**lexandri iuxplebilis gloriae cupiditas. 204. pa. 2  
**A**lfonso primo Lusitanæ regi suppetias è celo venisse, memoria proditum est. 266. pa. 2  
**A**ltissima quæque conjectari debet, qui medium tenere cupit. 188. pa. 1

Ama

**I N D E X.**

- Amazonibus non licebat subdere, priusquam hostem pugnando intercesserent. 177. pa. 2  
 Amicitiam mirum in modum colunt inter se veri Christiani. 242. pa. 2  
 Amicitia à virtute nascitur. 243. pa. 1  
 Anaxarcus. 247. pa. 2  
 Animi & corporis amicitia & coniunctio. 198. pa. 2  
 Animus nostre & semper aliquid immensum & infinitum desiderat. 202. pa. 1  
 Animi humanis capacitas & magnitudo. 205. pa. 1  
 Animi opes, in quibus summum bonum consistit. 108. pa. 2  
 Angelorum inobedientium ruina. 206. pa. 1  
 Antiquitas Christiani nominis. 233. pa. 2  
 Arbor Scientie boni & mali. 212. pa. 1  
 Arboris fructu, quæ boni & malis Scientiam continebat, Cur Adamo Deus interdixerit. 212. pa. 1  
 Atatus Syconius. 176. pa. 2  
 Arifidis iustitia commendatur. 176. pagina. 2.  
 Aristotelis de summo bono sententia recitur. 194. & 197.  
 Aristot. veræ fortitudinis vim non vidit. 210. pa. 2  
 Aristot. mundum effectum esse negat. 211. pagina. 1  
 Aristot. quas virtutes maximas appellat. 176. pagi. 1  
 Aristot. quo pacllo definit felicitatem. 193. pa. 2.  
 Athenæ nobiles cur dicantur. 155. pa. 2  
 Athenæ viros egregios protulere. 163. pa. 1  
 Athenienses sc̄ antiquitate suæ nationis efferebant. 166. pagina. 2  
 Atheniensis cur reticulo aureis cicadis distincto caput ornabant. ibidem  
 Athenæ post coditi mortem à Solone gubernatae. 167. pa. 2  
 Athenis quid vastitatē & exitium attulerit. 168. pa. 2

## INDEX

- A** gina i. &c. z.  
Auaritiae fordes. 183.pa.z  
Author & princeps nobilitatis quis dicatur. 174.pa.z  
Authoris mens in libris de Nobilitate Christiana. 190.pa.z  
Aurum diuinum, quid appelleret Socrates in Phaedro. 158.pa.z

## B

- B** Arbariei nomen crudelitati cur impositum? 255.pa.1  
Beatum quid dicatur. 203.pa.1  
Bellum in testinum inter nationem & appetitum. 217.pa.1  
Bello praeclaras res edere, pulchrum. 177.pa.1  
Bellum à Christianis luscipi potest, pro æquitate & religione. 261.pa.z  
Beneficentia grauita diuinæ bonitatis propria. 205.pa.z  
Bonum ultimum est naturæ conuenienter vivere. 208.pa.z  
Bonorum omnium ultimum finem quem posuerint multi. 191.pa.z  
Boni ultimi conditions, 192.pa.z  
Boni summi cogitatio duplicitatione parari potest. 203.pa.z  
Bonus vir qui dicendus. 175.pa.z

## C

- C** Alebus Indœus. 164.pa.z  
Cariratis & ameris vis. 260.pa.1  
Carolus Magnus. 265.pa.1  
Caroli

## INDEX

- Caroli Martelli virtus bellica. 264.pa.z  
Causa stirpium atque arborum est in semine. 174.pa.1  
Civitas ab humili plebe non potest recte gubernari. 170.pa.z  
Civitatum sunt quædam commutationes & vicissitudines. 248.pa.z  
Claudi, in facta pagina, qui dicantur. 225.pa.1  
Cleombrotos se præcipitem è curri deiecit. 246.pa.z  
Christus optimus maximus solidam & veram virtutem hominibus patescere. 222.pa.1  
Christus hominem peccati & mortis laqueis implicatum, in antiquam libertatem vindicavit. 223.pa.z  
Christus optimus maximus vires nostras confirmavit, quibus ea quæ docuit perfici possent. 224.pa.z  
Christiani veram dignitatem, & virtutem soli amplectuntur. 227.pa.z  
Christianum genus diuino satu editum esse, quomo do intelligatur. 228.pa.z  
Christus ab engendo dicitur. 230.pa.z  
Christiani cur sic nominentur. 232.pa.1  
Christiani sunt genus electum, & regale sacerdotium. 232 pa.z  
Christiani nominis antiquitas. 233.pa.z  
Christiani vbi primum sic nominari cœperint. 234.pa.z  
Christianum nomen unde deductum. 234.pa.1  
Christiani appellari debet omnes viri sancti, qui ante Christi aduentum piè vixerunt, 234. & 235  
Christi in Hierosolymam ingressus. 234.pa.z  
Christi, appellatur Abraham' & eius liberi. 235.pa.z  
Christiani in familiam Abrahami translati sunt. 237.pa.1  
Chris

## INDEX.

- Christiani in generosam stirpem inserti sunt,  
Iudei vero ab illa excisi. 136. pa.z  
Christiani veri Iudei sunt. 237. pa.1  
Christianæ nobilitatis antiquitas. 238. pag. 1  
Christi doctrina, perditis hominibus inscritæ & hu-  
militatis speciem præbet. 348. pa.2  
Christi regnum nunquam interitum. 252. pa.1  
Christiani in priuatis offensionibus mites, in publi-  
cis periculis acerrimi communis salutis vindices  
existunt. 255. pa.z  
Christus opt. Maximus flagris è templo impios ho-  
mines eiecit. 255. pa.z  
Christianorum animus intrepidus & altus. 258. pa.z  
Christum, dominum exercitum appellant sacra lite-  
rae. 263. pa.z  
Constantinus Imperator, Maxentium Christi præsi-  
dio superauit. 264. pa.1  
Cosinus medices ob libertatem, laudem magnam est  
assequutus. 179. pa.1  
Crux, tanquam moles & machina, ad euertendura  
humanæ generis hostem, à Christo comparata  
est. 226. pag. z  
Cupiditates, &c reliquæ animorum pestes, unde pri-  
mùm effluxerint. 219. pa.1  
Cyrenaici philolophi, indigni romine philosopho-  
rum. 193. pa.z

## D

- D**auid ex iudeæ stirpe generatus. 165. pa.z  
Dauid manusuerissimus, idemque fortissimus.  
255. pa.z  
Dæmon assumpta serpentis forma Euam dolis ag-  
gressus est. 213. pa.1  
Debora

## INDEX.

- Debora. 261. pa.z  
Dei quid proprium. 240. pa.z  
Deus non aliis instrumentis, quam propria cogita-  
tione & voluntate, mundum fabricatus est. 206. pa.1  
Deus opt. max. in quem ysum creauerit admirabi-  
lem hanc mundi fabricam. 206. pa.z  
Deus & yltimum bonum hominum. 209. pa.1  
Dei munus & proprietas. 240. pa.1  
Deo quid acceptissimum sit in terris. 141. pa.1  
Dei opt. max. omnia fermè pæcepta ad misericor-  
diam & beneficium tendunt. 240. pa.z  
Diomedam non appellandum forem, afferit Arist. 210. pa.1  
Dionisius Tyrannus qua ratione Syracusis expul-  
sus. 183. pa.z  
Dionisiodori Trozenii dictum, in eos qui vitiosi  
cum sint de suis maioribus gloriantur. 185. pa.2  
Druidæ Hallorum Magi. 259. pa.z

## E

- E**loquentæ magnitudo multum valet ad vnum  
quenque nobilitandum. 179. pa.1. & 2.  
Empedoclis amentia. 246. pa.z  
Epicurus. 202. pa.1  
Ephori, qui apud Lacedemonios. 169. pa.1  
Elayas. 221. & 224.  
Eugenii, & genaion differentia apud Græcos. 174.  
pa. 2  
Euripides, morum præstantiam esse claræ gentis in-  
dicem, afferuit. 159. pa.z  
Exercitus cœlestes sœpe numero impetum inimico-  
rum à piis hominibus propulsarunt. 258. pa.z

INDEX

F

- F**amiliae nobiles quæ habeantur. 155. pa.z  
Familiae ob antiquitatem magis ave manus cōmendantur. 166. pa.z  
Familiarum splendor duplice de causa exringui solet. 137. pa.z  
Felicitatis finitio ab Aristotele. 193. pa.z  
Felices, pauci admodum colliguntur à viris doctis. 197. pa.z  
Fermento abstinere, quid. 237. pa.z  
Fernandus Rex virtute militari, & pietate insignis. 266. pa.z  
Fides quid sit. 233. pa.z  
Finis homini quis sit. 205. pa.z  
Finis ultimi omnium bonorum variae hominum opiniones. 191. pa.z  
Finem ultimum omnium bonorum, quibus in rebus constituant mortales vniuersi. ibidem  
Fortitudinis laus. 177. pa.z & 243. pa.z  
Fortes multis titulis, & insignibus ornabantur anti quitus. 177. pa.z  
Fortes qui appellandi. 210. pa.z  
Fortitudinis humanae & Christianæ differētia. 244. pagina.z  
Fortitudo Christianorum tormenta omnia, mortem que ipsam contēnit, pro Christi religione. 245. pa.z  
Fortitudinem à Christiana religione expulsa fuisse, quidam impurus scriptor asserere aulus est. 247. pagina.z  
Fortitudo, clementia & mansuetudo, mirandum in modum inter se coherent. 254. pa.z  
**G**

- G**alli, Druidum disciplina ad virtutem curinci tabantur. 259. pagi.z

INDEX.

- G**allorum mores. 154. pag.1  
Gedeon, Iesu, Iepre, militäheriūt. 263. pa.z  
Gens sancta, populas acquisitionis Christiani appellantur. 233. pa.z  
Gentium & nationum contentiones de generis antiquitate. 166. pa.z  
Genus humanum mōribus atque sylvis dissipatum, quo modo in vnu locu fuerit cōpulum. 158. pa.z  
Generis splendor quamobrem colendus. 174. pa.z  
Generis ornamentum, à principe & auctore generis quomodo comparetur. 175. pa.z  
Germanorum mores. 154. pa.z  
Glauco Homericus. 173. pa.z  
Gloriam veram & solidam ex quo tempore ceperunt homines dignoscere. 222. pa.z  
Gloriam & decus hominum, herbæ atque flori cādū co comparant sacre literæ. 221. pa.z  
Corgias Leontinus, Larissorum principes, quid ex teris donarent ciuitates, irridebat. 179. pa.z  
Gotifredi præclaræ facinora. 281. pa.z  
Gratichi, principium omniū calamitatum Rōmanis fuerunt. 170. pa.z  
**H**

- H**ector indignum qui fortis appellaretur, affectus Aristoteles. 210. pa.z  
Helena Theodoctæ. 156. pa.z  
Helisæ oratione, puto eius Deus oculos aperuit ut Angelorum exercitus ibi opem ferentes consiperet. 218. pa.z  
Herōes: cur diuino semine procreatos, existimabat antiquitas. 160. & 162.

- 459 z Hera-

# INDEX.

- Heraclidarum gens. 163. pa. 1.  
 Herodotus reges à Loue procreator esse, scriptum re-  
 liquit. 176. pa. 1.  
 Hippocrate Elci ingenium & industria. 147. pa. 2.  
 Hispani. 154. pa. 3.  
 Hippogorum virtus bellica, & pietas. 165. pa. 2.  
 Homerius laus. 161. pa. 1.  
 Homerus Ulyssis erroris describens quid sibi volue-  
 rit. 161. pa. 1.  
 Homerus quo pacto iugicat Agamemnonem. Græ-  
 co adhortantem. 173. pa. 2.  
 Homines omnes, eisdem fragilitatis & miseria leg-  
 gibus tenentur. 152. pa. 2.  
 Homo nouus nō erit in numero nobilis. 174. pa. 2.  
 Homo nouus fuit etiam quilibet primus nobilis-  
 tis auctor. 148. pa. 1.  
 Hominum clarorum infelices exitus. 197. pa. 2.  
 Homines, quare auncam faciuntur iis bonis, quæ in  
 hac vita sunt. 203. pa. 2.  
 Hominum origo & creatio. 207. pa. 1.  
 Hominis duo munera, agere scilicet & intellige-  
 re. 9. 217. pa. 2.  
 Homines immolare apud quos moris erat. 216. pa. 1.  
 Humane mentis appetitiq; 204. pa. 1.  
 Humanitatis & beneficentiae laus. 241. pa. 1.  
 Honoris spe proposita, debet leges & principes, ho-  
 milles ad virtutem incendere. 180. pa. 1.  
 Honores tribus de causis expeti solent. 192. pa. 2.  
 Honores quadratione, & ad quid querendi. 193. pa. 1.  
 Honestatis ratio à fine pendet. 210. pa. 2.  
**I**  
 Atque eastra Dei se cōspicere testificat<sup>est</sup>. 218.  
 Idolatria ynde ortum habuit. 215. pa. 2.  
 Ieremias

# INDEX.

- Ieremias de Iudeorū scelere conqueritur. 220. pa. 1.  
 Ieremias. 213. pa. 1. &c.  
 Ignōrā Dei, quid. 217. pa. 1.  
 Immortalitatis desiderium humanae naturae con-  
 sanū. 203. pa. 1.  
 Imperia quo modo solent considerare & ruerē. 249.  
 Ingenia hominum cur natura efficerit distincti-  
 alia. 158. pa. 1.  
 Inimicitia ex emulatione concepta, inter quos fo-  
 lent ex exercitari. 115. pa. 1.  
 Iniquitas, quæ sunt persequenda. 263. pa. 1.  
 Insignia nobilitatis, quæ nostis temporibus virorum  
 : feruntur, ynde ortum habuerint. 178. pa. 2.  
 Italicus. 154. pa. 2.  
 Ioannis, & Pauli, & aliorum sanctorum testimonia,  
 quibus apparet, Christianos diuino fato editos  
 esse. 128. pa. 2.  
 Iuda geniti in summo Monere finerunt apud Ha-  
 bertos. 163. pa. 2.  
 Iudam habemus nostrī generis & nominis princi-  
 pium. 237. pa. 2.  
 Iudeorum scelerata. 220. pa. 1. &c.  
 Iudeorum natio sola masit quondam in officio  
 118. pa. 2.  
 Iudei ad summam ingloriositate redacti. 237. pa. 1.  
 Iuris ciuilis prudētia homines hōpiles facit. 203.  
 Iustitia p̄fessantia. 176. pa. 2.  
 Iustitia dissipatos homines vuum locum coegerit.  
 175. pa. 2.  
 Iusti & nobiles deorum ḡtiles habent. 176. pa. 2.  
 Iustitiam egregie colunt veri Christiani. 239. pa. 1.  
 1553

INDEX.

- L** Acedem oniorum supersticio in prælis incun-dis. 257. pa. 2  
Laudis curriculum omnibus apertum. 174. pa. 2  
Leæna meretrix 247. pa. 2  
Leges labefactare, quid. 169. pa. 1  
Leges & imperium viles. 171. pa. 1  
Lex Iudæorū quo pacto ad virtutē incitat. 219. pa. 1  
Legem nobis Christus opt. max. dedit, nō tabulis inscritam, sed intimis præcordiis infixam. 225. pa. 2  
Liberalitate & magnificenter multi nobilitantur, 178. & 179.  
Liberalitas hominis verè Christiani. 240. pa. 2  
Liberi eorum, qui pro partia dimicando mortem occubebant, de publico alebantur. 177. pagi. 2.  
Libri primi materia. 191. pa. 1  
Lustanorum pieas, & virtus bellica. 267. pa. 2  
Lycurgus. 169. pa. 1
- M** Acedones Capistro eos cingebant, qui nullā hostem in aris ecclidissent. 177. pa. 1  
Machiavelus Romani imperii ruinam, & virtutis militaris interitum, imp. à Christianæ religioni assignat. 247. pa. 1  
Magnitude animi Christianorum. 247. pa. 2  
Magnanimi qui habeantur. 255. pa. 1  
Majorum virtus posterie plerunque ingeneratur. 174. pa. 1  
Manufacturæ & clementia, fortissimi quiq; imperatores excellegerunt, gloriolum duxerunt. 254. pa. 2  
Majesta tempora Romanis perniciosa. 170. pa. 1  
Mens hominis verè Christiani ipsius Christi sacramentum, atque templum est. 228. pa. 1  
Militia

INDEX.

- Militia Reipub. gerendæ causa constituta est. 262. pagi. 1  
Militiam Christiana religio nō improbat. 262. pa. 2  
Militaris disciplinae dignitas. 158. pa. 2  
Minores suotum, maiorum virtutes imitari studet. 154. pa. 2  
Minos & Rhadamanthus. 176. pagi. 1  
Misericordia Dei, in hominum salute maior fuit, quam in ruina severita. 222. pa. 1  
Mors quo pacto in mundo dominati ceperit. 213. pa. 2  
Mortis & temporis vis in omnia quæ sub celo sunt. 249. pa. 1  
Mortem naturaliter perhorrescimus, quia immorta litatis naturaliter sumus audi. 203. pa. 2  
Mortalium conditio. 195. & 197  
Moles virga freru in verberat. 164. pa. 1  
Moles premiis & pena Iudeos ad virtutē incitat. 219  
Moses mitissimus, idem bello insignis. 255. pa. 2  
Mosi, & reliquis sanctissimis hominibus, non semel se Christus conspiciendum exhibuit. 235. pa. 1  
Moses, Iacobus, Isacius, Abrahamus, Dauid, reliqui que omnes virtutiissimi, à familia Christianorum non alieni sunt. 234. pa. 1  
Multi, in sacra pagina, qui appellentur. 225. pa. 1
- N**
- Atalís dies verè celebrandus. 229. pa. 2  
Nature vis. 154. pa. 1  
Naturalium recū inter se dissimilitudo. 153. pa. 1  
Natura hominibus, ut inter se coniuicerent, necessitatē quandam & igniculos impoluit. 157. pa. 2  
**¶¶¶ 4** Natura

INDEX.

- Natura ad alios iuuandos, nos impellit. 175. pa. 2.  
 Nicias Atheniensium imperator. 257. pa. 2.  
 Nobilium & vulgi dissensiones, quot mala pariant. 149. & 150  
 Nobiles plebeii, & plebei nobilibus indigent. 151. pa. 1  
 Nobiles in Rebus publicis discordiarum causas ple  
runque mouere solent. 151. pa. 1  
 Nobilitas in qua significacione ab authore in hoc  
opere accipiatur. 152. pa. 1  
 Nobilitas an sit ia bonis numeranda. ibidem  
 Nobilitas in sobolem seu in virtute infunditur. 153. pa. 2  
 Nobilitas natura continetur. 154. pa. 2  
 Nobiles comparantur frugiferis aruis. ibidem  
 Nobilitatis finitio. 155. pa. 2  
 Nobilitatis due species. 155. pa. 2  
 Nobilitas absolute eandem apud omnes nationes  
dignitatem habet. 156. pa. 1  
 Nobilitas, qua in te maximè eluceat. 156. pa. 2  
 Nobilitas duplex. 157. pa. 1  
 Nobilitatis absoluta origo. 157. pa. 2  
 Nobilitas ex quo tempore esse in honore ecoperit, &  
quot de causis. 159. pa. 2  
 Nobiles homines præclaras res semper gessere. 163  
pagina. 2  
 Nobilitatis ex sacris literis testimonium. 163. pa. 2  
 Nobilitatis antiquitas hominum senectuti compara  
tus. 167. pa. 1  
 Nobilitati se regendam tradere, sit ne plebi vtile. 167. pa. 1  
 Nobilitas nuda virtutibus inutilis. 185. pa. 2  
 Nobilitas bonum varium, & commutabile. 190. pa. 2  
 Nobilitas constare nequit, nisi summi boni ratio  
nitus.

INDEX.

- nitus sit nota. 191. pa. 2  
 Nobilis & generosi animi officium. ibidem  
 Nobilitatis Christianæ amplitudo. 128. pa. 1  
 Nobiles viri apud Sparriatas præclara facinora edi  
dere. 169. pa. 1  
 Nobilitati quando deferendum imperiū. 170. pa. 1  
 Nobilitas mortal is est. 173  
 Nobilitas quibus artibus comparetur. 173. & 175  
 Mobilitatis ratio à virtute petenda. 174. pa. 1  
 Nobilitati non semper inqualiter laudis studium. 174. pa. 1  
 Nobilitas à sustinere fonte orti est. 176. pa. 1  
 Nobiles multi efficiuntur, vel principum gratiā, vel  
libera ciuitatis consensu. 179. pa. 2  
 Nobilitas solet nasci & interire. 184. pa. 1  
 Nobilitas, qui tantum maiorum splendore innatu  
tur, superbia & amentia. 184. pa. 1  
 Nobiles an præferendi humili loco natus, qui tamen  
rebus præclare gestis, & propriis virtutibus, sunt  
insignes. 185. pa. 2  
 Nouitas generis contemnitur. 167. pa. 1  
 Numa Pompilius. 176. pa. 2  
 O Culi cæcorum, quid in sacra pagina. 224. pa. 2  
 Optimatum potestas diuissimè permanet. 170. pa. 1  
 Origo hominum & angelorum. 205. pa. 2  
 Orphei & Amphionis cantus. 159. pa. 2  
 P Aradisi descriptio. 278. pa. 1  
 Patientia Christianorum. 247. pa. 2  
 Patriæ & parentum Claritas, ad nobilitatem quanti  
momenti sit. 156. pa. 1  
 Paulus

## INDEX.

- P**aulus appellat Christianas mentes, *Spiritus sancti fana & delubra*. 228. pa. 2  
**P**ax quam nobis Christus opt. max. largitus est, que sit. 263. pa. 1  
**P**ecatum à naturae depravatione natū est. 216. pa. 2  
**P**ecuniam in definitione nobilitatis, quare poluertri nonnulli. 179. pa. 1  
**P**elops, quibus artibus apud Græcos rerum suorum tenuit. 218. pa. 2  
**P**ericles. 168. pa. 1  
**P**hilosophorum, circa ultimum omnium bonorum optimes. 291. pa. 1  
**P**hilosophi non usquequa Dei p̄stantiam attis gerunt. 231. pa. 1  
**P**hœnicie principes, unum ex liberis, in magnis Reipub. calamitatibus immolabant. 216. pa. 2  
**P**isistratidæ qua ratione principatum amiserint. 28z. pa. 2  
**P**lato, fabulam de hominibus armatis, quibus ac commoder. 180. pa. 1  
**P**lebis ingenium. 170. pa. 2  
**P**lebis amentia. 151. pa. 2  
**P**onentū, & propositorū præmiorū, utilitas. 177. pa. 2  
**P**olycratis Samii felix vita, & tristis exitus. 197. pa. 1  
**P**oetæ vera scriperunt. 191. & 167.  
**P**oetarum & historicorum munus. 191. & 167  
**P**ræmium primo parenti propositum, si ad Dei opt. maxi. voluntatem se conformaret. 208. pa. 1  
**P**riamo longa vita quæ mala attulerit. 196. pa. 2  
**P**rimi hominis dignitas. 207. pa. 2  
**P**rimi hominis ruina & interitus. 212. pa. 2  
**P**rinicipes possunt homines virtute præditos nobiles efficer. 180. pa. 2  
**P**rophe-

## INDEX.

- P**rophetæ munus. 233. pa. 2  
**P**rophetarum prædictiones de Christi opt. max. or- tu. 224. pa. 2  
**P**rophetatum verba quo modo intelligenda. 225. pa. 1  
**P**ythagoræ somnium. 173. pa. 1  
**Q**uestio, utrū sint magis laudandi, ii nequā cla-  
**Q**uis orti natalibus, a suis maioribus nō degene-  
 rant, an qui humili loco nati, famam virtutis egre-  
 giae consequuntur. 185. pa. 2  
**R**  
**R**atio nis perfec̄tio quando cernitur. 194. pa. 2  
**R**egnum Christi. 252. pa. 1  
**R**eligionis studium vniuersis hominibus in natum, quid indicet. 204. pa. 2  
**R**eturrecc̄tio vniuersali. 259. pa. 2  
**R**omanorū studium in res bellicas. 177. pa. 2 & 178  
**R**omanorum ruina unde orta. 169. & 245. pagi. 2  
**S**  
**S**acerdos quis erit. 233. pa. 1  
**S**acerdotium & regia dignitas. 232. pa. 2  
**S**acrifici, & immolations veterum, imbecillos & formidolosos animos reddebant. 256. pa. 2  
**S**acra litera generis claritate comprobant. 165. pa. 2  
**S**anctius Iustianus rex, p̄tate & animi robore clara-  
 rus. 266. pa. 2  
**S**cipio Africanus Iouis filius habitus. 162. pa. 2  
**S**eycharum pœno in eos, qui nullum in re militari virtutis signum dedilicant. 177. pa. 1  
**S**eruræ & patræ differunt. 271. pa. 1  
**S**ileni responsum. 196. pa. 2  
**S**ocietas humana habeat oportet homines, & odi-  
 ne & vita studio dispares. 258. pa. 1  
**S**ocra-

# INDEX

- Socratis constancia. 244. pa. i  
 Solon reipub. salutem, præmio & poena cōtineri, p̄cē  
 clare existimauit. 177. pa. 2  
 Solon à Cræso Lydiæ Rēge interrogatus quem bea-  
 tissimum putaret, quid responderit. 195. pa. 2  
 Spiritus sanctus veri Christiani mentem interius  
 illuſtat, & commouet suo nūmine. 133. pa. i  
 Spiritus sancti instinctu, quicquid olim sancti homi-  
 nes memorabile gesserunt, factum est. 136. pa. i  
 Stoicorum lenteutia circa summum bonum explo-  
 ditur. 198. pa. 1  
 Stoicorum errores unde diminuerint. 208. pa. 2  
 Surdos quos appellat sacra pagina. 225. pa. i  
 Superstitiones antiquorum. 256. pa. 2  
 Supersticio Atheniensium copias delevit, in Syracu-  
 sarum oppugnatione. 259. pa. 2  
 Syrorum mos in immolandis filiis. 216. pa. 2
- T**  
 Arquinius Priscus quibus artibus Roma cla-  
 ruit. 178. pa. 2  
 Tarquinii qua ratione Roma fuerunt exterminati.  
 183. pa. 1  
 Temporis antiquitas nobilitatem exoinat. 166. pa. i  
 Themistocles Tymodemus Aphidnao quid respon-  
 derit. 156. pa. i  
 Theodosius imperator Eugenium Christi auxilio  
 deuicit. 264. pa. 2  
 Theseus Athenienses per pago's dispersos, vnum in  
 locum congregauit. 159. pa. 1  
 Thraso Syracusanus. 247. pa. 2  
 Thracæ mortuorum funera cantu prosequuntur.  
 196. pa. 2  
 Thimidatis ignominia. 183. pa. 2  
 Thlepo-

# INDEX.

- Thlepolemus Lycium sarpedona conuiciis infesta-  
 tur. 160. pa. 2  
 Tribu Iuda prærogativa. 164. pa. 2  
 Turpitudo quando emerit. 214. pa. 1  
 Tyrannorum immanitas in sanctos viros. 245. pa. 2  
 V  
 Virtus cum nobilitate sociatur. 165. pa. 1  
 Virtutes quæ homines nobiles efficiunt. 155.  
 pagina i  
 Virtus maiorum, posteris ingenerata, quando appa-  
 ret. 174. pa. 1  
 Virtutis laus. 184. pa. 2  
 Virtus quid sit. 191. pa. 1  
 Virtutis finitio, ab Aristotele. 194. pa. 2  
 Virtus nuda homines beatos non potest efficere.  
 202. pa. 2  
 Virtus solida & vera. 211. pa. 2  
 Virtutum semina in nobis innata sunt. 218. pa. 2  
 Virtutis, quæ emitte in Christianis, cum ea, qua  
 olim floruerunt Romanæ & Græci, comparatio  
 227. pa. 2  
 Virtutem & religionem quinque olim coluerūt  
 diuino beneficio id tantum consequati. 236. pa. 1  
 Virtutes maxime quæ dicantur. 238. pa. 2  
 Virtus militaris Christianis moribus non est aliena  
 243. pa. 1  
 Virtutis & industriae stimuli. 253. pa. 2  
 Vitia quæ claritatem generis extingunt, 282. pa. 1  
 Vnguentum, quo olim tacerdotes, Reges, atque  
 prophetae vngi solebant. 130. pa. 2  
 Vnguentum, quo Christus opt. max. fuit perfusus.  
 231. pa. 1  
 Voluptatibus, aut opibus non satiari, quod signum  
 sic

## INDEX.

- sit in homine. 164. pa. 2  
Voluptas, vbi primum effluit, maximum dolorem  
inurit. 217. pa. 2  
Vulgus principibus æquare quantū noceat. 168. pa. 1

## Z

- ~~Z~~ Enō Stoicorum princeps quid de summo bō-  
no lenterit. 168. pa. 1

## FINIS.

## AD LECTOREM.

**L**Icet sūmam adhibue-  
rimus diligentiam, vt  
hic liber quam emēda-  
tissimus in lucē exiret  
tamen partim librariorum incu-  
ria (qui errores ad marginē an-  
notatos s̄æpe numero præter-  
mittūt) partim etiā vitio deprauati  
codicis ex quo fuit excri-  
ptus, id assequi non potuimus.  
Quapropter (amicē Lector) ne  
te pigēat, errata, quæ leuia sunt  
& paucis mutatis characteribus  
facillimè absq; lituris emenda-  
ri possūt, sic corrigere. Prīmus  
enīm numerus, folium? secun-  
dus, paginam : tertius verò li-  
neam indicabit.

## HIERONYMI OSORII L V S I T A N I D E G L O R I A L I B E R P R I M V S.



**V**LTA sunt Rex inuidissime,  
quæ magnam yim habent, ad ho-  
minum vitam vel recte constitue-  
dam , vel funditus euertendam:  
tum nihil est quod in utramque  
partem tātum valeat, quantam ardens quod-  
dā laudis & famæ desiderium . Primum enim  
adeo late patet , vt nullus sit, neque tanta hu-  
manitate præditus , neque tam agrestis & in-  
humanus, neque tantis honorib⁹ insignis, ne-  
que tam obscurus & ignotus, neque tot vir-  
tutis ornamenti excultus , neque tam mul-  
tis flagitijs coopertus, qui non flagret infinita  
quadam gloriæ cupiditate. Deinde ita est  
id cōmunitibus sensibus infixum , vt neque vi-  
rationis euelli, neque lege, aut more vlo mu-  
tari, neque vlo metu coērceri & comprimi

A polsti.

## DE GLORIA

possit. Postremo tam vchemens est, vt animam nullo in loco consistere patiatur, sed semper incensum trahat & rapiat, ad maiora in diēs & aūtora, inflammato studio consequenda. Ex hoc autem animi motu clarissimae virtutes, ex oīem teferi inā vita nascuntur. Acuit enim industria, animosque ad res accriter & animosē ḡrendas exuscitat: ita tamen, vt alios ad ius humanae societatis tueri dūm, patriamque beneficjō immortalibus obligandam, alios ad leges nefarie tollendas & remp. delendam solciter. Ut enim antiquissima commemorem, illi priū ut biūm conditores qui homines in silvis bestiarum more dissipatos, vnum in locum compulerunt, & in cūsiliis vita loci etatem conuocarunt, omnes quod ex historijs constat, ardentī gloriæ cupiditate fuerunt in studium tam p̄eclarī munēris incitati. Quid, qui optimis legib⁹ & institutis, ciuitates suas ad summā amplitudinē perduxerē? Quid, qui pro patria caput suū in summū vitę discrimē intulere? Quid, qui maximarū attiūn disciplinis ciues sūcs excoluerē? Num obscurū est, nemine seſe sine magna spē laudis, vel ab homines inter se iustitię mūnere conciliando, vel ad remp. virtute & industria descendendam, aut ingenij opibus illuſtrādā cōtulisse? Cōtra vero qui patrias euer-

tere,

## LIBER PRIMVS.

ij

tere, aut scelere & amentia cōuellere, omnes fuerunt ad tam tērum, & tam immane facin⁹. gloria cupiditate cōpulsi. Vtriusque autē rei ciuitatis vnius varij casus infinita exēpla suppeditāt. Si enī in inuestigare velim⁹, per quo futerit oīem Roma fundata, eiusq; imperiū latissime propagatum, vt à Romulo ordiamur, & seriem illā clarorum hominum vſq; ad extrema florentis imperij tempora perducam⁹, intelligemus omnes adeo appetentes laudis & gloriæ fuisse, vt illius parandæ causa, neq; la borem vllū fugerint, neq; vitæ periculum recensarint. Rursus si naturam sp̄ectemus eōrum Romanorū, qui Romanū imperium per sumnum scelus cuerterunt, aut saltē de illius pernicie & interitu cogitarunt, omnes reperiem⁹ ad gloria cupiditatē incredibiliter exarsisse. Hoc autē, nec in vnius tantum ciuitatis annalibus, nec in vna tātum memoria hominū, sed apud omnes nationes, in omni ætate cernere licet, nullū esse scelus immane, nullum facinus impium, nullā scēnā pestilētem, nullum recipiēbulētum motum, qui non ab appetitu gloriæ nascatur. Nou igitur immerito viri sapientia præstātes, cum animaduerriſſent ab hoc in situ laudis appetitū & bona quam plurima & infinita mala proficiſci: quasi ancipiti sententia in varia partes distracti, modo iuuentu-

A ij tem,

## DE GLORIA

tē , ad summū gloriæ studium cohortandam; modo ab illa quasi à magna virtutis & cōstan-  
tiae labo deterrendam existimabāt. Quid hic  
sanctorum literarum monimēta commemorē? Explicari enim non potest, quām sapē, & quā-  
mō orationis vi nos ad summū studiū immor-  
talitatis non nisi inflāment. Rursus autem , nihil  
est in illis tam dira pœna sancitum, quām ne-  
quis honores ambiat, ne principatum appetat  
ne cupiditate laudis efferatur , vsque adeo vt  
omne Christianæ pietatis fundamēnum in cō-  
temptione gloriæ cōsistat? Quid igitur? vt sit  
vel in casib⁹ humanis, vel in doctorum homi-  
num scriptis, tanta dissensio, num id etiā cœle-  
sti disciplina tribuendum est, vt illius præcep-  
tis imbuti explicare nequeamus, sit ne nobis  
gloria cōlectanda, ad summa potius animi cō-  
tentione repellenda? Sed nimirum nihil animis  
nostris impressum & inusitum est, in quo non  
diuinū beneficium agnoscere valeamus, nos  
tamen illis nature principijs, quæ nobis ad sa-  
lutē tributa sunt, peruerse vtentes, nostra de-  
mentia in pernicie incurrimus. Nam ira, cupi-  
ditas, spes, metus, dolor, voluptas, & reliqua  
generis eiusdē, quibus animos vel incēdi, vel  
restingui, vel incitari; vel remitti, vel efferri,  
vel cōtrahi, vel alio quoquis pacto cōmoueri,  
& agitari sentimus, nobis donata sunt, vt no-  
xia

LIBER PRIMVS iij

xia repellentes, & salutaria ascēentes, naturæ  
statum cōseruemus: nos vero ea plerumq; om-  
nia ad flagitium, atq; vitæ pestem cōferimus.  
Quo autem sunt illa maiora, & ampliora quæ  
ac epimus, ex eo illorū abusu grauiorib⁹ ma-  
lis implicamur. Largitus est enim deus nobis  
rationē, qua maxime à belluis distemus, & ad  
diuinam naturam proprius accedamus, nos au-  
tem cādem sapē numero rationē huc & illuc  
versantes, ea scelere concipimus, vt belluas  
et à immanitate superemus. Habet⁹ etiam à  
natura animos imbutos religione, qua in ita-  
ti præcellētem illā naturā, diuinamq; vim ho-  
minum generi consulētem, ex operib⁹ agno-  
scentes, eam castissimo pietatisq; plenissimo  
cultu veneremur. At hominum amētia factū  
est, vt ab illo naturæ sensu duceretur omni  
scelere contaminata supersticio, quæ fusa per  
omnes nationes, multis seculis omniūfere ani-  
mos opprimet: mortalesq; miseris infinitis  
implicatos & cōstribitos teneret. Nihil deniq;  
ne plura persequar, est nobis à natura insitū,  
quod nō sit vel ad corporis tutelā, vel ad ani-  
mi cultum aptissimum: sed nos plerumq; diuin-  
is numerib⁹ ad nostrum exitium, & deformi-  
tatem abutimur. Ex quo efficitur nō studium  
laudis, cum sit nobis īgeneratū, esse vlo mo-  
do vituperandum: sed iactationē, & levitatē

A iij homini

## DE GLORIA

hominum à vera virtute penitus aberratiū,  
& inanissimis opinionibus vitæ ratione per-  
uertētiū. Nō enim temere summus ille Do-  
minus eam cupiditatē omnium mētibus inse-  
uit, sed admirabili consilio & ratione: vt ea vi  
delicet incitati, ad honestatē, vnde laus om-  
nis existit, ardenter aspiremus. At homines  
flagitijs infames, cum vere dignitatis opibus  
orbati, dignitatem tamen appetant, illiusque  
viā penitus ignorent: eata ē rebus inanissimis  
querentes magnū in se de lecus admittunt: &  
patriz plerumq; pestem atq; perniciē machi-  
nantur. Hoc igitur gloria genū innane, fune-  
stum, atq; mortiferum, omnium malorū semi-  
narium in se cōtines, execrari p̄cipiunt sa-  
pientes homines: ab huius pestilenti cōtagio-  
ne Christi optimi max. voce deterremur: non  
ab illo, quod vulgi amentia contēnens, stirpe  
veræ virtutis inicitur. Quę cum ſēpe mecum  
animō agitarem, inire ecce rationē, quemad  
modum errorē multis instum ex aliquorum  
animis euellerem: & homines nostros, in qui-  
bus est natura egregius amor laudis ingenit-  
us, à leuitate, ad verę glorię studiū traduce-  
rem. Et vt in libris de Nobilitate, quos scripsi  
ad Ludouicū fratrē tuum, principē omnibus  
virtutibus ornatissimum, facere sunt conat<sup>o</sup>,  
vt sucat<sup>a</sup> atq; fallacē nobilitatem à vera facer  
nerem:

## LIBER PRIMVS

iiiij  
nerein: sic in his libris cōtendō, vt iphanē &  
fluxam à vera & stabili laude ſeingam, & ad  
moneam omnes in quibus inest ardor quidā  
mētis ad gloriam, vt toto peccore in ſtudiū  
pietaris & religionis incumbant. Alter enim  
nonquād quod expetunt adipisci vlo modo  
poterunt. Ut autē id cōmodius etſicēre, venit  
in mentē mihi cōplecti his libris, ea q̄a quo-  
dam de gloria & dignitate in ſermone quo-  
dam, à me cum hominibus amicissimis habi-  
to, cum eſtem Botionis, vērata sunt. In quo  
fermone multa ſunt adducta, q̄a totius glo-  
riæ vim atq; rationem faciliter apperient. Hos  
autem dialogos tibi dicere cōſtitui, partim vt  
hoc ingentij munere exiguo illo quidē led a  
non exigua in te pietate proſecto, animum er-  
ga te meum declarē: partim vt tui nominiſ  
amplitudine & autoritatē munitus, ſcilius  
omnes reprehēitorum impetus arcerem. Ac-  
cedit, quod nihil aptius mihi videbatur, quā  
libros de gloria incriptos illi principi, conse-  
crare, qui est virtutum maximarū gloria p̄f-  
ſtatiſſimus. Nec enim tu is es, qui leuitati ſer-  
vias, cuius ſtudia ad plauſum populi referan-  
tur, quem misere diſtingat ambicio, & trans-  
uerſum à recta viuendi via dēducat: ſed qui vi  
te cōſilio ad exaltissimā prudentia normā  
dirigas, omnesq; tuas actiones vete virtutis,

A iiiij perfe

## D E G L O R I A

perfectiq; officij ratione metaris . Cum autē sis omni dignitate princeps , tum laude reli- gionis atque sanctitatis es in primis admiran- dus. Quis enim vnquā maiorem diligentiam adhibuit in sacris ædibus extruendis, in rebus diuinis rite peragendis, in sceleribus impio- rum hominum vindicandis, in Christi nomi- ne propagando? opera enim tua affectum est, vt innumera biles. Asiz nationes, patria super stitione repudiata, & pristinis atque inuetera- tis institutis omnino relictis , se se ad Christū ardenti studio contulerint. Non est igitur mi- rum, si aliarum virtutum landibus abundas, cum hanc vnam, ē qua reliquæ omnes oriun- tur, fueris studiosissime complexus. Tu singu- laris iustitia; præsidio remp . tutam ab omni- pernicie conferuas: tu mores patrig fluētes di- sciplinæ seueritate denuincis: tu Lusitanā an- tea bonarum artium rudem, omnibus discipli- nis instruendam curas: tua singulari sapientia effēctum est, vt in communi Christianę reip. incēdio inter Christianos principes excitato, sola Lusitania summa p̄ce frueretur. In tuis autem laudibus illa est omnium clarissima, quod Christus numine suo te protegit: tibi præsens adest: pro te pugnam capesit: quod cum aliis sāpe numero, tum ab hinc triennio fuit in India, hostium etiā cōfessione declara-

tum

## L I B E R P R I M V S.

tum. Christi enim numē hostium impetus re- prescit: nostros in summa paucitate, rerumq; omnium indigentia cælesti præsidio commu- niuit: exercitum maximum & robustissimū ē Turcis & alijs bellicosis nationibus Solyma- ni opibus & imperio conflatum deleuit: atq; ne plura dicā, recenti clarissimi facinoris exē- plo , memorī vi etiorum quę fuerunt olim diuinitus Abrahamo, Gedeoni, Dauidi, alijs- que viris sanctissimis concessę , renouauit. Hoc igitur his tantis rebus es affecutus, vt cū gloriæ causa nihil facias, incredibili tamen a- pad omnes populos gloria q̄ircunflua. Singu- laris enim tuae probitatis exēpli docuisti , nō præcipitem ambitionem, non effrenatam do- minandi libidinem, nō infinitam pecuniae cu- piditatem, sed iustitiā, æquitatem, mansuetu- dinem, beneficentiam, religionem, gloriam immortalem efficere. Quare fruere isto tan- to bono: Christum tuae gloriæ authorem sem- per intue te: omnes tuas curas in reip. salute desige: & ad æternam atq; diuinam gloriam vt facis aspira. Sed iam tēpus admonet vt ad nostri sermonis explicationē veniamus, quem velim vt pro tua præstante humanitate cle- menter excipias.

Cum igitur in Italiam me excolendi inge- nij gratia contulisse, & ex multorum sermo-

A V N C

## DE GLORIA

ne intellexissem nullam tūc Italizæ ciuitatem esse cum Bononia literaram gloria conferendam : eam delegi potissimum , in qua studia perturbatione rerum mearum impedita longo tandem interruallo reuocarem . Postquam vero in ea cōfēdi ; re ipsa cognoui fuisse milii ab omnibus quorū prædicationem sequactus fueram egregiē consultum . Est enim illa ciuitas & opibus florens , & omnib⁹ maximarum artium disciplinis exculta : tum gētis humanitate , & rerum omnium copia ad studia literarum satis instruta . Florebāt ibi multi doctrinis Græcis & Latinis nō mediocriter erudiiti : multi in omni philosophiæ genere excellentes : multi postremo dicēdi facultate præstantes , & in omni liberali doctrina summa cum laude versati . Quid dicam de vtriusq; iuriis studio , cū illud constet . Bononienses iure cōsultos omnibus qui se huic grauiſimæ disciplinæ dederūt , admirabile semper acuminis , & prudētiæ lumen prævalisse ? Non igitur mirū videri debet , si tāta loci celebritate conmoti , bene informati adolescentes vndiq; Bononiā cōueniant , ad animūm clarissimis disciplinis excolendum , cum in ea constitutum esse videatur egregiū quoddam eruditioñis , & sapientiæ domicilium . In ea igitur cum omnem operam & studiū in literis ponere cogitassem ,

## LIBER PRIMVS.

gitassem ; nihil mihi prius faciendum putauī , quām vt me ad eorum amicitiam applicarē , qui erant ingenio atq; doctrina præsta ntissimi , vt eorum ope , è consilio cō qđ cursū institueram cītius atq; felicius peruenirem . Quid quidem mihi facilissimum fuit . Multis enim locis v̄su didicī , nunquam elegantib⁹ doctrinæ ab humanitat̄ laude seiunctā esse : imò semper ingenij suavitatē cum omni literarum cultu fuisse incredibili amoris societate copulatā . Siue id accidit , quia nemo fermē nisi miti elementiq; natura sit , & ab omni motu feritatis alienus , potest excellentem doctrinæ formam intueri , & ad illius cupiditatē incendi : & ita fit vt paucissimi docti agrestibus institutis viuant , quia paucissimi agresti ingenio prædicti in doctrinæ studiū incitantur : Si ue tanta vis est in optimis artib⁹ atq; disciplinis , vt illarum ope facile quēuis natura reddatur mitis atq; mansuetā , & ad omnem rationem humanitat̄ excolatur . Præclare enim ille , abire , studiam in mores assuerat . Vt enim quisq; liberalibus est disciplinis instructissimus , ita maxime est in omni genere lenitatis , atq; comitatis excellens . Vnde non immērito nomē humanitat̄ ad maximarum artium facultatem traductū est . Ibi igitur cum hemines admouerat doctos per amāter obseruarem illi

## DE GLORIA.

illi mihi parem voluntatem reddentes cumulatissimè gratiā referebant. Erat mihi magnus usus cum Romulo Amaseo viro in dicendo admirabili, in omniaq; doctrinę variā etate præstantissimo. Observabam præcerea Achillem Bochium, equestris ordinis ornamenti, atque singulari eruditioñis laude florentem. Ludovicum etiam Buccaferruum omnium Peripateticorum facile principē studiose audiebam: & alios item multos ex doctis habebam arctissima confuetudine deuinatos. Sed iij tam multis erant, & domesticis & publicis curis impediti, vt nulla ratione posset à gerendis negotijs auocari: meisque atq; meorum æqualium longissimis sermonibus interesse. Quamuis igitur ad eos frequenter iuissim, aut salutadi causa, aut percontandi si quis locus mihi multa legenti explicatu difficultis incidisset: nō tamquam induxi animum, vt homines qui & me multo etate anteibant, & erant nimis occupati vlla molestia afficerem: & prolixa oratione à grauiissimis studijs aliquo tempore retardarem. Disputationes igitur longiores, sermonibus æqualium meorum, cum quibus eram assidue reseruabat, c quibus duos in primis ex omni nobilitate, insigni amore, & studio complexus sum. Alter erat Antonius Augustinus Cæsaraugustanus, quem propter

mores

## LIBER PRIMVS.

vij

mores suauissimos, & multiplicè eruditioñē valde amabam: alter Ioannes Metellus Sequanus homo singulari modestia præsus, qui cum diutissime vixi, atque cōiunctissime. Vter que autem eorum ius ciuile, cuius studio dediti erant, alijs præclaris artibus excolebat: & multis dicēti luminibus anticipites iuris questiones illustrabat. Neq; enim erant ex eorū numero, qui sibi diligentissime cauedum esse statuāt, ne bonas literas quasi iuris studio pernicioſas attingant: sed potius nunquā se posse ad illam amplissimā iuris dicendi, & reip. constituēdæ facultatem peruenire credebāt, nisi fuissent omni doctrina nobilitate digna in primis eruditii. Cum aut in suburbano quodam, quo nos Augustinus iuicataat, simul essemus, post alios sermones vltro citroq;, vt sic, de multis rebus habitos, ego huiusmodi sermonem institui. Quando eam opportunitatē quam maxime optabā, mihi diuinitus oblatā esse video, valde reprehendendus sim, nisi ex ea fructus exceptero. quos facile huius loci acumenitati, omniumq; villarum fructibus anteponam. Postquam enim Florentia venisti, nunquā mihi licuit per otium sciscitari, quā multa sint in illis Pandectarum voluminibus quæ diligētissime cognovisti, ab ijs quæ vulgo circumferantur dissidentia: & satisne ma-

gnūm

D E GLORIA

gnum adiumentum studiosis vos allaturos speretis. Ardeo enim incredibili cupiditate audiendi, & simul spem concipio fore aliquādo, vt ductū vestros summorum hominum prudētiā in libris illis recōditam penit<sup>o</sup> inuestigem. Hic metellus arfidens. Quid tibi, inquit, in mētem venit arcana iuris ciuilis velle cognoscere, cum iam pridem à nobis defecceris, & hanc totam disciplinam omnino contempseris? Quemadmodum enim cum illis, qui ad hostes pertugere, non sunt amplius iuria ciuitatis illius quam scelere amiserunt, cōmunicanda ira nec tibi in hæc nostra studia, quæ deseruisti, curiosi inquirendum censeo. Si te ad nos retuleris, & quasi postliminio reversus pristina iura recuperaueris, tum fortasse te in penetralia disciplinæ ciuilis admittimus. Alter te nō interdictis arcebimus, sed ammis vt iuris ciuilis hostem, ab huius scientiæ finibus repellamus. Male, inquam narras. Neque enim is iuris studia cōtēpsisse putādus est, qui solā altissimarum, atq; diuinarum rerum cognitionem illis anteposuit: neque hostis iuris atq; legum putandus est is, qui se ad illam disciplinam contulit, è qua, tanquam ex fonte sanctis, leges omnes hæstæ atq; delibatae sunt. Nulla igitur causa est, cur mihi non licet aliquid ex yestra facultate decerpere, vo-

bis

LIBER PRIMVS. viij

bis præsertim auctoribus qui tam multa ornamenta ex illis artibus in quibus elabore duceta retinetis. Postea, inquit Augustinus videbimus num ea tibi impertire cōueniat, quæ tam non oratione, sed scriptis comprehendiqueant. Neque enim possent tam multa tanto tempori spatio, tantoq; studio collecta humana memoria contineri. Nunc autem quid uis aliud agam libentius. Acquum enim est ut animū à labore nimio, quem his dieb<sup>o</sup> in studio explicandi iuris excepti, alio studijs generare relaxarem. Præstat enim hoc multiplex literarum cognitionis cupiditas, vt nunquā labore frangamur: & ynius studijs satietatem aliarum rerum cōmentatione depellamus. Quare in præsentia (ius enim esse statuo, vt quan- diu in meo regno estis, me sequamini) mētio nem iuris ciuilis omittamus: tuque in primis (me autē appellabat) si quid est in studijs tuis noui, fac afferas in medium: & aurium nostrarum sitim elegātia, & copia tua orationis extingua. Mibi inquam, nihil est, quod vestris auribus dignum esse pütet. Toto enim tempore quo hinc abfuisisti, desunxi me à consuetudine Musarom, animumq; retuli est studia plena laboris, & inania voluptatis. Nam & in theologis recentiorib<sup>o</sup> versatus sum, qui quidem sunt ab op̄ani elegātia doctrinæ, & veni-

stage

## DE GLORIA

state sermonis abhorrentes, & in Hebraicarū literarum elemētis perdiscendis curam, atque cogitationem posui. Omnia igitur studia his proximis diebus abieci, quorū disputatio vos afficere voluptate aliqua potuisset: & in illis versatus sum, quæ mihi nihil iucunditatis, plurimum vero laboris attulerunt. Eadem igitur inquit Metellus, cōditione fuisti qua nos, qui non modo sine iocunditate, verum cum magna interdum satiētate atq; molestia, pandectarum illa, quæ dicebas volumina, perlegimus. Quod si quis nos interroget, qua spe vtilitatis impulsi hoc negotium suscepimus, vix ullam fingere possumus: maximē cum magna pars eorū, qui de nobis iudicaturi sunt, vagis & errantib<sup>o</sup> certorum hominum opinionib<sup>o</sup> addicta, eas irrideat, qui ad hos libros, tanquā ad purissimum huius disciplinæ fontem, omnia referenda patent. Quis enim nos feret, si quibusdam in locis nostram sententiā prudentium testimonio confirmatam, imprudentiū responsis anteponamus? Emolumentum itaq;, & præmium nullum video. Voluptas vero, si qua interdum capti & deliniti fuimus tanta certe nō fuit, vt laboris, atq; molestiæ magnitudinem adæquaret. Non tamen est quod ad me attinet, cur me suscepti negotij poneat. Nam nostro Augustino homini do-

Etiss<sup>e</sup>

## LIBER PRIMVS.

ii

Etis. & mihi amicis. præclara quædā molienti operam dedi. & ita pro mea vtili parte mul-tis iuris studio deditis aliquid opis attulit. Preclaré tu quidem, inquam, Merelle. Nam is demom est vir virtute præstans existimandus, qui studia amicorum emolumenris suis ante-fert: & omnes curas atq; cogitationes cōfert in publicam vtilitatem, libentissimeq; rerum suarum iacturam facit, ut aliorum commoda constituat. Sed illad non rectè iudicas, vos nullo præmio affici posse. Quid? parumne magnum præmium ponis in ea gloria & dignitate, quā isto labore fuisti assecuti? Fieri enim haud quaquam potest, vt tam præclara industria, quæ quidem est plurimam locis doctis omnibus allatura, laudis & gloriæ fructu carreat. Gloria autem nihil est in rebus humanis pulchritius, nihil amabilius, nihil cum virtutis altitudine copulatius. Nam & à splendore virtutis excitata est: & excellenti pulchritudine ad amorem dignitaris allicit: & homines ingenio præstantes ad virtutis studium inflammat. Omnes enim qui maxime ingenio prædicti sunt, stimulis gloriæ concitati, res præclaras aggrediuntur. Tolle gloriæ cupiditatem, & omne studiū virtutis extingues. Nemo enim unquam se se pro Reip. salutē in capitis discri-men intulisset, nemo publicam vtilitatē emo-

B lumentis

## DE GLORIA I

lumentis proprijs antetulisset, nemo denique omnibus rebus posthabitis sapietia studia coluisse, nisi primum fuisset ad ipem quandam immortalitatis excitatus. Ut enim hic Themi stoclem, Epaminondam, Scipionem, & ex nostris Carolum Magnum, & Gotifredum, & reliquos Imperatores rerum gestarum gloria florentes omittam, quis dubitat Lycurgum, Charondam, Zaleucum, incensos sempiternae gloriae cupiditate, leges institua. Resp. condidisse? Quis nescit Platonem, Aristotelem, Xenophonem, Theophrastum, & omnes denique qui monumentis suis philosophiam illustraverunt, gloriae suavitate fuisse in sapientiae studium incititos? Quis ad artem aliquam praeclarum animum adiunxit? Quis virtutem studiorum colendam putauit, qui non primum in egregiis nominis celebritatem aciem metis in tenderet? Ex quo facile cerni potest, quata sit gloria et magnificentia, quod omnes qui maximo animo excellentiis ingenio sunt, eam ardenter expetunt, & illius causa non inuiti res honestissimas, atque difficillimas aggrediuntur. Nihil est igitur ea prestabilius, neque communis vita salutarius, nempe quae a virtute natura sit, & animos maximos ad omnium virtutum excellentiam exfuscerit. Quare, si quod spero vobis euenerit, ut eo labore nomen vestrum immor-

## LIBER PRIMVS.

immortalitati commendetis satis magnū premitū arbitror esse vestris optimis studijs personatum. Est enim vestrum dignitatem omnibus possessionibus anteferre. Haec ego cum arrepta occasione dixissem, non tam ut logiorem sermonem elicerem, quam ut obiter Augusti no orationem meā paulo ante requirenti aliqua ex parte satisfacerem: Augustinus ridens, ictius certe, inquit, orationis ornamenta non videntur esse à theologis illis ducta, per quos te fuisse aiebas à studijs eloquentiae deductū. Primum enim illi non admodum ornata loquuntur: deinde nemine fallere, aut fingere permittunt, postremo gloriam maxime contentnendam esse confirmant. Tu vero contraria omnia. Nam & oratione satis ornata vsus es, nosq; deridendos huius claritatis expectatio ne suscepisti: eamque postremo dicas rebus omnibus esse praeferendā. Illud autem quām fessiue diūtum? ut parta gloria cōtentī reliqua omnia negligamus. Quasi iam sit immortalitati nostri uominis hoc tā illustri opere satisfactum: aut satis magnum praesidium sit in ista nobilitate, ad vitam bene beatęq; degendam. Evidēti ut de me loquar cum animum ad Pandectarum emendationem adiicerē, nunquam sperauī posse me hac ratione, ad eam nominis claritatem, quam dixisti, viam muni-

## DE GLORIA

re. Quamvis enim res sit vtilis, non tam tam esse puto, vt mihi eam gloriam dare possit, quae operibus magnificis monumentisque perfectis ingenio, & elaboratis industria tribui solet. Nodum enim tantos in studijs progressus habemus, tantumq; roboris adepti sumus, vt inuidiam superare nomenq; nostrum immortale reddere valeamus. Quod si abunde magnam gloriam essemus confecuti: nulla tamen causa esset, cur ea nos voluptate diuturna perfunderet. Nihil enim illa videtur incostantius, nihil leuius, nihil commutabilius. Quare si te, ex animo dixisse putarem ea, quae de gloria prestatia, & vtilitate protulisti: magnam mihi profecto admirationem mouisset oratio tua. Nulla enim sententia minus concinit homini honestatis amore flagranti, & in utraq; philosophia versato, quam ea quae gloriam exornat: sed credo te ingenij exercendi gratia voluisse rem incredibilem argumentis probabilem reddere, & contra doctorum omnium sententiam disputare. Atque utinam id quod contendis efficeres: magna enim me molestia liberares. Negare enim non possum me ad laudis cupiditatē exardescere, neq; facile posse libidinem istam resecare. Quod si posset haberi facilis, & expedita ratio seruendi gloriae sine virtutis & constantiae labore, omnes indu-

## LIBER PRIMVS.

xj

industriae neruos ad eam parandam, sine villa dubitatione contenderem. Nunc autem pondet me leuitatis, atq; flagitiū cum eam nobilitatem appeto, quam vix possum à contagione temeritatis puram, & inuiolatam conseruare. Evidem, inquam, non aliter loquor, atq; sentio: neque si mihi iuranda calumnia eslet, gloriam defendere recusalē. Quād illa nullius eget defensione, satis enim per se dignitatem suam tueri potest. Sed ex te scire sane vellem, quid sequaris, vt rei tam insigni, & splendide, leuitatis nomen imponas. Quare nisi graue est, sententiae tuæ rationem expone. Geram, inquit tibi morem, & simul orationi tue respōdebo. Illud tamen in primis dicā, me nū quam satis laudaturum illorum sapientiā, qui omnia infirma, fluxa, cōmitabiliā, in quib⁹ casus, & fortuna dominantur, nullam vim habere ad beatam viram statuerunt. Hęc igitur omnia sapienti contemnenda, atq; pro nihilo putanda indicabāat. Sapientis enim est non habere aliunde suspensas viuēdi rationes: sed in animi bonis omnia vitę præsidia collocare. Illa igitur tantum bona numerabant, quae essent vera, simplicia, recta, honesta, cōstantia: quorum opibus, & præsidij solūm bóni munīuntur, quae nūquam eripi, neque amitti possunt, quae denique sola sunt propria eorum, à

B iiiij quibus

## DE GLORIA

quibus possidenter . Reliqua omnia , quibus improbi frequenter afflunt, quæ impetu for tunæ facile conuelluntur, quæ postremo sunt in casu sita , aut in amentissimæ multitudinis opinione posita, nulla ratione bona nominanda existimabat. At gloria primum ex eo gene re rerum est, quarum copia flagitosi homines sèpe numero redundant. Nisi parum Hómero credis, apud quem Achilles indigne patitur, vulgari honorem: & laudis ornamenta virtuti debita, indignis tribui. Hac autem querela non solù Achilles vsus est, sed multi etià quotidie iure vtūtū cum passim videāt homines malitiosos virtutis simulatione nefaria scelerata regētes, in luce hominum , atq; celebritate versari: eos verò qui virtute præstant, in tenebris & caligine iacere. Neq; enim semper q̄ tu assumeras, nominis amplitudo ortum habet à virtute. Immo lóge sépius dolis, atq; fallacijs, quām vera virtutis ratione cōparatur. Est enim posita in iudicio populi, qui propter insitam stoliditiam, & temeritatē nequit vera cernere, nec in auctem speciem dignitatis ab insigni forma veræ dignitatis internoscere. Sic autem sit, vt ille vir bonus, & integer, atq; vere virtutis amator, cum nihil fingat ad opinionem multitudinis, gloria careat: contrà autem vafer, & astutus imperitè multitudinis erro-

rem

## LIBER PRIMVS.

xij

rem eaptans diuinis laudib⁹ efferatur. Quod simillimum est virtutem tertiū, aut pestilētius, eo quod in virtutis specie lateri ( aliorum enim perniciē facile prouidendo vitaueris: hoc, autem prius importuna clade premit, quām dolum lentire queas) cōstatq; gloriā longe sèpius simulatione virtutis, quām vera virtute parati: Quæ tandem causa est, cur nō fateamur, gloriā à singulari genere improbitatis existere? Hoc infinitis exēplis confirmari potest. Videlicet enim quotidie audates, & facinoros fortis existimari: auaros autem, & prodigos liberalitatis nomē obtainere: & alios itē varijs viti orum cupiditatibus implicatos, vt virtute excellentes omnium sermone celebrari: Facile enim quiuis in tāta populi cæcitatī viri boni personam tueri potest: & amētis plebis oculos fallaci splendore perstringere. Constantia verò q̄ue potest esse in ea re, quæ nō in nostra potestate consistit, sed tota sita est in amētia populari? Quod enim fretum tantas habet agitationes fluctuū, quantas multitudinis impetus, atque dementia? Quæ fuit vñquam populis in aliqua sententia diuturna permanētio? quē modo singulari genere laudis ornabant, eandem statim lacerant indignissima contumelia: & quem ante conuitis insectabātur, in cœlum laudib⁹ extollunt. Eos expellunt à

B iiiij

quibus

## DE GLORIA

quibus conseruati sunt illos amplexatur : qui  
gran*Reip.* perniciem machinati. Nihil vna-  
quam fuit in illis constans, & firmum ; nihil  
quod nō varias mutationes in horas singulas  
haberet. Sēpe itaque vnius hominis impro-  
bis dicto, sāpē ieditioſi atq; turbulenti ciuiſ  
oratione, & calumnia cōuerſi populi, ijs quos  
paulo ante eximia laude afficiebant, inferunt  
infamiam insignem, eosdemque bonis omni-  
bus euentunt. In ista tam mobili populi volū-  
tate, quam in singulas horas inanissimi rumo-  
ris aura commutat, in ista tam præcipiti teme-  
ritate, tantaque multitudinis amētia, aliquid  
in esse statuſ, quod sit grauibus, & honestis  
hominibus experēdum? Quid enim queso est  
minus virtutis grauitati cōueniens, quam po-  
populi leniſſ. plausum aucupari? Quid conſtan-  
tiae magis aduersarium, quam ex insipientiſſi-  
mi vulgi temeritate peñdere? Quid denique  
miserius, quam in ornamentiſ inſania populi  
concessis aliquod vita præſidium cōſtituere,  
quod quam diuturnū sit præſtare non possis?  
Sunt enim oſ ſumculi perpetuo metuen-  
di illiſ qui ad gloria cupiditatem incumbunt,  
cum animaduertunt, quam facile temeritate  
eiusdem populi, qui eam cōcelsit infrangi fo-  
leat. In eo autem quod dixisti sublata gloriſ,  
ſtudia virtutis extingui, præclare tu quidem

virtutem

## LIBER PRIMVS.

xij

virtutem exornas, quando ſtuſis ea, n̄ ſi cu-  
piditate famæ popularis excitata ſit, officio  
fungi nō posſe. Placet ne tibi virtutis altitudi-  
nē, atq; diuinā cōſtantiam ad auctorem po-  
palum referre? Cum enim ita iudicas, virtutē  
non ipſias honestatis illecebris, ſed amore ta-  
tum iſtius inanißime nobilitatis ad regeren-  
das excitari, omnem virtutis dignitatēm ple-  
bis arbitrio comittis. Virtutis igitur genuſ  
inducis humile, ſupplex, ambicioſum, intuēs  
omnes motus populi, multitudiniſque rumo-  
ri ſeruiens, ut præclaram famam poſſit aliqua  
tandem ratione colligere. Qua quidē re nihil  
absurdi⁹ excogitari potest. Quid enim aliud  
est dicere, virtutem gloriā incēdi, niſi virtu-  
tem opinione populi plerumq; delirantis in-  
cēdi? Omnis enim gloriæ ratio ſitā eſt in con-  
ſentientis populi prædicatione. Quid igitur  
ille faciet in diſerto loco, quem laudis eācula  
cupiditas acie, & ad claras actiones ſuſcipie-  
das inuitat? Necesse eſt enim ut omnia virtu-  
tis officia diſponat, ſi verum eſt quod in ora-  
tione tua parū cōſiderate poſuisti, reſtrinqui  
virtutis ſtudium, ni gloriæ facibus inflamme-  
tur. Sed tu dum gloriā falsis laudibus otnare  
voluisti, virtutem ipsam proprijs ornamentiſ  
ſpoliaſti. Neq; enim vi lo modo virtutis illa di-  
cenda eſt, quæ famæ ſeruit, & officia vita

B v populi

## DE GLORIA

populi opinionem moderatur. Virtus enim feruire non potest, quæ sola libera est, nec humana ornameta requirit, cum diuinis illustrata collueat. Illa vero exæpla quibus vñs es, nō me valde mouerunt: Nam aut illi Imperatores, & Principes nihil de sua laude cogitabant, sed amore virtutis inflamati, res illas caras gerebat; aut nunquam ullam solide & expresse virtutis rationem attigerunt. Iam Philosophi qui scripserunt ad ostentationem disciplinæ, sunt valde ridiculi. Nam vita grauitatem oratione profitentes re ipsa se se leuitatis istis dedidere. Quod si vellem exemplis pugnare, infinitam propè multitudinem proferre possem eorum qui pessimis artibꝫ nobilitati sunt. Ut enim alia genera scelerum prætermittam, quam multi ut immortale nomine apud suos subsequenter, actiones populares acerrime scipiendo, patrias euerterunt? Quam multi cum optimis ciues, multitudinis amentiae resistentes exterminarent, ut benefici, atq; salutares, amplissimis laudibꝫ affecti sunt? Quam multi postremo bellis iniustiss. orbem terrarum vexantes, fuerunt hominum opinione in Deorum numero collocati? Peruerse igitur faciunt, qui gloriā tanquam aliquod singulare bonū intuentur, cum ea improbissimis quibusq; tribuatur: & in opinionis leuitate, & incostituta

sita

LIBER PRIMVS.      xiiij

sita sit: & sceleres s̄pē numero, atque perfidia comparetur: & postremo virtutem expellendo Reip. firmamenta nefariè labefactet. Hęc mihi in mentem venerunt, quę quidem video potuisse fusius explicari. Est enim materies eiusmodi, in qua possit totus dies facile cōsumi. Sed contineo me, partim quia nolo vobis oratione longiore molestus esse, partim quia satis esse dictum puto ad inanitatę gloriæ cōvincendam. Quę cum ille dixisset, tum ego, Vtrunq; inquam, te fecellit Augustine. Nam & quo longior fuisset oratio tua, eo maiorem nobis voluptatē attulisset: & opinio mea int̄mis sensibus insita, non pōt adeo brevi sermone penitus cuelli. Quod si mihi valde probavisses, in claritatis studio esse flagitiorum omnium semi nariū, nō tamē audirem fateri, metam facile fuisse de sententia deiectum: ne fortasse eiusdem leuitatis & inconstantie, quam multi tūdīhi tribuebas, vituperationē subire. Si vero rem vberius explānares, & argumētorum copia ex intimo artificio de propria mīhi vim inferres, & quam pluriñis exemplis catifam apertam faceres, fortasse non puderet me in tuam sententiam descendere. Nunc autem vides, quantā ignominiam habeat facilis animi mutatio. Quare mihi gratissimum feceris, credo itē & Metello, si de hac quæstione copiosius

## DE GLORIA.

piosius disputare volueris. Perficies enim, vt si parum sententia tua mihi probata est, cum quā plurimis rationibus confirmes: si iam probata est, vt me latenter non leui certamine sum, sed acri prælio superatum esse confiteat. Hic Augustinus ridens, est certe, inquit, hominis glorie studentis in omni sermone infamia metu cruciari. Quare nolo deesse dignitati tuae. Cum enim conijciam sententiā tuā a mea non discrepare, omnes conatus adhibeo, vt liberem te isto pudore, qui te verum satrē vetat. Exordiar igitur, nisi quid aliud nostro Merello videtur. Mibi certe, inquit Mellitus, nihil isto sermone iucundius acciderit. Nā & incredibilē voluptatē ex vestro sermone capiā: & in hac tam dubia questione, quid magis verisimile sit, argumentis vtrinque collatis eliciam. Fac igitur vt oratione tua, rei totius vim, & naturam inspicere valeam⁹. Audite igitur, inquit ille, philosophum insignē, ex Academīaz spatijs venientem, qui vobis adiutū ad omnia Philosophiaz arcana patefaciet. Hic postquam arrisimus, ad hunc modum exorsus est. In primis ipsius nominis vis explicanda est, vt melius possimus de tanta questione iudicare. Nemo aut dubitat, quin gloria sit in opinione. Idē, n̄ valet apud latinos quod apud Grecos dōxa. Quāuis enim dōxa in yniuersum

## LIBERP RIMVS

xv

sum opinionem significet, ita tamē usurpatetur interdum, vt illam fātum multitudinis opinionem significet, quæ habetur de dignitate eiusquam, cum videlicet maior hominum pars est in alicuius laude consentiens. Vnde etiam euenit apud Latinos, vt opinio pro gloria capiatur, veluti cum dicimus aliquem esse virtutis opinione præstantem. Ex ipsa igitur vocabili sententia ī facile cerni potest, quam aliena sit gloria à sapientia grauitate. Est enim opinio imbecilla animi assūcio, nulla certa ratione munita, sed obscura quadā imagine veritatis excitata, falsa saepe & incognita, pro veris, atq; perceptis apprehendens. Sapientia vero in errorem nūquam induci potest. Neque enim siue cœlestia contemplatur, siue terrena despiciat, in quamvis natura similitudinem, sed in ipsam naturam aciem mentis intendit. Cum autem præcipuum munus illius sit res stabiles, & nullo æuo interitus spestate: ita est cœlestium, atq; diuinarum rerum disciplinis assūfacta, vt nunquam ad humana rerum cōsiderationem descendat, nisi prius omnem circuncidat, & amputet inanitatem. Cōtra opinionē, cum sit rebus mortalibus arquifluis intenta ex illa cōsuetudine rerum minime cōsistentium, quasi quodam æstu circumfertur in certa: & in summa rerum omnium ignorat-

## DE GLORIA

ignoratione, atq; temeritate versatur. Ita igitur sit, vt pro pulchris deformia, pro salutari- bus pernicioſa, pro iucūdis acerba frequētcr arripiāt. Quocirca nihil tā pugnat cum sapiētia, quām opinio: nempē quā sit inimica conſtantia, & atrīca leuitatis. Si autem nihil eſſe potest clarum, & excellens quod cōſtantia re- pugnet: quā fieri potest, vt gloria lumen ali- quod habeat, cum tota sit opinionis incon- ſtantia, atq; temeritate sita? Sed fortasse dices non debere omnia ad illam exactissimam fa- pientiā normā dirigi, quā negat eſſe grauis, & constantis hominīs opinari: eosque te ma- gis probare, qui multa centent opinione con- formanda? Sit ita sanē. Nec eſt enim necesse omnia ad viuum reſecare. Sed qualis erit ea tandem opinio, quā probanda eſt? Ea certe quā nō ab imperita multitudine, sed à paucis fa- pientibus vniuersa etiā multitudine recla- mante, concepta eſt. At gloria in exiſtimatio- ne populari, atq; multitudinis opinione con- ſistit: quod loquendi eo nsuetudo facile decla- rat. Nō enim gloriæ cupidos appellamus eos, qui ſe paucis probari cupiunt: ſed qui ſe totos ad multitudinis arbitrium fingunt: & accom- modant. Quis enim vñquama ſeſe nobilitatis amore ab hominū cœtu, atque communio- ne ſciunxit? Quin potius omnes qui laudem amant

LIBER PRIMVS xv  
amant in hominū luce atq; célébritate ver- fari cupiunt: & in omnium confectu res mag- naſ administrare: vt eam gloriām affequan- tur, quam ſibi proposuerunt. Ille qui Platone inſtar omnium exiſtimabat, & ab omnib. alijs deſertus, præter vnu Grēciæ ſapienſiſſimum, non alium audiorem requiebat, nō erat stu- diosus gloriæ ſed veritatis. Cōtra vero Demo- ſthenes, qui glorię cupiditate Academiam de- feruit, ſi fuifſet à populi corona deltitutus, etiā audiente Platone verbū nullā tecifſet: ſed po- tius animo fractus & mœrens, luctu (quod aliquid feciſſe traditum eſt) propemodum contabuifſet. Sic eſt enim humiles atq; demif- fus animus in gloriæ cupiditate. Quid philo- ſophi? Nonne ſatis ostendunt eam in popu- lari prædicatione verſari? Si epim eam paucorum iudicio contineri putaffen, nunquam ad illius contemptiōnem tāto ſtudio ſuos au- ditores instruixiſſent. Hoc igitur ſit à nobis principio constitutū, eam in publica opinio- ne conſistere. Aliter enim Socratem glorio- ſum appellaremus, Alexandrum vero gloriæ contemptorem, quorū alter omnes hominū ruinores auncupabatur: & cū magna bella ſu- ſciperet, imperitorū opinioni ſeruiebat: alter multitudinē contemnens, non ad populi vo- luntatem, ſed ad rectā rationem ombia. vitæ conſilia

## DE GLORIA

consilia referbat. Est igitur hæc vera gloriæ definitio: vniuersæ multitudinis opinio de aliquius egregia dignitate cœcepta. Reliqua de incepis persequamur, nisi prius ea, quæ à me haec tenus dista sunt, refellenda putas. Id quidem, inquam, experiar, posteaquam peroraueris. Nunc enim nullo modo commitam, ut te interpellem, maxime, cum hec definitio mihi non omnino displicato. Cum igitur, inquit ille, constet gloriæ esse cōsentientem populi laudem, opinionē excellētis decoris excitata: illud intelligendum est, talem nos opinionē de rebus expertendis, & fugiendis, de laudandis, & vituperandis accipere, quales sunt iij mores, quibus imbuti sumus. Id enim quisque laudabile iudicat, quod intuetur, quod amat quod nimis ardenter apperit. Quanta igitur varietas est ultimi boni iudicio, tanta in laudis opinio sit necesse est. Cum vero tam variū & multiplex sit hominum ingenium, atq; dispares mores, atq; dissimiles, accidit, ut in studium suum quīsq; rapiatur, & ea laudanda iudicet, quæ alij vituperanda videantur. Quod quidem adeo latè paret, ut nullum sit tantum flagitium, nullum tam corruptum atque sceleratum studium, quod in suo genere laudatore careat. Est enim certū laudis præmium: infamis etiā hominibus in lucris artibus

LIBER PRIMVS. xvij  
bus exercendis constitutū. Est & lena & meretrici sua laus in circumuenienda iuuētute, & turpitudinis illecebris allicienda. Quæ res impulit scriptorem quandam hanc in elegantiem ut illam perfectam & absolutam meretricis formam, quæ cogitatione cōcipi potest libro non inueniusto complectetur. Quem librum si me audieris, legendo conteritis. Plurimum enim interest ad maximarum artiū studia, videre quām pulchre sint eo opere instruētae imputæ mulieres ad tendendas fallacias, & pecuniam exterrandam. Hic Metellus riddet, bene, inquit, sane fecit quisquis ille fuit, cum simplices iōmīnas, & huius tam præclaræ artis ignaras erudiuit. Qui potuisset enim fallēdi disciplinā tenere, ni fuissent huius literis adiut? Quid, inquit Augustin⁹, est imputatius vanitate? Quid odio maiore dignus, quā dolis, fraudes, insidia? Sed videmus Vlyssen Homericum auxilio Palladis celando, & mentiendo, mentemq; ad omniem malitiam, & fraudem versando, diuinis laudibus ornatum fuisse. Nunquam certe Homerus Vlyssen, quem nobis ad effigiem absolute sapientiae descriptis, his artibus prædiū induxit, nisi tēporibus illis fuisset summæ laudi tributum, astutè fallere, & insidiis calide circueire. Quid autem Vlyssen admiramur, cum

C etiam

## D E G L O R I A

etiam Musæ apud Hesiodum gloriarentur secum velint falsa cōfingere, & similitudine veritatis quos velint in fraudem inducere? Sed ad maiora veniamus. Est ne aliquid quod magis contineat ciuilem societatem, diuini numinis metu, iurisurandiq; religione atq; sanctitate? Nihil sané. Qui igitur iuriuradum violat, is non solum in Deum impius, verum etiam totius humani iuris, & communis salutis eversor est existimandus. Atamen apud eundem Homerum legimus fuisse quosdam illustri, & clara fama propter periurium celebros: qualis fuit.

*Autolycus ille, quo non præstantior alter,*

*Vt inquit Homerus,*

*Et fraudare homines, & fallere numina diuum.*  
*¶ Et ne parum elegantē eam perfidiae scientiam putaremus, subiungit:*

*¶ Namque si us illi dederat Cyllenius artes.*

Neq; enim tam præclara studia sine Dei ilius ope coli potuissent, qui eo ipso die quo natus est, tā præclara dedit futuri latrocinii documenta. Namq; Apollinis boues abegit: & Vulcani instrumenta surripuit: aliaq; ciuimodi facinora edidit immortalitate dignissimus. Fabulae sunt dicet fortasse aliquis Fabula certe, sed ab egregio vate facta, vt videmus expressam veritatis imaginem: & totius anti-

## L I B E R P R I M V S.

18

antiquitatis mores, & instituta cognoscere mus. Is igitur docet nos illis tēporibus, neq; latrocinii maria, & terras infestas reddere, neq; insidiis, & perfidia generis humani societati violare, neq; impia fraude periurioq; cælestis numen offendere, infamia vllam habuisse: sed potius eos qui ea scelera sc̄iēter, & callide suscepissent magnam fuisse laudē eo artificio consecutos. Sed ne fabulis omnia cōfirmemus, quantam vim habeant leges ad laudē rebus impuris tribuendam, ex eo perspici potest, quod multa facinora tetrē, & impīcē cōcepta, apud quā plurimas nationes honesta, & laudabilia purabātur, quod essent legibus prescripta. Assyriis mulierib⁹ antequam fuisse illis ab aliquo peregrino stuprum in luco Venoris oblatū, nubere legibus non licebat. In Lydia erat statutum, vt mulieres corporis pernugati quæstu dotem sibi consicerent: ita vt quæ id facere renuisset, non satis proba, neq; antiqui moris foemina putaretur. Carthaginenses, Rodii, Galli, Scythæ, alia nationes q̄ plurime non satis numen placari posse existimabant, nisi in sacris solēnibus homines immolarent: vsq; adeo vt multi manu sua filiis vitam eriperēt. Qui igitur apud illos aras humano sanguine aspergeret, & scipsum parricidio contaminaret, vir religiosus & pius habe-

C 2 retur.

## DE GLORIA

retur. Quid hic Massagetas, quid D'erbices, quid Hircanos, & Caspios cōmemorem, quo rum legibus erant ea scelera constituta, quæ etiam fugiat & reformidet oratio? Hęc tamē illi, quād escent sancta lege, & in more posita, iusta, & honesta ducebant. Magnam enim viam habent mores, instituta, disciplinæ, quod vitæ communis exemplis facillime cernitur. Talis enim est, vt paulo ante diximus, de rebus laudabilis apud omnes opinio, quales sunt ii mores quibus imbuti sunt. Neq; enim potest is qui pudorem penitus amisit, honestatis (specie) commoueri: neque is qui omnne ſtudium ad fallēdum adhibuit, vera simpliciaq; landare: neq; ille qui diuturna cædis consuetudine efferatus est, humanitate & clementia delestat. Nemo deniq; ea probabit ut quā, quæ videt esse ab institutis suis abhorrentia. Cum hoc igitur adeo exploratum sit, quæ tandem vitæ ratio potest illi constare, qui omnia ad gloriam dirigit, & studia vitæ multitudini probare ardētissime cupit? Si genus illud aureum extaret, Portarum monumentis immortalitati consecratum, tum demū illi, qui se totos fingerent ad multitudinis arbitrium, potuissent simul cū gloria splendorē virtutis adipisci. Cū enī m̄ escent vniuersi sapiēces, quod nūc paucissimis cōtingit, nemo poterat multitudi-

## LIBER PRIMVS.

19

titudini mores suos probare, qui non esset omni virtute cumulatus. Quomodo tandem inquit Metellus, sine doctrine studio, quod tunc in illis non erat, sapientiā assecuti sunt? Quasi, inquit Augustinus, villo studio illis opus fuerit, qui nulla re, vt volunt poëtae, impediebantur, quominus ipsam naturam optimam magistram sequeretur. Aurum autem illud apud poëtas, nihil aliud significat, quam naturales opes virtutis, atq; sapientiæ. Quod vt melius intelligatis, vtar illis Hesiodi carminebus quæ à te (me autē appellabat) haud ita pridem cōuersa memoriae mandauit. sic enim inquit

*Nunquid diuino primum est gens asrea terris.  
Et ta satyrus dum celi ſceptra tenebat.  
Vt dū ritebant homines, neq; tristibus agri  
Curis nec preſi arunnis, duro uel labore.  
Omne malum cunctis aberat, tristisq; ſenectus  
Non dum tardabat vires, ſed ſemper eodem  
Robore firmati stabant, viridiq; iuventa:  
Ducebantq; choros summa dulcedine lati*

Hinc apparet illos homines præsidis sapientiæ circumseptos fuisse, nempe qui mentē haberent ab omni perturbatione liberā & solutam: & ſeſe ab iis malis, quæ corporis valetudinem perturbat, & ſenectutem infirmam, & otiosam efficiant, tutos conseruant. Non

C<sub>3</sub> dum

## DE GLORIA

dum enim ambitio & avaritia rationis arcem  
occupauerat: nec dum corporibus infinitam  
morborum vim luxuria, atq; mollices inue-  
xerant. Neq; solum in vita virtutis fructu ca-  
piebant, sed etiam æquitate animi incredibili-  
li moriebantur, quod est consummatæ cuius-  
dam sapientiæ. Sequitur enim.

*Non tamen inniti lînguebant lumina vita.  
Sed mors ut grata, dulcij; sapore quietos.  
Iam longa vîlos atque amplexa tenebat.*

Cum enim vis omnis abfuisset, neq; dum  
pestilentes ægritudines in humanū genus in-  
vâsissent: nemo poterat vita excedere, præter  
fatum, præterque naturam, sed longa, atque  
beata senectute consumptus. Additum dein-  
de est.

*Cuncta illi igitur felicia proueniebant.  
Omnia nam tellus, nullo presente cerebat.*

Hic nō tam est terra fœcunditas, quam præ-  
stantia moderationis intelligentia Erat enim  
diuitiis naturæ contenti, quæ sunt parabiles  
atq; termina. Si enim fuissent ardentes cu-  
piditate, nūquam opibus illis, qua tellus me-  
diocri diligentia culta large fundit, atq; mu-  
nificè, eorum sitis potuisset extingui: Sed in  
pecunia tetra, & mari quæreda, omnib; se se  
periculis exposuissent. Ergo non immerito  
cum tantis honestatis & innocétiæ laudibus

*in vita*

## LIBER PRIMVS. 20.

in vita floruerint, post mortem, antiquitatis  
opinione fuerunt in Deorum numero reposi-  
ti. Sic enim ait,

*Sed postquam fatum genus illud funere morbit,  
sancti terrarum genii sunt nomine dicti,  
Humani generis custodes, & bona cunctis  
Numina supplicibus, depulsoresq; malorum.  
Nuc terras lustrant: obscuroq; ære septi  
Vadunt insta oculis, iniusti agi facta videntes,  
Et ditant castos homines in vota vocati,  
Hac concessa illi regalia munera diuis.*

Est plane regiū munus, & gentis aureæ ma-  
iestati conueniens, magnificètia sua miseris  
homines inopia & egestate leuare, idque nō  
tam opibus terræ venis effosis, quām iisdem  
sapientiæ muneribus quibus est assecuta diui-  
nitatem Hoc enim arbitror Heliодum signi-  
ficare voluisse, cum illos diuitias cultoribus  
suis clargiri affirmat. Sed vt ad propositum  
redeamus, Si genus illud aureum in vita per-  
maneret, nec esset maiore ex parte sepultum,  
tam fortasse qui omnia officia multitudinis  
iudicio cōformaret, facile posset egregios fra-  
etus honestatis percipere. Sed videtis quanta  
sit huius aurí diuini penuria? Socrates apud  
Platonē in illa ciuitatē quam finxit omnibus  
opibus florentem, atq; beatam, ex huius au-  
reæ nationis stirpe Principes statuit. Cū enim

C 4. vniamer

## DE GLORIA

vniversam ciuitatem in tres partes diuisisset, alii enim reip. gubernacula tradidit: alios ad vrbis custodiam armis instruxit alios postremo voluit vel terram colere, vel in arte qua piã fabrili exerceri. Cum igitur hoc modo ciuitatem distribuisset, Principum ordinem aureum appellauit: Militum vero argenteum: Agricolarum autem & opificum æneum, atq; ferreum. Vult itaq; principes excellere præstantia sapientiae, milites autem robore animi, infimorum autem hominum ætatem in pecunie studio consumi. Sic enim intelligit illam aurum, argenti, & æris differentiam. In illa autem ciuitate quam vir sapientiss., vt absoluta formâ beatiss. populi descripsit, fatetur multis partibus plures cuiuscunq; generis opifices, quam optimates, & principes, hoc est, sapientes, futuros. Ergo illic erant plures inueniendi qui diuitias atq; voluptates, quam qui verâ virtutem amarent. Quod si in illa Rep. cogitatione platonis informata, pauci futuri erant honestatis appetentes præ multiitudine hominum se: rea, hoc est, flagitia, quid dicendum est in tanta, & tam insanabili omni gentium cupiditate, tamque precipiti ametia populorum? An paru liquet quam vere idem vates, cuius testimonio paucis superius vulnus huius perditos ferreæ gentis mores insecatur?

Nullum,

## LIBER PRIMVS. xxij

Nullum, ait, iuris aut religionis vestigium in terris apparere: nullum esse inter hospites hospitiis feedus: nullam inter fratres, atq; propria quos benevolentiam: nullam inter amicos officium, & amicitiæ sanctitatem. Deinde filios, ait, contumelia parentes suos natu grandes afficere, nec viro neorum metu ab hac tata sceleris immanitate reuocari. Tum cōqueritur, nullam omnino laudem tribui, neq; religioni, neq; iustitia, neq; probitati: & eos qui ciues suos iniuriis, & maledictis vexat, summi pere laudari. Postremo pudorem assertit è terris exterminatum esse, Nemesis in exilium pulsam, Iustitiam humanis sceleribus infensam hominum cœtus deseruisse, & in celum euolasse. Sed quorundam attinet pœtarum sententiis vti, cum infinitis exemplis intelligamus, nihil posse fingi multitudine turbulentius, nihil amentius, nihil in omni genere perniciosius? Quotus enim quisq; est in populo, qui sapientiam diuitis honestate voluptibus anteponat? Contrà vero omnes sunt ardentes cupiditate, nihil recta ratione moderates, sed omnia effrenata libidine, atq; nefaria voluptate mentientes. Cæco animi impetu salutaria declinat: pestifera atq; perniciosa conseq̄uitur. Eadem cæcitate mentis impediti nomina rerum immutant. Simplices &

C 5 apertos

## DE GLORIA.

apertos homines stultos appellant. Vnde etiā illud inueterauit apud Græcos, vt enī deia, que propriè significat ingenuam bonitatem optimè sentientem, stultitiam significaret: & nomen quod erat laudis proprium, contumeliam seruiret. Contra vero malitiosi, & fronte scelus occultantes, vt viri prudentia clari, sermonē omnium celebrantur. Temeritati & audacia fortitudinis nomen imponant. Prudētia vero & moderationi timiditatis. Legibus obtemperare imbecilli animi esse statuant: videribus vincere gloriosum. Frugales avaritiae nomine vituperant: prodigos autem magnificentiae laudibus exornant. Atq; postremo in omni genere virtutes deserūt, vitia persequuntur, à studio honestatis abhorrentes, & indomititis cupiditatibus inflammati in summa opinionum inconstancia, & inanitate versantur. Sunt in rebus afflictis humiles: in secūdis elati: in discrimine armorum timidi: in pace, & otio præsidentes: in inopia supplices: opibus autē affluentes ingrati. In periculis enim constituti optimorū auxilium implorant: timore autem liberati eosdem è patriæ finibus expellunt. Est nanq; vulgi proprium omnem virtutis excellentiam odio habere, eamq; vt libidini populi nimis aduersariam de mediotolendam putare. Hinc illud scelestissimum faci-

nus

## LIBER PRIMVS.

22

nus Ephesiorum natum est, qui cum Hermodorum cicerent è ciuitate, nō aliā causam attulerunt, nisi quod virtutis industria nimis inter omnes excelleret. Hinc etiā extitit ostracismus ille, sic enim appellabatur illud exilio génus Athenis & Argis incredibili ciuiū seclere cōstitutum. Quid enim aliud fuit in Asi stide, quod effenderet populi voluntatē, nisi admirabilis quædam iustitiae, & integritatis opinio? Quid Cimonem & Themistoclem è patria cecidit, nisi res memorabiles in reb⁹ bellicis effectæ? quid aliud eosdem Athenienses induxit, vt exilio aut morte viros excellentes afficerent, nisi quod cernerent in illis singulare quoddā lumē virtutis elucere? Sed Athenas omittamus hoc infando scelere nimis in famēs atq; detestabiles. Quid Hermocratem Syracusis exterminauit, nisi facinus illud maximum, atq; pulcherrimum, quo florentissimas Atheniensium opes attruit, & patriam obſidione liberavit? Quid Dionem nondum præclaro illo munere perfundū, cum adhuc tyranni, quorum iugū à cervice patriæ depuleraat, arcem tenerent, expulit, cunctisque patriæ libertate constituta, vita priuauit, nisi egregii illius muneris inuidia? Quid hic refaram Camillum, Coriolanū, Rutiliū, Metellum, atq; Ciceronem, & alios inumerabiles singulari

## DE GLORIA.

singulari industria præstætes, quibus propter excellentem virtutis opinionem aqua & igni interdictum fuit? Infinitum esset, si vellē persequi quā fuerit semper vulgi temeritas optimis viris infesta. Nescio enim quo modo tenui per homines animo magno, splendidoq; ingenio prædicti populo suspecti, & iniurii fure. Quāuis igitur necessitate compulsa multitudine omnes impetui opes ad egregios viros deferat, ubi primū eorum virtute fuerit singularē aliquod beneficium cōsecuta, extinguit cōtinuo beneficii memoriam inuidiæ magnitudine. Et ita sit, ut eos quorū opera & consilio patriam atq; fortunas retinet, & patria & fortunis omnibus extrudat: & illis pestem inferat, à quibus conseruata est. Cum igitur constet omnem populum esse amentem & ingratum, nefariisq; sceleribus astrictum, quid tandem laudare poterit, quod sit à vera virtute, & honestate profectum? Hic ego interpellas o hominem inquam, minime popularē: sic enim acriter in causam plebis inuectus es, vt valde verendum sit ne quid hinc emanet, quod in te plebis animos accendat. Quantum enim video, sic vniuersum populum improbatis, & amentiæ condonnas, vt neminem à tento numero excipias. Neminem certe, inquit ille. Non tamen vellē existimes me

tam

## LIBER PRIMVS.

23

tam censu & facultatibus, quām virtute & industria summos viros à vulgo fecernere. Is enim sum qui omnines homines ingenio præstantes, & animi sui motus recte rationis impetui se dantes, & omnem curā & cogitationem ad communem utilitatem conferentes, quāuis nō opes sint, & obscuris parentibus orti, in principum numero habendos censem. Contrā vero qui hebeti ingenio sunt, & languori desideriq; dediti, improbis cupiditatibus obtemperant, & publicam salutem negligentes, omnia referunt ad suam utilitatem, quamvis in amplissima familia nati sint, & res magnas administrent, plebeios existimo. Nō enim quantas opes habeant considerandum est sed quantis digni sint. An tu illos, Principes & optimates appellados existimes, qui libidini seruant, & potentia abutitur ad miserationem hominū calamitatem: patrimonium que suam cōtra ius & fas amplificando & plebi grauiissimas iniurias inferēdo, patriæ statū nefarie labefactā? Si enim vetera memoria repetamus, intelligemus profecto hoc fuisse plerūq; in omni Rep. paucis propositum, vt paulatim omnes possessionibus suis iniuria pellerent, & in omnium fortunis impunē dominarentur. Cum aut̄ ipsi soli omnia possiderent, plebs omnibus bonis spoliata esset, nihil

## DE GLORIA

nibimali cogitari potest, quod nō esset in populi calamitate. Fit enim plerunq; vt amplissimam pecuniam insolētia atq; fastidium: & ge statim vero præceps audacia consequatur. Ita igitur evenit, vt & opulentī superbē imperando, & egentes in nobilium fortunas impetum faciendo, vtriq; patriā turbulentā seditione connellant. Ergo cum omnis populus in principes & plebē infimam distributus sit, & vtraq; pars magnis sceleribus iuquinata, & hostili odio imbuta, semper in alterius perniciem incitetur, quid tandem boni erit ab unius verso sperandum? Est enim in p̄ebe temeritas, furor, audacia cū incredibili studio nouitatis: in iis autem qui Principes appellātur, superbia immanitas, avaritia cum immoderata dominandi cupiditate coniuncta. Quibus vitiis omnia tandem concidant opus est. Illud autem magno argumēto est, nullum esse tam improbum facinus, quod nō auctore, & ap̄batore populo cōcipi posit: quid quotidie videmus eos qui publicum otium importunitate sua perturbant, & omnia diuina, & humana iura violent, vt vitos fortes, & patria studios mirificis laudib. extolli. Quid enīa persequear ea scelera quae in turba, & seditione ciuii cum magna laude concipiuntur? Quid autem postquam discordia, sanguine imbuta ciuium

## LIBER PRIMVS.

24

civium animos diuturna crēdis cōsuetudine reddit immanes, & efferatos? Neq; enim solū llandantur ære alieno oppresſi, cum suis creditoribus necem afferunt, verū etiam qui propinquos, & amicos interrimunt. Nullam enim apud eos vim tūc habet naturæ lex: nullam possidet religionem sanguinis communio, nullam sanctitatem retinet amicitiar sed potius omnia gentiū iura inaudito scelere, & audacia violantur. Qui autem plura facinora immanitatis ediderint, & audacius fidē iure iutando firmatam sefellerunt, astutiusq; aduersarios nihil hostile propter fidē interpositam metuētes infidiis oppresserint, amplioribus laudibus afficiuntur. Neque enī malitia vllum dedecus illis imprimit: immo res alias ab illis gestas exornat. Inde sit vt pleriq; malint homines se in improbitate callidos, quā in innocētia parum astutos existimari. In nomine enim simplicis bonitatis erubescunt: & in fama malitiosę peruerditatis iusolēter efferruntur. Ac vtinam vetera tantum exēpla, quae à Grēcis & Latinis accepimus in medium adducere licuisset. Sed recens memoria tā multa nobis suppeditat, vt antiqua reticenda videātur. Quid enim, vt de hac potissimum regione loquamur, mali singi potest, quod Italia in iis seditionibus longinquitate temporis inue-

inueteratis nō viderit? Multi enim fuere, qui fratres atq; propinquos necarent: qui temp̄a religiosissime culta ciuium cāde funestarent, arāque sanctissimas sanguine suorum aspergerent. Multos etiam legimus contra fidē interpositam aut fame, aut inaudito supplicio à ciuib⁹ suis imperfectos. Omnia deni que facinora suscipi videmus, quæ temperia omni ætate à multitudine furente suscepta sunt, quæ poscē & exitium rebus omnibus in ferre solent. Quæ enim gens est, quæ non huiusmodi sceleribus diuissa, funditus interierit? Cū itaq; omnia magna imperia, vel exteris bellis vel intestina seditione corruerint, longe plures fuerunt ciuil discordia, qnā hostium armis excisa. Hic populorum furor Atheniensium imperium deleuit. Hic Spartam, & Thebas arriuit. Hic Romam, & omnes denique nationes imperio florentes extinxit. Videris hanc discordiāflammam inter Christianos principes excitatam, quæ nō solū miseria Panniae reliquiis, sed Germaniæ, Galliæ, Italiae, Hispaniæ, toti deniq; Europæ desflagrationem minatur, quantū terrorem omnibus incuriat? At hoc tantum malū, tā nefarium & crudele bellum, tantum Christianæ Reip. periculum, scimus esse multitudinis scelere, & amentia conflatum. Populare

enim

enim furīas faces in Christianam Remp. immisere. Quod nisi Christus Opt. Max. numine suo tātum incēdium restinxerit, omnia conflagrabunt. Cum enim singula ciuitates Italæ sint in duas partes iam inde à Federic⁹ Secundi temporibus diuisæ, & inter se hostili odio dissidentes: sit sāpe numero, vt qui vici bus inferiores sunt, dum aduersarios vicitur possint, nullo modo recusent exterarum gentium dominatum. Tantaq; est hominum dementia, vt cum patriam aliarum nationum impenio atque libidine prodi derint, existimant suam dignitatem esse præclarissime constitutam. Omnem namque dignitatis ornāmētum ponant in ciuib⁹ alterius factionis cūctēndis. Hęc Italæ cruenta sedatio, populos incitauit, vt primum Germanos, deinde Gallos, postremo Hispanos ad Italæ dominationem evocarent, & florentissime orbis parti vastitatem, & exitium inferrent: & odium tādem inter duos summos Principes excitarint, qui de Italæ possessione dimicantes, vsque eō progressi sunt, vt eorum cōtentio si diu vixerint cādem ingenti, & Christiani nemini interitum moliri videatur. Hostes enim nostri satis acres, atq; parati ad nostrā perniciem accēdunt, magis amentie nostrę qnā m virib⁹ suis confidentes. Nunc igitur magna belli conten-

## DE GLORIA

tione Pánoniæ reliquias aggressi , haud mediocrem cladem gentibus illis intulerunt , & bonam Pannoniæ partē ferro , & flamma populati sunt. Qui nisi diaino numine , vt spero fuerint repreſi , in quamecumq; regionem armorum impetum pertulerint , omnia delebūt . Christus optim. Max. qui summa cæli templo diuina maiestate cōplet , populo Christiano , quem sanguine suo in lucē & libertatem vindicavit , clemēter ignoscat , eamq; ab ista malorum tempeſtate defendat : iramq; suam in hostes sui nominis aliquando cōvertat . Diuina ſiquidem ope , diuinoq; consilio opus est , ad tantam peſtem arcendum , quando humano conſilio depelli non poſteſt . Conſido equidem fore , vt hac mala impetu furentis multitudinis excitata , fortissimus Imperator Quintus Cæſar , cōfirmatus Christi auxilio propulſet . Periculi tamē quod nobis intenditur magnitudo , nullis verbis explicari poſteſt . Causa vero huius impéndentis mali non aliunde , quā à furore partium nata eſt . Ipsiſ enim non contenta cæde & sanguine ciuium , quo ſæpe numero leuissimis de causis vrbes replebant , cōplures etiam Reges ad discordiam ſollicitauerunt : & omnia periclitati ſunt , quo tandem non modo patriam perderēt , ſed vniuersam Christianam Remp. in extreum diſcriben adducerent.

LIBER PRIMVS. xxv  
cerent . Nunc igitur quemadmodum præclarí artifices operibus suis delectantur , ita vide mus huius tanti ſceleris principes , & autores , erectos & alacres expeſtatione rerum nouarū volitare . Nec enim ſolum exules , & are alieno opprefſos , qui niſi patria extincta , ſe in columitatem retinere non poſſe credunt , ſed alios etiam videmus , quibus licuiffet ſotio honesto frui , ex hoc tanto ruinae periculo capere voluptatem . Nunc enim ſpem concipiunt fore , vt aduerſarios vleſcantur , vt impunē la trocinentur , vt opes suas per ſummam ſcelus amplifcent . Sic autem ſtulti fuunt , vt non intelligant fieri non poſſe , vt in vniuerſa Reip. ruina ſalutem ſuam in columitem à communia calamitate conſervent . Quod minime mirandum eſt . Nunquam enim fuit confituum in populo , nunquam certa & cōſtantis vitæ ratio , ſed immanis audacia atque temeritas omni flagitorum generi copulata.

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE GLORIA LIBER  
SECUNDVS.



IC, Metellus. Sunt, inquit, ista  
Augustine, ut dicis. Multa enim  
imperia, populari amentia con-  
siderunt: Non tamen, recte vide-  
ris facere, si propter aliquam té-  
peitatem Rebus p. incidentem, q̄q; tamen nō  
in omni loco, nec semper excitari solet, om-  
nem populum in crimen voces. Nam illæ ipse  
resp. quæ scelere intestino corruere, nūquam  
ad aliquem gradum amplitudinis perueni-  
sent, nisi fuissent aliquo tempore bene consti-  
tutæ publicæque incolmitatis amantes: & in  
hac tanta rerum omnium perturbatione vide-  
mus multas nationes paci & otio studentes.  
Ad hæc Augustinus. Folleris, inquit, ò Metel-  
le, si nō credis omnem multitudinem ijsdem  
semper esse flagitiis coopertam, sed id mi-  
nus apparere quamdui est seueritate legum  
atque metu iudiciorum illigata. Fuit enim re-  
bus humanis hoc cœlesti legum munere con-  
sultum, quod quidem præstat, vt aliquando  
metu cōprimatur audacia, & innocencia sine

cura

LIBER SECUNDVS. xxv

cura sit. Fit enim vt dum singuli supplicia me-  
tuunt, feso facilius vniuerſi continent. Atta-  
men quemadmodum bestiam inanem, quam  
uis eo tempore quo vinculis cōstricta est, mi-  
nime noceat, non ob id circurem, atque ma-  
suetam appellamus, quia venit nobis in men-  
tem quantas strages ederet, si fuisset illis vin-  
culis emissæ: Sic etiam cum intelligamus om-  
nem populam non sponte sua, sed legum mi-  
nis quasi quoddam animal ferum & indomi-  
tū alligari: debemus cogitare quid faceret, si  
claustris illis euolare potuisset. Atq; idipsum  
magnum argumentum est, multitudinem agre-  
stem, atq; feram esse, quod nulla ratione po-  
test, nisi legum metu septa sit, vitæ officia tue-  
ri. Leges enim non sunt grauibus & honestis  
homini bū, sed leuib⁹ & flagitiosis impositæ.  
Ridiculum enim est ijs dare leges qui florent  
opibus sapientiae, & sponte sua in maximarum  
virtutem studia incurabūt. Non igitur castis  
& integris, sed impuris & omni genere turpi-  
tudinis inquinatis, scriptæ sunt: vt petulan-  
tiā, auaritiam, & reliquas animi labes vi, mi-  
nis, atq; metu cōstringant, & in domitas cupi-  
ditates supplicij formidine refrenēt. Cum er-  
go manifestum sit, nullum vñquā populū in  
officio cōtineri potuisse, nisi fuissent legum se-  
ueritate deuinclus, easq; constet, amentia &

D iij furoris

## DE GLORIA

furoris coercēdi gratia inuentas esse, qui possumus de furore & amentia populi dubitare? Qui quidē etiam cum est omnibus iuris vinculis impeditus, dat magnam significationem temeritatis, motu que ratione vacuos, atque turbulentos requirit, & cum primum vires colligit, omnia repagula iuris effringit. Omnes enim id conantur, ut eum statim perueniant aliquando, in quo possint impune quēuis maleficia committere. Quādū igitur inopes & imbelliges sunt, metu judiciorum à flagitio reuocantur. Non tamen semper. Multi enim quamvis sint omni rerum praesidio destituti, quietem pati nō possunt, & terra & immania fa. inora moliuntur. Nam cum animus ardet pecuniae cupiditate, aut inflamatur libidine, aut præceps odio, & iracudia fertur, & ad terrorem legis obdurescit, nullum est tātum flagitium, quod non concipere audeat. Fit enim ut primū nefaria cupiditas ad facinus impellat: deinde soes celandi, & oecultandi animū au-tacia confirmet. Est autem verisimile leges ab initio nō nimis aspera supplicia sceleri statuisse. Sed cum intelligeret Reip. moderatores maiors vim habere spem utilitatis ad cupiditatem inflammandam, quām pœna metum ad restringendam, addebat semper aliquid ad animaduisionis seueritatem, ut aliqua tan-

dcm

IBER SECUNDVS. xxvij

dem ratione vitia comprimerent, donec per omnia supplicia paulatim ad mortem deuentum est, qua omnē atrocitas pœnae cōplexi sunt. Nihil est enim multitudini ipsa morte terribilius. Attamen tam effrenata cupiditate plerumq; concitatur, vt neq; morte proposita à sceleri refrenario possit. Fieri enim nequid, vt libido ad potius temeris incitata minis yllis conteneri diu valeat. Erūpat enim aliquādo necesse est, & omnia officia vite perturbat. Quām cupiant autem omnes populi, ē iuris atque legum custodia emitti, facile ex eo persp̄icitur, quād ut quisq; maxime sibi populū conciliare vult, ita maxime leges omnes paulo seuerius nefariam libidinem resecantes, abrogare contendit. Hęc enim via, multi opes & gloriam quēsiere, atque vi publicae libertatis custodes omnium sermone laudati sunt, cum interim sapientes, & acuti homines ad infidias præcauendas qui istis aduersabuntur, salutare magis quām iucundum cōsilium in medium aferentes, ut communis utilitatis euersores de medio tollerentur. Ut enim qui febri vehemētius afflīctantur infestū sunt medici, remēdia salutaria quidem, acerbā tamē adhibētibus: illos autem diligūt, qui gelidam aut quiduis aliud suppeditat, quo febris estus aliqua ex parte relevatas postea magis ingra-

D iiiij uelcat:

uescat: sic popul<sup>o</sup> animo semper eger illis ini-  
micius est, qui seueritate Remp. sanare cupiunt;  
& eos amplexatur, qui populum vniuersum  
specie vtilitatis illectum, sint intra breue tem-  
pus o-nib<sup>o</sup> bonis euersuri. Eos enim qui nō  
recta & salutaria, sed grāta atq; pernicioſa ſua  
debant, vt Rēip. tutores atque parentes, con-  
tra opes diuera ſenictūm p̄ſuſijs publicis  
armabant, atq; tandem in omnium dominatio-  
ne conſtituebat. Ita igitur euenebat, vt im-  
modica libertatis cupiditate libertatem peni-  
tus amitteret. Ille enim qui populi dementia  
eum gradum honoris affequebantur, omniib<sup>o</sup>  
qui vel animi magnitudine, vel ſapientia p̄ſ-  
tabant, vel necem vel exilium inferabant.  
Cū igitur ita Remp. propugnatoribus omni-  
no ſpoliaſſent, ſine vlo metu crudeli domina-  
tu populum qui eam aluerat opprimebant.  
Quid est autem quālo in terra tyrannide te-  
trius? Quid odio maiore dignius? Quid iuri  
humanę ſocietatis infelius? At omnes fermè  
tyrannos accepimus demētia, & ſcelere mul-  
titudinis nato: eſſe, eiusq; p̄ſedio potentiam  
corroboraffe. Nec enīa, vt antiquissima com-  
memorem, Orthagoras Sicyonius, aliam ſibi  
viā ad tyrannidē munimur: nec alijs artibus  
Cypſclus Corinthum occupauit, nec Phisistra-  
tus alia ratione Athenarum potius eſt. Quid  
hic

hic referam Gelonem. Alexandrum, Phala-  
rim, alioſq; innumerabiles non ſolum in illa  
antiquitate, ſed patr. in etiam noſtrorum me-  
moria tyrannoſ insignes, quos emnes conſtat  
populares extiſſe, & populorum amētia eas  
opes comparaffe? Si laudari potest tyranus,  
laudate populum, qui tyranos gignere, & ale-  
re ſolitus ſemper eſt. Quod si tyranis deteſſi-  
biles & execrabiſſi ſunt, quis populi temerita-  
tem nō execrabitur, quæ tam immania & im-  
portuna monſtra in humana rū rerum perni-  
ciem extulerit? Quāmuſ igitur, vt cō reuerta  
mur vnde digreſſi tuuſ ſquis populus ali-  
quo tēpore ſedatus, & quieruſ eſſe videatur,  
nō quid tunc non agat animaduertēdum eſt,  
ſed quæ ſit eius viſ, quæ mens, quæ opinio,  
quæ voluntas, quid efficeret, ſi ſuileſ legum  
cuſtodia liberatas, quā ſit in felloſ bonis, at-  
que ſapientibus, quām facilis atq; benignus  
improbis, quanta poſtmo deuimenta com-  
muniſibus rebus, amentia multitudinis, inue-  
cta & importata ſint. Extat quaerela grauiſſi-  
ma Solonis elegiſtissimis verſibus conſcri-  
pta, quibus deplorat fuorū ciuium iſlaniā,  
& cupiditatē, qua quidem aſſerit, omnes At-  
ticas opes confici, atq; conſumi. Nondum o-  
pes Afriſ luxuriam in Græcorum mores inue-  
get, quæ homines effeminent, omnesque

## DE GLORIA

virtutis heruos incidenter: cum iam animadueteret vir sapientis, omnem populi impetum ad interitū spectare. Cum enim videret potentium insolentiam, & perditorum hominum egestatem, timebat ea mala, quæ vel propter extimias opes, vel propter extremam inopiam excitari solent, stupra, adulteria, intolleranda conuicia, furta, latrocinia, sacrilegia: deinde seditiones, prodiciones, clandestina cum hostibus colloquia, atq; tādem patriæ totius cuersionem, quæ omnia solent omnibus populis accidere. Quod ut melius intelligamus, inspiciamus à capite aliquam Remp. rerum gestarum gloria florentissimā, qualis extiterit eo iam tempore, quo leuiorē disciplina fundata esse videbatur. Fuit ne populus vñquā populo Romano aut prudētiae opinione grauior, aut rebus gestis illustrior? Non prorsus. Ponite nūc ante oculos singulas Romanorum ētates, & ea scelerā, qua tempori bus illius Reip. castis, & integris concepera fure, in memoriam reuocare, ut melius de omni populo iudicare possitis. Ut enim facinora regum aetate nefarie suscepta præteream, post exactos reges populus in duas continuo partes distractus ab extensis bellis ad intestinā seditionem cōuersus est. Principes enim id propositum habebant, yr plebi libertatē & fortunas

## LIBER SECUNDVS. xxx

nas eriperent. Publica itaque bona domum auertendo, & priuatos homines suis exturbādo, in potestat in suam omnia redigebant. Plebis iracundia furēs ad nobilitatis imperiū excindēdum, inuid. & etiam stimulis concita ferebatur. Alteri igitur eos, quārū tutores esse debebant, iniurijs grauissimis onera bāt: alteri in illos in quorum tutela erant omnes opes Reip. impetum faciebāt. Interim potentium hominum cupiditas omnes posse siones usurpabat, scenerorum immanitas ciues in neruo deuinatos cōtumelijs atq; verberibus conficiebat: multitudo tribunitis furoribus agitata, omne imperium aspernabatur, vimque summis magistratibus inferebat, clādestini, nocturniq; cœtus, & occultæ ciuium coniurationes interitū Reip. denuntiabant. Quid referam illas instane plebis secessiones, illam nobilitatis in opprimenda plebe contumaciā, illam temeritatem plebis ad affligen dam publici consilij grauitatem instructā & armatam. illam postremo odij acerbitatē contra populi commoda in principiū animis insitam, & penitus inherētem? Iam in legibus rogandis, aut obrogandis, in tribunorum intercessionibus, in obnuntiationibus augurum, quantæ turbæ commotæ, quantæ cædes etiam interdum factæ? Pauci enim erant, qui ratione aliqua

## DE GLORIA:

aliqua ducti,communi utilitati consulerent; multi qui omnia infima summis patia faceret turbarent,atq; commiserent. Tantum itaque malum erat populi scelere conflatum, vt bellum quantumuis magnum,atq; periculum esset sapientiis ciuibus optabile, & expetendum. Nec enim alia ratione poterant discordiae sedari,nisi communis periculi metus animos otio dissidentes ad commune malum de pellendum coniungeret. Haec erat illi prisca Romanorum disciplina: hoc illud Reip. decus,& ornamentum: hi deniq; ciuitatis illius sancti,& in corrupti mores. Non hic dispergo de immensa luxuria,& avaritia,& reliquis pestibus quae post imperium latissime propagatum,& otium terra atq; mari constitutum in cubuerunt ad nominis Romani perniciem. De illa etate incorrupta priscorum hominum loquor, omnium Graecorum, atq; Latinorum scriptis illustrata. Quod si nullus vñquam populus habitus est Romano præstantior, isque vel eo tempore, quo magis excellere videbatur omnibus virtutis & industrie laudibus, fuit infinitis sceleribus inquinatus: Quid de reliquis omnib<sup>o</sup> existimadum est, qui omnia studia vita in turpe quæstum & effrenatam libidinem cōtulere? Vera est igitur & sapiens eorum sententia, qui à procuratione populi, tanquam

## LIBER SECUNDVS

xxxij

tanquam à nauigatione maris scopulosi & infestū, fugere precipiunt. Non immerito itaq; demosthenes cum Athenis exultaret, & ciuitatis arcem respiceret, flens exclamabat. O Minerua, inquiēs, Quid tibi venit in mente tribus feris impunitissimis delectari, noꝝ tua, draconē, & populo? His quidem verbis ille vir eloquentiss. non modo grauiter ut debuit, in populū inuectus est, sed eius etiā naturam, & ingenium sapienter explicauit, eum cum noctua, atq; serpente coniugens. Nulla enim noctua sic luce solis, vt multitudo splendore virtutis offenditur. Nullus draco tantum & immanis est, qui sit cōferendus cum feritate populi, multiplici lapsu, & impetu furante omnia peruertentis. Ergo cum hominum opinones cum eorum moribus & vita consentiant, ita vt id solum laudent, quod in flutis suis conuenire viderint, constetque omnem populū esse magnis furoris & amentiae stimulis agitatum, atq; virtutis ipsius inimicum, erit quisquam tam sine mente qui dignitatem aliquam in illius opinione positam existimet? qui tam feri & indomiti animalis motus obseruet? qui multitudinem cœcam, & amentem sibi magistrum vitæ constituat? qui deniq; id illius infinitam libidinem actiones administret. Quid enim est amentius, quam

tanta

## DE GLORIA

tam varias & inanes hominum opiniones int̄  
tueri? Quid difficilius, quam tam contrarijs,  
& inter le repugnantibus studijs & cupidita-  
tibus obtemperare? Quid deniq; miterius  
quam popularis offenditores metu dies atque  
noctes examinari? Est enim primum libertas  
ab ijs cedē, sine qua vera dignitas, quæ tota est  
in virtute posita, ne intelligi quidem potest.  
Virtus enim nō in populi opinionem, sed in  
se ipsam intuetur, nec leges accipit, sed poti⁹  
imponit, nec vllis malis frangi potest, sed est  
ab omni malorum impetu s̄mp̄r invicta. Fit  
itaq; vt dum miseri homines dignitatis spe-  
cie capti gloriam conſtantur, omnia orna-  
menta ver⁹ dignitatis amittant. Deinde quid  
absurdius quā honestatis iudicium commit-  
ti iudicibus inhonestis atque totius virtutis  
ignaris? Séper enim cum dē re aliqua questio  
exoritur, requirimus iudices qui s̄nt eius rei,  
quæ vocatur in dubiū, scientissimi. Si de phi-  
losophia certamen est, summos philosophos  
studio⁹ e confundimus. Si controuersia aliqua  
iuris inc̄dit, eorum sequimur auctoritatem,  
qui optimi iureconsulti numerātur. Si de re-  
bus ad artem musicam pertinētibus ambigi-  
mus ad eorū examen, qui sunt in musicis val-  
de exercitati omnia perpendim⁹. Neq; id fo-  
lum facimus in artibus ingenuis, sed in fodi-  
dis

## LIBER SECUNDVS      xxxij

dis etiam, vt ad iudicium artificum excellen-  
tium omnia referamus. Nihil enim arbitra-  
m̄r indignius, quam velle aliquem de re cui-  
us vim penitus ignorat, ferre sententiam. Si  
igitur in omni contentionē eorum insolentiā  
qui iudicant de reb⁹ quas nunquam cognitio-  
ne attigerunt, intolerādam censemus, quā con-  
uenit existimationē multitudinis virtutis ex-  
pertis & ignorat⁹, in virtutis iudicio magnifica-  
cere? Quid? In artibus leuisse, iudicium impe-  
ratorū audaciam dānamus, rei vero omnium  
maxime atq; pulcherrimæ iudicium popula-  
ri amentia coamitemus? & non quid pauci  
sapientes, sed quid vulgi imperitum statuat  
intuebitur? & quos singulos vt leues, & insa-  
nos cōtemnimus, ijs vniuersis tantum au-  
toritatis tribuemus, vt eorum opinione à turpi  
bus honesta distinguamus? Quid illud? Quā-  
tum mali est? Nemo enim potest ab omni bus  
laudari, nisi sit iucundus vniuersis. Nemo au-  
tem potest id asequi, nisi seipsum ijs dē sceler-  
ibus astringat, quibus vniuersam multitudi-  
nem infecta esse videt. Nihil est enim aptius  
ad amorem conciliādum, quam studiorum si-  
militudo. Est igitur illi necesse qui diligi cu-  
pit, vt in eas rationē qua populi cupiditatē fa-  
tis faciat. Ita efficitur vt qui gloriæ seruūt, nō  
modo sint humiles, & amentes, verum etiam  
scelerati.

## D E G L O R I A

sceleritati. Nam populari temeritati ita ad di-  
ctum esse quicquam; vt nihil moliri audeat,  
quod intellexerit non fore populi iucundum,  
est extremae cuiusdam humilitatis honestatis  
autem iudicium ad multitudinis arbitrium de-  
ferre singularis stultitiae: Indomitius vero po-  
puli cupiditatibus eteoperare, sceleris imma-  
nissimi. Est igitur illorum humilitas conte-  
mnenda, & levitas irridenda, & improbitas ex-  
erada. Illud autem est valde odiosum, quod  
vt quisq; maximo animo praeditus est, ita ma-  
xime opinionis errore glo iam aucepatur: ea  
que de causa omnia vita cōsilia ad populi vo-  
luntatem alliciendam dirigit. Nec enim po-  
test aliter clarus esse, & summos honores adi-  
pisci, nisi popularis existat. Popularis autem ille  
est, qui nihil omnino neque dicit neque facit  
quod populo ingratum fore cognoverit. Cum  
igitur is qui valet industria, & ad omnē disciplinam  
docilis est, animum suum ad studium  
multitudinis adiungit: terra facinora suscipiet.  
Quod si solum habet es, & tardi animi raper-  
tur in istum errorem, non tantum damni fieret.  
Nam neq; si le studio sapientiae dicauis-  
sent, valde proficere potuissent, neque ex eo-  
rum erratis tam multa detrimēta fuissent re-  
bus communibus importata. Cum autem ho-  
mines florentes ingenio sic vitā instituant, vt  
morem

LIBER SECUNDVS. xxxij  
morem populo gerendum existimēt, duplex  
malū est. Nam & se ipsos priuant illo amplis  
simi virtutis fructu, quem perciperent, si stu-  
dia sapientia coluisserent, & multa grauiora ma-  
la possunt ciuib⁹ suis excellenti industria ma-  
chinari. Præstas enim naturæ vis perinde est,  
atq; sunt ijs mores & disciplinæ, quibus infor-  
matur. Ut enim nihil est Reip. salutarius inge-  
nio excellente, si fuerit honestis artibus ex-  
cultum, ita nihil Reip. pestilentius esse potest  
animo maximo prauis opinionibus imbuto.  
Ergo qui populi levitatem intuebitur, quo ma-  
iore industria fuerit, eo erit perniciens: po-  
puli enim disciplinæ assuefactus ingeniu suū  
ad ea flagitia quæ populi cordi esse videt, di-  
ligenter exacuet: & in ijs conficiendis inter  
omnes excelleat. omniaq; summo studio deeli-  
nabit, quæ populo suspecta & invisa cognos-  
cit Atq; primum cum Philosophiæ studium  
vulgo spretum, atq; cōtemptum esse videat,  
numquam is erit qui magnam vitæ partem in  
studij sapientiæ consumendam existimet.  
Nunquam igitur inuestigabit, quis sit terræ  
situs, quæ forma, quæ circumscrip̄tio, quæ ma-  
ris vniuersas terras ambientis species, atque  
magnitudo, quæ fontium, & fluminum na-  
tura, quæm disparia, atq; dissimilia genera plan-  
tarum, & animalium. Neque inquiret vn-  
E quam

## D E G L O R I A

quam, quæ sit origo ventorum, quæ vis fulgu-  
rum, & fulminum, vnde nocturne faces flam-  
mis coruscantib⁹ & cometæ quæ vulgus esse  
putat malorum prenuntias, existant. Nun-  
quam denique iucunditatē illam sentētiq; que  
percipit ex admirabili specie atq; pulchri-  
tudine siderum, immutabili cōstantia certos,  
& equabiles motus, in omni ætate conseruan-  
tium, neq; postremo in sui ipsius cognitione  
studium illum ponēdum arbitrabitur. Que  
certè consideratio illum ad summum sapien-  
tiæ gradum perducere ingentiq; voluptate af-  
ficere, & ad summum rerum cōditoris amorem  
incendere potuisset. Sic autem omnibus opib⁹  
diuinis affluens, illum beatum statū asse-  
queretur, qui in cælestium atque diuinarum  
rerum cognitione consiliit. Ille enim demum  
est beatus existimandus, cuius mens hoc diui-  
no contemplationis pabulo, quasi quodā ne-  
stare & ambrosia. alitur, atque sustentatur.  
Quid enim aliud est Deorum intereste conui-  
uijs, quām diuinis opibus sapientiæ, quæ qui-  
dem sunt epulæ mentis, & cogitationis abun-  
dare? Nolite enim putare de Cis. homind⁹ si.  
Etis fabulis nos in eum errorem inducere vo-  
luisse, vt crederemus Tantalum aut Prometheum,  
aut alium quempiam à Deis conuiuo  
splendide magnificeq; ornato acceptos fui-  
se:

L I B E R : S E C V N D V S. xxxiiij  
se: Sed cum existimarent Deorum vitam na-  
turæ cognitione contineri, eos qui in naturæ  
peruestigatione multum opere & studij con-  
sumebant, Deorum conuiuas appellauere,  
quod diuinis Sapientiæ dapibus alrentur. Fe-  
lix enim illi habendus est, non qui ingenio ad  
quæstam, & libidinem abutitur, sed qui rerū  
potuit cognoscere causas. Quæ quidem noti-  
tia nihil utilius aut humanae nature cōuenien-  
tius inueniri potest. Nam si natura pulchritu-  
dinem amamus, nihil possumus cernere hac  
tam excellenti mundi (pecie pulchrius. Si v̄  
loptas omnes mortales allicit, nullæ volunta-  
tes sunt cum ijs quæ mente ex notitia rerū ca-  
piuntur, vlla ex parte conferendæ. Si trāquil-  
lus animi status est ardenter expetēdus, nihil  
est quod maiorem vim habeat ad constatiam  
animi comparandam. Is enim qui diuinarum  
rerum pulchritudinem amare cœperit, nun-  
quam humanarum cupiditate cōcitatus vllā  
seculis admittet. Deinde cum sic natura com-  
paratum sit, vt mores nostros ad imitationem  
eorum, quos assidue intuemur effingamus,  
opus est, vt qui singulari studio in naturæ co-  
gnitione defixi sunt, cæli magnificen̄iam, cō-  
stantiam, & ornatum imitetur: nec aliquid in  
vita suscipiat, in quod aliqua humilitatis, aut  
inconstantia, aut turpitudinis suspicio cōve-.

E ij nra

## D E G L O R I A

nire possit. Nā humilitati repugnat amplitudo naturæ, incōstātiae rati & æquabiles astro-rum omnium cursus, totiusq; cælestis nātūræ firmitas: turpitudini vero tam magnifici operis decus & ornamentum. Ex ijs itaq; studijs præclaris, efflorefcat necesse est pietas, atque iustitia, & reliqua virtutes, quibus humani animi excoluntur, atq; ad diuinæ mētis similitudinem accēdunt. His igitur tantis tamq; diuinis honestatis fructibus qui ex studio sapietiae constat, carebit is, qui gloriam expetendam censet. Necesse enim est, si in vulgus commendari cupit, vt scipsum ab eo studio se iungat, quod vulgo despici, atq; contemni perspicit. Qui quidem si multitudinis opinione despiciens, animum suum summis artibus excoluisset, quam facile cōtemneret omnes istas in anīas populares? Nec enim conuenit, animum incredibili celeritate, cælum, terras atq; maria perlustrantem, aut glorię celebritatem angustis terrę finibus exiguoq; temporis spatio circumscriptam exquirere: aut ignobilitatem, vt maximū malū extimescere. Omnis enim glorię splendor exiguis regionibus continetur, & intra breue tēpus extinguitur. Et quamvis in omnes rationes effundi, atque in etatē longi si propagari potuisset, illi tamē qui infinitam cælestium regionum magnitudine in

LIBER SECUNDVS xxxv  
dinem animo peregrinatur, & qui ēterni tam cōsiderat, nihil magnū esse potest, quod sit terrę angustijs inclusum, & aliquando tandem vetustate consumendum. Omnis enim humanarum rerum memoria necesse est tandem obseuretur & euaneat, & obliuione sempiterna deleatur. Quod si veritas ad sapientium normam dirigenda est, cōstatq; sapientes homines gloriam paruipendere, quid causa est cur gloriam expetamus? Nec enim villa reclarius se sapientia solet indicare, quā glorię contéptione. Qui enim ambitione distrikti, hominum rumusculos intuentur, aper te declarant, nōdum se mentis aciem in naturę magnificantiam intēdisse. Illud deinde naturę iudiciū num est parui ducendū? Omnes enim qui glorię causa ad res gerendas impelluntur, eam cupiditatē occultant, atq; dissimulant, lequē finem alium sibi proposuisse profitentur. In quo facile iudicant inesse in glorię cupiditate insignem aliquam fœditatem. Non enim quod amplam, & honestum esse statuunt, ab hominum conspectu rem oūdum censet, sed potius enituntur, vt id in omnium oculis ponant atq; cōstituant. Cum ergo illi qui nondum sensum omnem amiserunt, glorię cupiditatem in hominum conuenitu profiteri non audeant, nonne aperte iudi-

est eam esse insigni turpitudini affinē? Quod si cupiditas gloriæ turpis est, & ipsa gloria turpis habenda est. Neque enim ea res honesta est existimanda, cuius appetitum in honestum esse constat. Nec mirandum est eos etiam qui omnia referunt ad nominis claritatem, qui populi famam r̄tem omnium præclarissimam sibi proponunt, natura admonitos sentire hūi ius insanæ cupiditatis turpitudinem. Est enim tum pestilens & exitiola, tum infatibilis, & infinita: nempe cuius nec ardor vlo modo refingui, nec impetus vlla ratione coerceri potest. Nec modo singulos homines amentes, & insanos efficit, sed viuensam Remp. exagit, & omnia societatis humanæ iura peruertit. Ex illa enim acerbissima odio, turbulētissimæ seditiones, teterima bella nascentur. Reliquæ deinde cupiditates pacem plerumq; & otium expetit, vt iis rebus potiantur, quæ in bello obtineri nequeunt: at hæc vna quietem publicæ pati nō potest: nec aliud optat, quam patriæ procellam & tempestatem rerumque omnium cōfusionem. Postremo singula virtutia singulis virtutibus aduersantur, vt libido temperantia, frugalitati luxuria, liberalitati auaria; at hoc vnum: in omnes virtutes exco impe tu incurrit, omnemq; splendorem decoris, & honestatis extinguit. Atq; in primis, quam sit contra

LIBER SECUNDVS. xxxvi  
 contrariū prudētiæ videamus. Est enim prudētia recta, ratio lumen quoddā animo preferens, quid fugiendum, aut sequendum sit; si ne vlo errore præscribens. Hoc tamen humē is habere non potest, qui multitudinem infaniam atq; dementem sequitur, & in omni officio sece ad eius libidinem accommodat. Qui autem gloriae seruiunt, vt demonstrauimus, libidini, & amentiae multitudinis addicti sunt. In aura enim populari dignitatē omnem constituant, Quare, necesse est vt in easdē tenbras incurvant. Videmus enim eos qui semper aliquid noui in Rep. moliuntur, & quiete ciuitatis statum sollicitant, magnos, atq; claros existimari: qui vero borum & æqui populi rumoribus anteponunt, in obscuritate latere. Sic enim est amens multitudine, vt turbulentos homines, perniciemq; rebus communib⁹ afferentes laudibus in cælum tollat: Salutares autem ciues communī paci, & otio consulētes, ne homines quidem existimet. Quid autem amentius Hectore? Cum enim illum hora retur Polydamas ne temere cum Achille cōfligeret, sed reciparet se intra moenia, unde hostium impetum sine vlo periculo propulsaret, cōsilium illud spernens, se, parentes, & patriam funditus exierit. Videmus tamē illum viribus suis stultissime præsidentē diui-

## DE GLORIA

nis laudibus ab exercitu affectū: Polydaman-  
tem vero patriæ sapientissime consulētem in  
digno constitutio iactatum Quis autem , vt fa-  
bulas omittamus , ex ijs qui gloriam amant,  
non se mallet. Annibal is quām Hannonis es-  
se familem? cum alterum videat eximis laudi  
bus efferri, alterum vix à quopiam nominari.  
Atqui Hannoni s consilio potuisset Carthago  
diutissime permanere: Annibal is autē amen-  
tia omnes opes Carthaginis excisa sunt. Infi-  
nitis exēpliis è Græca, & Latina historia sum-  
ptis poterit confirmari, quām sit studium glo-  
riæ prudentiæ aduersarium. Sed minime ne-  
cessit est. Quotidie enim videmus eos qui ci-  
ues ad inutilia bella solicitant, qui temeraria  
& periculosa cōfīlia sanis, & tutis anteponunt,  
quorum animi sunt stimulis quibusdam amé-  
tix concitati, ad facinus obeundum, in oculis  
ciuium esse, & vt viros acres & animosos o-  
minum sermone celebrari: cōtrà vero qui ci-  
uitatis otio consulunt, & longe in posterum  
consilio suo Reip. incolumenti prospiciunt,  
ignauos haberi. Iam ipsam gloriam tātopere  
colendam putate, quātū tandem est impru-  
dentia, atque levitatis argumentum. Neque  
enim quidquam fingi potest leuius aut com-  
mutabilius, populi existimatione atq; volun-  
tate. Sæpè enim pertenui quadam iuspicione,

sæpè

L I B E R S E C V N D V S. xxxvij  
sæpè sermonē nō certis auctōibus dissipato  
non raro inuidia ex alicuius hominis egregij  
dignitate concepta, eos, quos antea laudibus  
affecerant, atrociter in sequuntur, eorumque  
nomini notam nefariæ tui pitidinīs inurunt,  
quos paulo ante in cælū extulerant. Cum igi-  
tur tanta sit in gloria leuitas & incōstantia, is  
certe qui contra omnia fortunæ tormenta se  
gloriæ p̄sidiō p̄cclare septum, atq; muni-  
tum esse statuit, stultus & demens est existi-  
mandus. Ille tamen longe dementior, qui vi-  
dens quam infirma siat omnia egregia fama  
propugnacula, omnia tamē illius causa sibi fa-  
cienda putat. Vtrumq; igitur nimis alienum  
est à prudētis sentētia, & grauitate, & ea p̄c-  
clara ducere, quæ sunt inania, & quæ sentit es-  
se inutilia ardentī studio consecutari. Deinde  
qui fieri pōt, vt vir excellēti ingenio præditus  
neq; solum longo terum vsu, sed omniū gen-  
tium monimentis instructus, qui populorū,  
atq; regum illustrium imperia, & res gestas  
cognouerit, & totius ætatis consequentis or-  
dinem diuina mente perspexerit, laudem à  
paucis, hominibus, iisque imperitissimis ma-  
gno studio petendam arbitretur? Quantula  
enim est ista hominum multitudo apud quā  
laudari possumus, si ad omnes homines qui  
vniuersam terrā incolunt, si etiam ad illorū,  
E v . qui

## DE GLORIA

qui fuerunt, postea uè nascetur numerum cōfetantur? Fieri ergo non potest, vt vir omni prudētia cumulatus, gloriam, cura & exiguis terrarum finibus circuiscatur, & breui temporis spatio terminetur, & postremo in leuitatis opinione sita sit, non contemnāt, atq; de spiciat. Quod si quis ista cupiditate non va-  
cauerit, quamuis prudentiæ nomen habeat, imprudentissimus est habendus. Satis enim indicat se parū instruētam, & ornatum esse il  
lis rebus, quæ prudentiam efficiunt, cū id ap-  
petit, quod p̄e illarum splendore erat valde contenendum. Cum igitur exploratum sit gloriam fidam esse in opinione populari, quæ  
quidem semper est comes stultitiae, atque te-  
meritatis, nihilque minus conuenire p̄iudex  
tis hominis grauitati, quam id appetere quod  
est Recip. perniciolum, & sapientis amplitudi-  
ne nimis indignum: nihil magis perspicuum  
esse potest, quam gloriæ cupiditatem pruden-  
tiæ repugnare. Si autem cupiditas gloriæ pru-  
dentiæ aduersatur, & prudentia virtutem o-  
mnem continet, is quem studium gloriæ soli-  
eitat virtute omni carebit. Primum enim ne-  
cessere est, vt humane societatis iura violet. Vi-  
demus enim vulgo despici simplices, & aper-  
tes homines, nihil per vim, aut fraudem gerē-  
tes, sed iustitiam atque pietatem studiose co-

lentes

LIBER SECUNDVS xxxvij  
lentes. Eos quamuis pleriq; bonos viros esse fateantur, ciues tamen nullo numero habent. Vxores autem cīlāmitatem suam deplorant, quod dat̄ sicut in matrimonio ignavis hominibus quibus neq; studium sit patrimonium augere, neq; opes malis artibus amplificare. Serui moleste ferunt se dominos imbellēs, & nulla industria p̄aditos habere. His autem sermonib⁹ incitati liberi dicitant se nulla ra-  
tione parentum vestigijs ingressuros, sed vbi  
primum adoleuerint, operam datus, ut in  
Rep. dominantur. Nihil est igitur ad opinio-  
nem multitudinis humilius innocentia: nem-  
pē quam contemnunt ciues, execrantur vxo-  
res, serui despiciunt, liberi summa contentio-  
ne fugiendam esse censem. Omnes enim exi-  
stiment eos qui leges sanctas habent, & à qui-  
tate omnia mentiuntur, nō confilio, sed imbe-  
cillitate ab iniuria abstinent: & eii qui impor-  
tunitate proposita nō cōtendit, vt per scelus  
etiam nefarium ad summū honoris gradum  
ascendat, hominem abiecti animi, aut men-  
tem iudicant. Hanc igitur vnam rationem au-  
gendi nominis, & gloriæ comparatidæ pleriq;  
putant, quæ in vi & audacia consistit.  
Dum enim vident eos qui leges obseruant à  
multitudine cōtemni, non modo ciuilia iura,  
sed illud etiā ius naturæ lege sanctum incre-  
dibili

## DE GLORIA

dibili audacia conculcant. Neque enim pos-  
sunt illum statum assequi , quem sibi pri-  
nunt,quamdiu equo iure cū ciuibus suis con-  
tentи fuerint. Quantum igitur in illis est, ea o-  
mnia conuellunt, quæ cupiditati suæ obstat  
vidēt, nemp̄ leges iudicia , consiliū publicū,  
& omnem deniq; constituent Reip. ratio-  
nem. Quid enim attinet hic commemorare,  
quantam cladem rebus humanis inuexerit, vt  
alios in numerabiles omittam, imperatorum  
gloria? quantam cædem, incendium , visita-  
tem, orbi terrarū intulerit? quantas furor hic  
immanis in omnibus regnis, & imperiosis po-  
pulis strages ediderit? Sunt enim hæc adeo  
perspicua , vt oratione nullies indigeat. Nec  
per se solum est ambitio , & laudis effrenata  
libido pestilens & exitiosa , sed auaritiā &  
similes rerum humanarū pestes effundit. Qui  
enim principes esse cupiūt, omnes auaritia im-  
mani sunt. Partim enim existimant valde per-  
tinere ad dignitatis amplitudinem splendidi  
cultus elegantiam, partim ad gratificandi vo-  
luntatem & multitudinem infinita largitione  
decliniendam opes summo studio comparan-  
das esse ducunt. Omnes itaque qui nominis  
claritatem amat, ita pecuniae student , vt eam  
omnibus rebus artibus anteponant. Qui qui-  
dem si in gloria inesplet aliquod bonum atq;  
natura

natura expetendum , cum alienū appetenter,  
& iura violaret, potuissent se non in honesta  
ratione defendere. Hic ego ridens. Te qui-  
dem,inquam, eorum causam agentem sanè li-  
benter audirem. Non quòd difsidam posse  
te,modo velis, omnia crimina quātumuis te-  
tra & capitalia diluere. Est enim ingeniosi iu-  
risconsulti perditam litem, omniq; iuris præ-  
sidio destitutā superiorē efficere, & ad cli-  
etis utilitatem leges omnes interpretari. Quā  
uis igitur non dubitē te facile posse facinoro-  
sos homines ei imine omni liberare, cupio ta-  
men acumen istud ex artificio vestro deprō-  
ptū propius intueri. Oblitus ne es, inquit il-  
le, me hodie iurisconsulti personam deposuisse?  
Nō est igitur cur tibi insidias fieri suspice-  
ris. Omné namque artem,qua, vt inquis, cau-  
sam è manibus a ducesariorum cum volumus  
extorquemus, à nostra disputatione remoue-  
bo. Alibi igitur censco tibi canreas. Hic enī  
nihil erit veteratoriū , aut malitiose compa-  
ratum ad fraudem inferendam. Vere itaque  
& simplici animo patriciū eorum suscipe-  
rem qui laudis cupiditate cōtra ius opes suas  
amplificant, si cōstaret gloriam esse rem præ-  
clarā & expetendam. Non tamen tu fortas-  
se mihi succēdas, illos descendam si ad me ac-  
cedant. Ipsi pro se causam dicēt. Finge igitur

sic

## DE GLORIA'

sicut teū loqui homines claros honoris & laudis appetentes. Nos, inquit, iij certe sumus qui omnia vitæ cōsilia ad gloriam & honore referamus: dignitatem & humilitatem in extreuis malis numeremus: & nihil esse ducamus præclarum, & excellens, nisi quod ad famæ celebritatem dirigatur. Quo circa nullū laborem fugere, nullū periculum recusare in hoc studio debemus: nec nobis indignum aliquid putare, quod nos ab obscuritate vindicet in hominum lucem & claritatē. Neque enim ullum tantum malum, opinione nostra singi potest, quod sit eum obscuritate, & contemptione aliqua ex parte conferendum. Posset ne tu qui gloriā laudis tam honestum orationis principiū vituperare. Minime inquā. Nunc igitur, inquit, attende qua ratione hoc iacto fundamento defensionem instituerent. Cum igitur, inquit, omnia ad nominis amplitudinem dirigamus, consentaneum est, vt ea studia persequamur, quæ gloriam pariant, ea vero deseramus, quæ apud omnes improbantur. Videamus autem homines iustitiam & æquitatem obseruantes propter inopiam vulgo cōtemni: eos autem qui opibus abundant, quamvis iniustissimi sint, erexit & alacres magnoque famulorum antecedentium, atq; sequentium turba constipatos incedere. Hi ad

Reip.

## LIBER SECUNDVS.

xl

Recip consilium adhibentur: illis honores deferuntur: eos omnes mortales intuentur, cum ob vitæ magnificientiam, tum quia sperat eos tantum posse publicam salutem atq; dignitatem cueri, quibus amplissimè fortunæ fuerint. Quantum autem instrumentum in pecunia sit ad dignitatem, non solum vitæ communis exemplis, sed etiam prudentissimorum hominum auctoritate confirmari potest. Ille enim primi virium conditores, atq; rectores, qui sempiterne memoriae commendati sunt, sic initio statuerunt, vt tantum loci quisq; haberet in ciuitate, quantum illi pecuniariū esset. Censibus enim constitutis, omniq; populo in certas classes pro pecunia ratione distributo penes eisdem honores sumini fuere, qui summis opibus affluebant. Ita igitur factum est, vt egētibus à Recip. moderatione deiectis, diuites atq; beati res communes administrarent. Hic autem mos omnium gentium confessu confirmatus est. Quare Hispaniae tute monimenta, & reperies Hispaniae primarios viros, diuites homines appellatos fuisse. Sic enim passim legimus, reges quoties de rebus ad Recip. summan pertinentibus consultare voluiscent, diuites homines euocasse, vt eorum ope, & consilio vel bellū, vel pacem facerent. Nomine autem diuitum satis constat principes

## DE GLORIA

pes intelligi, qui quidem, vt ex nomine apparet, non tam virtute & industria, quā opibus & facultatibus ad illū principem locum ascēderunt, & nobilem stirpem in multa secula propagarūt. Hæc cum ornatius, & copiosius explicarent, tū illam nobilitatis ciuilis rationem à te duobus libris constitutā euerterent; ostendentes quā patrum sit firmitatis & roboris in virtute ad posteritatem nobilitandā, nisi opes adhibeas, quæ sola, cōplures familias illustres & nobiles effecerunt. Id autem demonstrarēt, in singulis nobilium familijs per spicuum faciētes, eas omnes ex opibus singulare diligentia partis, originem duxisse; atque tantisper dignitatem retēturās, dum incolumes fortunæ permanerint. Hæc igitur cum verbis illistribus & acutis sentētijs differuisserint, tum ita fortasse concluderent. Ergo cum tanta momēta sint in diuitijs, ad gloriā comparādam, cum omnes auditus ad honores, ad imperia, ad generis nobilitatē, qui sunt sāpe numero virtutib⁹ interclusi, magnitudini pecuniarū aperti sint, & nos vitam sine dignitate mortis instar putemus, possumus ne pecuniam aliqua ratione contemnere? Non prorsus, inquiet. Aut enim diuitiae nobis, omni studio querendæ sunt ad nominis claritatē, aut gloria studiū omnino deserendum. Nihil

est

LIBER SECUNDVS. xlij  
est enim gloria sumptuosius, quam vel minima illiberalitatis suspicio frequenter obscurat. Sūt enim in vitæ cultu immanes quidam, sumptus faciendi: sunt hospitibus conuiua splendide atq; magnifice comparanda: est amplissima familia semper alēda: sūt multi mortales maneribus alliciēdi: sunt postremo multa ad vniuersi populi voluptatē atq; plausum referenda. Qui autem existimat se iuris æquati obtemperando hos tantos & tam multis in locis sumptus facere posse, est omni sensu auxilio destitutus, atq; vita communis ignarus. Qui enim iustitia par esse voluerit, nūquam opibus & potētia superior esse poterit. Est igitur necesse si vellimus illorū vestigij insistere, qui nomen suum immortalitati confecrauerunt, qualis fuit C. Cæsar & Cn. Pompeius, & alij huius generis innumerabilis factis illustres, & vitæ splendore magnifici, vt multa contra iuris præscripta moliamur: vt prædam ex priuatorū bonis faciamus: vt publica depopulemur: vt nullam occasionē patrimonij contra fas angendi pertermitamus. Neque est cur nos vlla iuris ratio perturberet. Si enim esset aliqua constans & certa iuris descriptio, non tanta esse contentio armorū propter controversiam iuris excitata. Omnes enim qui sumū arma, ius suum persequi di-

F

cunt.

## DE GLORIA

cunctisdemq; defensio patrem vtramq; ad  
hostilem dissenserem soli. iat. Vnde facile  
apparet, cum reliqua omnia sint dubia & con-  
trouersa, hoc vnum ius certum esse, cōmuni-  
que gentium more comprobarunt, vt legum  
æquabilitas locū tātum habeat in ijs, qui for-  
tuna sunt, & conditione pares: qui vero potē-  
tia præstāt, omnia quæ virib⁹ occupare pote-  
runt obtineant: illi que cedant imbecilliores  
& ita tandem omnia, ad eos qui sunt in summo  
loco collocati deferantur. Pareant igitur istis  
legibus qui imbecillo animo sunt, vitamq; in  
humilitate ducere, & contumeliam pati pos-  
sunt. Nobis vero qui propter altitudinem ani-  
mi nihil vñquam abiectū & humile cogitau-  
mus, in dignum est vlla legum formidine con-  
turbari. Quid? Nos cum ad decus nati, &  
instituti simus, & ad excellētem gloriæ formam  
amplectendam ardenter incitati, cum tātum  
opibus atque dignitate valeamus, æquo iure  
cum insima plebe viuemus? & eadē juris so-  
cietate deuincti, cum ijs erimus, quos tāto in-  
tervalo superamus? & æquo animo cum obie-  
cta & contempta multitudine commercium  
iuris habebimus? Non profecto vlla conditio  
ne tātam indignitatem patiemur. Omnia po-  
tius iura violabimus, & vniuersæ patriæ statu  
conueltemus, quām tātum de decus admitta-  
mus.

## LIBER SECUNDVS.

xliij

mas. Hæc si dicerent homines clari atq; nob̄  
les venit ne tibi in mentem, qua nam ratione  
posses corum sententiam refutare? præsertim  
cum demonstrarēt, sed eorum exēplum sequi,  
qui sc̄piternæ memoriar̄, propter factorum  
excellentiam, commendati sunt? Non ita qui  
deī facile inquam. Neq; enim facile est dice-  
re contra homines non modo potentes, ve-  
rum etiam acres, atq; ad dicēdum paratos, ni  
si sumpto prius spatio ad confirmationem ani-  
mi, atq; diligentissimam commemorationē.  
Hic Metellus, quām isti diserti, inquit, sine  
nescio: hoc vnum scio, illorum orationem ad  
tyrannidem spectare. Fieri enim non potest,  
quin ea animi furentis elatio patriam oppri-  
mat, vbi primum vires natū fuerit. Verum  
id quidem est, inquit Augustinus, attamen id  
mihi facile probant, non posse eos clarum in  
Rep. nomen adipisci, qui iustitiā colunt, sunt  
que magis ad excipiendam iniuriam, vt recta  
ratio postulat, quām ad inferēdam purati. Sic  
enim est amens & ceca multitudo, vt eos pro-  
nihil ducat, qui manus à seclere continent;  
eos vero qui iura omnia conculcant, laudib⁹  
exornet. Hoc igitur malos mortales ad om-  
ne nefarium facinus impellit, vt ex seclere lau-  
dem aucipientur. Fit itaq; vt gloriæ cupiditas  
non solum propter honorum contentionem,

F ij sed

## DE GLORIA

sed etiam quia est cum auaritia & luxuria cō  
inacta, omnia diuina & humana iura violet,  
atque tyrannides vbiq; constitutat. Huc enim  
erumpat aliquando laudis appetitio, necesse  
est. Videmus enim eos egregijs laudibus ef-  
ferri, qui terri & immunes in patriā existunt.  
Quanta enim prædicatione célébrantur ij ve-  
teres, qui non contenti privata viuendi ratio-  
nie, tyrannidem occupauere? Quin etiam pa-  
trū memoria multi, quos minime necesse est  
nominare, egregiam laudem cōsecuti sunt te-  
tra & crudelia facin ora suscipiendo, multaq;  
cōtra publicam salutem, & viuērſe Reip. li-  
bertatē moliendo. Hac enim ratione summis  
honoribus vſi, & in ciuitatibus suis dominati  
sunt. Quid imperiosi populi? Quid reges il-  
lustres? Aliene ratione sibi gloriam perpere  
runt, quāni gētium iura violando, & iniustissi-  
ma bella finitimiſ populis inferendo? Cum  
enim summi principes animaduertat nō alia  
vía posse clarius & amplius nomen adipisci,  
quasi cōmunes hōstes generis humani, omni-  
bus quos opprimere possunt infestī sunt. Hac  
igitur libidine furētes causam aliquam dictū  
speciolam prætēdunt, vt non sine ratione vi-  
deantur aliis regibus, aut populis perniciē af-  
ferre. Primo igitur tenuiores inuadunt: deinde  
accessione viatorum gentiū duplicatis vi-  
ribus

LIBER. SECUNDVS xlviij  
ribus potentiores adorūntur. Iam si vident  
vīcinos atteri fēditionib; ad discordiarum  
euentum tanquam ad certis. prædan attentī  
sunt. Sperant enī fore, vt altera pars illi sup-  
plicatum pro auxilio veniat, & haec via cre-  
dunt ita le posse viētis subſidio occurrere, vt  
tam viētos, quām viētores libertate spolient:  
aut certo partem utramque mutuis vulnerib;  
bus confectam aggredi cōgitant. His artibus  
Assyriæ princeps Imperium auxerūt. Ille de  
Persæ, & Medi rerum potiti sunt. Haec ratio-  
ne Athenienses in socios tyrannidem compa-  
ravere. Eadem etiam via Lacedemonijs socios  
opptesserunt. Quid de Philippo dicam? qui  
partim vi, partim dolis & fraudib. viuērſa  
Græciam subiugavit? Filius autem illius Ale-  
xander cum orbem terrarum iniustis armis  
peragrabat, & innumerabiles nationes, à quā-  
bus nūquam lassus fuerat, euerteret, nominis  
sui gloria omnes mundi regiones implevit.  
Qui si ab iniuria abstinuisset, ne tenuis quidē  
illius fama ad nos vſq; permanasset. Romā-  
nos autem quis non videt ambitione præcidi-  
tes omnia bella quæsiuisse, iugumque omni-  
bus terris impoſuīſ? Apud quos disputabat  
Carneades, omnes opes quas habebāt, illis di-  
mittendas esse, si vellēt iuris humani præscri-  
ptis obtemperare. Sed quid opus est in reb.

## DE GLORIA.

Udeo perspicacis multis exemplis vti? Parum ne liquet omnes ferme qui ardentes gloriae cupiditate in rerum belli earum studium incubuere, nullam rationem iuris habuisse? Scitum est igitur illud: Antigoni dictum, Sôphistae cuidam librum de iustitia inscriptum illi offerunt: Nugaris, inquit; cum apud me de iustitia disseras; quem vides armis alienas vrbes inuidentem. Intelligebat enim Rex acutiss. eum qui ditionis augenda, & gloriae parandæ gratia bella sumit, intra regiones officij cõtineri non posse. Inde adeo factum est, vt nullus quam rex Iusti cognomen assumpserit. Cura enim alij urbium expugnatores, alij Aquilæ, alij Fulmina appellarentur, permulti etiâ Inuidi cognomine gauderent, neminem vñquâ in omni metuorâ extatim, tempotum, regionem accepimus, qui se iustum appellari veherenter expeteret. Queretis autem fortasse, quæ tam illos auertitâ vexaret, ut seculis vñm & imperiis significantibus efferrant, iustitia vero nonen quo nullam est magis religio tuu nerii confessaretur, omnino despicerent? Quia videbant eos quos æquitas & continetia delebat vulgo cõtemni, qui autem viribus ad iniuriam vtebantur, consentienti omni laude celebrari. Quod si nihil est hominum opinione clarius industria militari, & constat

## LIBER SECUNDVS.

xliiiij  
constat omnes fermè qui gloriam armis affectuti sūt iniustos, & humanos genere infestos extitisse, relinquitur, nihil magis pugnare cu*m* iustitia, quam gloriae cupiditatem. Hæc enim vt di<sup>m</sup>um est, propter honorum contentioñem intestina bella concitat, patriamq; oram crudelitate facerat, multisq; vulneribus impositis tandem extinguit. Nulla denique tanita iniuria est, quæ non habeat ortum è glorie cupiditate. Nunc si lubet fortitudinem videamus. Perge, inquam, hic enī audire cupio quid sentias. Primum, inquit, est euellenodus error omnium animis insitus. Opinantur enim nihil esse quod magis accedat animum ad egregiæ virtutis studiū, quam eximis nobilitatis desiderium. Hoc autem euennit, quia parum acutè vident quantum intersit inter virtutem & audaciam, & quantum ab animi magnitudine furor & amentia differat. Nam si omnes qui quacumque de causa se se intrepide in armorum discriminem inferunt, fortes appellandi sunt, cur non omnes sicarios & gladiatores malum in sanguine & cæde verlastos fortes appellamus? Fit enim persæpe ut iniiora facinora edant in turba perditū homines, quam in præliopatria inito viri virtute præstantes. Quid est igitur quo virtus ab audacia, & temeritate præcipiti distinguitur?

Filij Prie-

## DE GLORIA

Primum quidem recte rationis imperium, si ne quo nulla mentis affectio poterit ad virtutis amplitudinem pertinere. Quos enim non ratio impellit, sed furor exigit ad pericula subeunda, non modo parum fortis, sed ne homines quidem habendi sunt. Cui enim hac eximia laude non leones, & pantheras, in quibus natura incredibile robur inservit, ornaremus, si virtus aliqua posset sine lumine rationis aliquo modo consistere? Tum demum igitur existet illud animi robur iniustum, tunc eminebit illa virtutis praestantia, quam excellentem atq; pene diuina arbitramur: cum ratio imperium tenuerit, atque pro dignitate praescripsit, quae sunt tamquam terra, nefaria, & infesta aeri impetu repellenda. Est enim hoc viri fortis officium, vt cum honestatem ratione duce perspexerit, eam omnibus vitae commodis anteponat, illiusq; retinendae causa mortem libenter occumbat. Et quemadmodum in Rep. bene constituta omnes leges sunt in armorum turce, sic etiam in bene moratis animis omnia iustitiae prescripta fortitudinis praesidio muniuntur. Existunt enim ex corpore immanes iracundiae, nefariae cupiditates & timores horribiles, qui metu tenebras offendunt, eamq; de gradu deiiciunt. Fuit igitur necessaria ad firmissimam iustitiae custodiendam

LIBER SECUNDVS. xlvi  
diam quædam altitudo animi, mortem atque dolorem negligentis, omnesq; turbidos motus, qui exco impetu rationis arcem oppugnant, acerrime propulsantis. Est itaq; fortitudinis munus cum illud commune omnium virtutum, vt rationi obtemperet, tuum illud præcipuum, vt iuriæ æquitatem diuina constantia tueatur. Ergo si fortitudo semper reæ rationi paret, & pro iustitia sanctitatem pugnat, illi qui se totos effingunt ad temerariæ multitudinis opinionem, & iniuriis quæplurimi vniuersum genus humanum vexant, quomodo tandem poterunt ad fortitudinis excellentiam aspirare? Eos enim vt antea disputatum est, à multitudine laudari eximè videmus, quorum viribus & potentia fuerit omnne lumen æquitatis extinctum. Quid igitur? illi ne tam claræ virtutis nomen assecuti merito videntur, qui dominandi libidine aut patriam oppresserunt, aut aliis gentibus à quibus læsi nūquam fuerant, libertatem eripuerunt, multosq; mortales bonis omnibus euerterunt? Cur enim sicarij atq; latrones infamiam villam susciperent, si illi verum decus sibi conciliare possunt? Neque enim sunt minus quam latrones, atq; pirate generi hominum pestilentes, immo quo maiores opes habent, eo maiores calamites rebus humanis

## DE GLORIA

inferunt. Ex hoc autem genere sunt illi Imperatores, quorum paulo ante fecimus mentionem, quos imperita multitudo tantis laudibus affectit, ut eos propemodum in Deorum numero collocaret. Qui quidem tantum abest, ut fortis habendi sint, ut etiam in summa imbecillitatis turpitudine volutetur. Qui enim fortis est, idem est magnanimus: Qui autem est magnanimus animo excuso & alto, humaque omnia contemnente praeditus est. Sed qui gloria studet, humana despiceret non potest, cum in popularibus ornamentis omne decus vita constituat, efficitur itaque ut qui gloria seruit nunquam splendorem verę fortitudinis assequatur: fortitudini enim semper aduersatur animi infatio atque demissio. Qui autem ex plausu populi dignitatem quærit, ut sit populo supplex & obnoxius opus est. Præterea si magnitudo animi seruitate pati non potest, qua ratione illum magnanimum appellabis, qui se populo in turpis seruitute addixit? Nec enim vlo modo is liber dicendus est, qui se plebi indignè submittit: qui ad multitudinis nutum se totum accommodat: qui omnes infamias rumusculos extimescit, cuius omnia facta dicta, cogitata ad aurara popularem referuntur. Quod si constas omnes virtutes esse inter se nexus, atque iugandas,

tas,

LIBER SECUNDVS. xlviij  
tas, fortitudinēque esse quandam animi elationem ab omnibus timoribus iniunctam ad alta & ardua incitatā, in firma vero cōtemnen tem, relinquit planē, istam insanę mentis affectionem, quæ se fortitudinis imitatrix em esse vult, cum omni virtute repugnet, & ad populi auram captandam tam cęco impetu rapiatur, immanitatem potius, atq; leuitatem, quam virtutem nominandam esse. Nunc vltimo loco videamus, quam parum cum temperantia & moderatione gloria cōueniat. Cum enim constet non posse gloriam cupiditatem, cum aliquo virtutis genere simul habitare, tum hoc vel maxime cernitur in animi tranquilli, atque sedati constantia. Multi enim tyranni sapiētiae laudem adepti sunt: multi simili ratione falsam iustitiae personam induere: multi etiam fallaci virtutis imagine famam egregiam consecuti sunt. Animū autem moderationem nemo vñquam flagitosus & improbus potuit imitari. Habet quidem prudenteria acutę ad mala præcauenda: id tamen sibi malitiosa calliditas assumit. Est iustitia clementis atque benigna: eandem vero laudem multi largitione & falli specie liberalitatis adepti sunt. Inest in fortitudinē incredibilis quędā animi elatio: at huius elationis similitudinē in hominibꝫ audacissimis & improbisſi mis

## DE GLORIA

atis plerunq; cernimus. Temperantia vero cum totius honesti formam habeat expletam & cumulata m, nempe quæ ab yniuerxæ virtutis consensione, sapientiæque muneribus existat, & in animi placida & quieta cōstantia, si ea sit, nihil relinquit insipientibus, quod aut cupiant, aut possint assimulare. Quemadmodum enim magna tempestas vētis vehementiss. excitata nihil habet commune cum tranquillitate, ita nec in insipientis animo variis percuabationibus tanquam fluctibus agitato, cerni potest aliqua mentis honestæ & tranquillæ similitudo: Operæ pretiū est autem videre, eos quos nominis cupiditas inflamat, quām multa signa dent furoris & amentiæ: quām sicut eorum inconsiderata consilia, atq; turbulenta, quantis stimulis ad facinus incidentur, & à mente rationeque deducanur: vsque adeo vt neq; somnum capere, neq; yllo modo quietem pati possint. Vt enim quisque maxime gloriæ studet, ita maxime illi accidit, vt à tota mente deficiat. Quid enim inter amītem, & ambitiosum inter sit, nō intellico: cū ipsa ambitio sit maximus quidam furor. Quod quidem in Annibale facile cerni potest. Sic enim à Silio haud contemnendo poëta describitur, vt furorem cum inaudito scelere coniunctum in eo videre licet.

Sed

L I B E R S E C V N D V S. xlviij  
Sed ipsum Siliū audiamus. Sic enim inquit.  
*Armatu diuum nullus pudor. Quid mirum?*  
Est enim hæc propria laus virorum fortis, seque insolentius efferentium, omnes religiones spernere, nempe quibus animos tantum humiles, & abiectos constringi potent. Sed videamus quām claræ fuissent illæ virtutes, quæ erāt cum isto contemptu numinis coniunctæ.

### *Improba virtus.*

#### *& pacis despectus honor.*

Non facile patior diuinum virtutis nomen improbitatis coniunctione maculati. Nec enim virtus improba esse potest, nempe quæ improbitatem repellendo publicam salutem constitutat. Hic tamē poëta vulgi consuetudinem secutus audaciæ importunæ gloriam appetenti virtutis nomen imponit. Quid deinde sequitur?

### *Penitusque medullis.*

#### *sanguinis humani flagratis.*

Vtrum magis sit tener appeteret, humanum ne sanguinem, an nominis claritatem, nequeo dicere. Illud quidem affirmare possum Annibalem multo clarius & illustrius nomen ista immanitate adeptum fuisse, quā mente vitaque tranquilla potuerit adipisci. Addit deinde.

Insuper

## DE GLORIA.

*Insuper enī.*

*Flore virgens, auct Argates abalere parentum,  
Dedecus, ac sicule demergere fœdera ponte.*

Et iure quidem auebat. Neq; enim si fœderis sanctitatem coluisset, potuisset ea gloria florere, quā fœderibus violatis maximisque detrimentis in patriā inuenitis, afflicctus est. Sed ait.

*Dat mentem luno, ac laudum spē corda fatigat.*

*Agnosco Iunonis inueteratum odium.*

Nec enim satis habuit bellum acerbūm terra mariquē contra virum pietate insignem domo profugum gelississe, & omnes Acherontis opes ad illius exitium euocasse, nisi quemadmodum Diana aprum in Calidonios fines, sic illa immane illud monstrum ex Africa ad ipsius Aeneas posteritatēm euentandam immisisset. Quæ tamen quāuis Romanos vlcisci vellet, multo tamē acrius ipsum Annibalem sibi charissimum vexauit, quam Aeneadas quibus erat infensa. Longe enim grauius est mentem & rationem, quam vitā atq; fortunas eripere. Vide te igitur vt Annibal ante quam exercitum in Romanos cōpararet, numine Iunonis cruciaretur, & iam ad furorem & insaniam redactus maleficiorum peccas penderet.

*Iamque ans nocturno penetrat Cēpitolia visu.*

*An*

LIBER SECUNDVS. xlvij

*Aut rapidis fertur per summās pasib; Alpes  
Sæpe etiam famuli turbato ad lumina somno  
Expanere tricem per vasta silentia vocem,  
Ac largo sudare virum inuenere futuras  
Misercent pugnas, & inania bellagarentem.*

Num potuit maior furor inuadere Alemedinem, aut Orestem, quos matrum furorū tedi ardentibus agitauer? Aut Pentheum, & Athamāta, quos poēte nobis furentes inducunt, & in suorum cæde bacchantes? Non est enim cur existimemus Annibalis tantum natūram & ingenium hic descriptum esse, & nō potius omnium qui simuli studio ad gloriam contendunt. Quid enim Achille furiosius? qui vt exploreret iracundiam cupiebat suos armis Troianorum opprimi, vt in ultimo discri mine cōflituti fateretur se sine illius ope parres hostibus esse non posse. Iam de Aiaciis im potentia nihil attinet dicere, quemira ob Achillis arma Ulyssi adjudicata ad furorē mortemq; perduxit. Sic enim furebat gloriæ eupiditate, vt existimat esse sibi vitam abiicēdam, si quisquam sibi fuisset antelatus. Sed fabulas omitramus. Quis gloriam expetiuit ardenter. Alcibiade? Quis illo fuit intemperātior, peiusq; animo & vita constitutus? Eius autem ambitionem & effrenatam gloriæ libidinem legimus, exitium Atheniēsum rebus intulisset

## D E G L O R I A

intulisse. Qui si non inexplibili laudis cupi-  
ditate fuisset inflammatus, nunquam ciuita-  
tem aliorum cōsilio florentem ad inutilia bel-  
la furenter incitasset, nec opes patriæ intēpe-  
rantia sua comminuisse. Quid de Alexandro  
dicam non minus amente, atq; furioso, mag-  
is tamen fortunato? Quād multa ille signa  
dedit intemperantia & immanitatis, cum in  
suos non solum eslet petulanter inuectus, sed  
ijs etiam quibus omnia debebat mortem cru-  
deliter attulisset? Nec enim necesse arbitror  
persequi Cliti aut Parmenionis, aut Callisthe-  
nis cædem, aut aliorum cum quibus erat ne-  
cessitudine sanctorissima copulatus. Vnde faci-  
le apparet, quād fuerit immanis in alienos,  
cum fuisset tam sceleratus in suos. Quātus il-  
le furor extitit cum magna pena sanxit si quis  
se vt Deum non veneratus esset? Quid cum in  
medijs epulis hortatu meretricio regiā in  
qua epulabatur incēdit? Quid cum profusis  
la chrymis questus est, nōdum se unum mun-  
dum subiugasse, cū à Philosophis innumerabiles  
esse traderetur? Quid cum suorum obli-  
tus, quos in media barbatia infinitis hostibus  
circūfusos delebat, solus se intra Sudra-  
cum vrbem in confertos hostes saltu deiecit?  
Nanne hæc omnia declarant illum nihil vnu-  
quā sapienter & grauiter, sed furiose semper  
& rabide

L I B E R S E C V N D V S. xlix  
& rabide res administrasse? Noti est opus in  
reminisce dūbia plurimis exemplis vti. Per-  
spicuum enim est, eos qui omnia ad gloriam  
& hōnorem referabant amentia præcipites,  
& nūtis intemperantes extitissa. Quim etiam  
si est aliquis pāulo modestiorvbi primū glo-  
riam gūstauerit, quāsi Circām aliquā potio  
nēm hāuerit, omnēm humanitatem exuit, &  
superbū, crudelis, immoderatus efficitur. Ne-  
mo Pāusānam insinulauit insolentia ante-  
quam apud Platēas cū Mardonio signis col-  
latis dimicaret. At post illam insignem victori-  
am, adeo sese insolenter extulit, vt omniem  
Græcorum nationem fastidiret, & de patria  
pro qua paulo ante vitā in discriminē adduxe-  
rat, prodeā cogitaret. Quid Themistocles?  
Nonne Salamina vīctoria sic clatus fuit, vt nī  
hil singū possit intēperantius? Idem etiā mor-  
bus Lysandrum inuasit, postquam Athenien-  
sium opes attrivit. Tanta enim insolentia esse  
cœpit, vt statum Lacedemonis prudentissi-  
me à Lycurgo fundatum immutare cuperet,  
ne videlicet illa iuris æquabilitas quæ erat in  
Lacedæmoniorum institutis honori immo-  
dico, quēm ardenter appetebat, obsisteret.  
Iam Romulus propter intolerandam super-  
biam, quā post Fidenates deuictos Remp. ad  
ministravit, fuit in frustra discessus. Quid  
G hie

## DE GLORIA.

hic L. Malium Capitolinum? Quid alios infinitos commemorem, qui simul ut in gloria yenero, statim ab omni mentis statu deieciunt, raultaq; furoris & amentiae signa dedere. Si igitur temperantia est omnium virtutum fons, continet enim omnium perturbationum sedationem, vnde omnis virtutis splendor existit, estque manifestum gloria constatiam, atq; moderationem penitus everti: quid est quod dubitemus ex ista cupiditate omnes immensas libidines, quae vitam miseram & æruginosam efficiunt, oriri? Quid igitur est in ista nobilitate famaque populari, quam obrem in tam multis miserijs esse velimus? Si enim constat eorum animos qui gloriae student multis erroribus obsecatos esse, si vi & fraude plerumq; nituntur, si nihil possunt elate & ample cogitare cum omnem dignitatem ex populi temeritate petendā existimant, si postremo infinitis cupiditatibus distraeti sunt, & ægritudinibus anxijs & acerbis implicati, si omnes istæ pestes sunt semper comites istius leuitatis & insanie: quid tadem gloria tetius aut detectabilius inueniri potest? Nec enim uno tantum genere flagitorum animos excedit: sed tāquam furia innumeris circumplexata serpētibus multiplici cupiditatum genere circumsepta, facies intentat: animosq; perpetuo

LIBER SECUNDVS 1  
tuo cruciatu conficit: omnemque rationem beatæ vite peruertit, quæ in tranquilitate animi cura vacantis, & omni virtute cumulati, consistit. Sed tēpus admonet ut ad exitum festinemus. Nimiis enim diu vestra humanitate abusus sum, & fortasse immo dica loquacitatem fui vobis aliqua ex parte molestus. Equidē, inquit, Metellus vellem ut integrum diem in tam præclara disputatione consumeres. Nihil enim mihi iucundius isto sermone accidere potuisset. Hic ego idem, inquam dicerem si nō fuisset mihi imposita necessitas cōtra tam accuratam orationem differendi. Hęc igitur cura abducit animum meū à voluptate, quā ex tam eruditio sermone capere potuisse. Nondum igitur, inquit Augustinus satisfactum tuæ dignitati putas. Nescio enim quam spem ostēdebat fore, si rem vberius explāna rem, ut in meam sententiam discederes: quod ne statim faceres pudore te aiebas impediri. Nunc autem ad gloriae defensionem te magis paratum video. Quid? ridens inquam: adeo ne me gloria ipsius immemorem esse putas, ut sine sudore, & sanguine, quod aiunt, me vī etuna esse cōfitear? Prius omnia periclitabor, tibique quanta maxime potero contentione resistam, quam tibi victoriā concedam. Fac igitur ut orationi tuæ finem imponas. Epilo-

## D E G L O R I A

gum enim expecto tuæ disputationis elegan-  
tiaæ consentaneum. Illum quidem, inquit Au-  
gustinus, nō tam è Rhetorum officina, quām  
ex sanctissima Christi religione de promam.  
Sic igitur traditum est, maximas calamitatis co-  
pias a celo detulæs in inferorum sedes, & per  
petuæ noctis tenebras incidisse, propter infi-  
nam principatus & gloriae cupiditatem. De-  
inde persequuntur casum atque ruinam pri-  
mo um parentum, qui simili libidine cœcati  
non solum ipsi cœcidere, sed omni posteritati  
ingentem vim malorum inuixeré: quæ qui-  
dem nullo genere orationis possunt explicari.  
Sunt enim infinita quibus animi sœpè in co-  
trarias partes distracti, & à se ipsis dissidentes  
sepe grauiore aliqua elade percussi, & abiecti  
sœpè cœcati errorib⁹, & opinionum prauitati-  
bus impediti, à recta ratione deiiciuntur, &  
quam plurimi sceleribus imbuntur. Sunt  
innumerabiles ærumna, ingentes dolores,  
acerbisissimi casus animū assiduo cruciatu-  
laçētes, quæ quidem possint eruditii homines  
deplorare, cōplete autem oratione non pos-  
sint. Nullum enim est tantum ingenium, tan-  
taque dieendi facultas & copia, quæ valeat ea  
mala dicendo cōsequi, quibus sœpissime con-  
flickamur. Quod si omnia mala, quibus op-  
pugnamur ab illa ruina primi parentis nata  
sunt

## L I B E R . S E C V N D V S

ij  
sunt eaque non alia de causa edita fuit, quam  
gloriae cupiditate: quid alia argumēta requiri  
mus? Quid illud? Nonn's satis nobis adimit  
differendi laborem, celestis ille doct'or ad o-  
mniem errorem depellendum, hominumque  
genus à tenebris vindicandum à cœlis in ter-  
ras missus? Videns enim humanas metes, mul-  
tis errorib⁹ implicatas, & infinitis sceleribus  
ad strictas diuina benignitate motus, humana  
naturam inexplicabili ratiōne sibi copulauit,  
vt in humano habitu atq; forma delitescens,  
nos à seruitute miserrima, qua oppressi tene-  
bamur eriperet, & in cœlestem libertatem af-  
serere. Unit ille quidem sub sanguine nostra  
facinora, pœniferique hostis, imperium exci-  
dit, vt pœstè à caputibus nostris auerteret. Sed  
non solum ratione insanabiles agititudi-  
nes generis humani curare voluit: sed etiam  
disciplina celesti diuinæq; virtutis atq; sancti-  
tatis exemplo. Caliginem enim hominū men-  
tibus offusam præsentia sua discussit, atq; do-  
cuit quæ esset vera & constans vita ratio:  
quod esset illud summum & extremum in bo-  
nis, quibus ornamentiis esset animus excolen-  
dus, quibus gradibus in cœlum ascenderemus.  
Quod est autem huius sanctissimæ discipli-  
næ caput, atq; Chistianæ Philosophia funda-  
mentum honoris, laudis & gloria contem-

## DE GLORIA

ptio. Hanc virtutem qui complexi fuerint, omnes virtutes assequentur. Quemadmodū enim ab illa nobilitatis appetitione natū est principium omnium flagitiorum, ita contempta illa omnes virtutes oriuntur. Quā sit autem ista nobilitatis appetitio perniciosa, satis est diligentius intuentibus exploratum. Euerit enim omnem ciuilis atq; domesticā disciplinā rationem, iuris æquitatē oppugnat: fidei sanctitatem violat: amoris & amicitiæ rationem labefactat. Simul enim atque honoris species obiecta fuerit, quæ plures amicos ad sui cupiditatem alliciat, omnis ardor amoris extinguetur, & existet nefaria quædam, atque scelerata contentio. Animos præterea libertate spoliat, formidine infamiae concutit, varijs perturbationibus exagitat, atq; furenti libidine ad omne facinus inflammat. Ergo ut is qui in loco in culto agrestiumque platarum asperitate vastato hortum facere instituit, opus est ut prius inutilles illas plantas euellat: ita fuit necesse ut antequam Christus animos nostros excoleret, prius istud inanitis seminarium quod omnia sclera fundit, radicibus extirparet. Hoe igitur in primis & doctrina & vita exemplo suscepit, ut humanum fastum comprimeret. Primum enim in obscura patria, & ad multitudinis opinionem obscuris natalib⁹

LIBER SECUNDVS. lij  
natalibus nasci voluit: porrò quo tempore in lucem editus est, in praesepे propter loci angustias abiici. In illa tenuitate delituit sumus ille celi moderator, qui naturam vniuersam infinita virtute coerct & cōtinet. In ipso vero ortu, sanctissimæ matris inopia, perditi tyranni illius sanguinem petentis immanitate, postremo fuga & exilio vexari voluit. Postquam vero ab Aegypto in Iudeam reuersus est, non statim Hierosolymam cōcessit, vt in hominum luce versaretur: sed in loco ignobili, & infrequenti domicilium cōstituit. Cum vero venit maturitas tradeundæ disciplinæ, seque ad homines erudiendos applicavit, nihil aliud frequentius inculcavit discipulis, quos ex insima plebe delegerat, quam ut ambitionem fugerent, & de se humiliter atq; demissem sentirent: omnes autem immodiç laudis appetentes verbis acribis insectatus est, eisq; precepit ruinam & occasum denuntiavit. Cōtra vero moderatos & humiles ingenijq; sui opibus diffidentes benignè complexus, ad firmis specim immortalitatis excitauit. Quid illud? Nonne satis ostendit quām essent honores respuendi, cum eos fugit qui se creare regem volebāt? cum vitam inopem & ab omni cultu & elegantia remotissimam secutus est? Iam quis non videt illum gloriæ mortiferum  
G. iiiij vulva

## DE GLORIA

vulpus imposuisse, cum insignes contumelias pati, grauiissimas ignominias accipere, multisq; flagris pedi, & quod mortis genus erat olim maximo dedecori, in crucem tolli voluit. Effigatur audax & impium facinus cum humiliatis anthoni Christum rerum omniū dominum habeamus, clauitatem dominis auctorati velle. Illius enim sunt haemonita, precepta, instituta, quibus gloriam euerlam & extinciam conspicimus. Si igitur Christum Opt. Max. pura, integra, & incorrupta mente veneramur: si illius disciplinam, in qua omnis immo ratalis, atq; beatæ vitæ ratio consistit, sequendam existimamus: si non nomine duntur sed re ipsa Christiani sumus: omnem gloriam appetum coercere debemus. Aut enim summi illius rectotis disciplina repudianda est, aut gloriae cupiditas ex animis extraheenda. Vtrumq; enim fieri non potest, vt & Christo obtemperemus, & gloriae seruiamus. Attende, quælo diligenter, vt melius videre possitis, quam contraria sit gloria Christianæ pietati. Eflatus iracundia maledictum in aliquem temere contulisti; facinus est inexpiable, sanguine: atq; cæde luctendum. Nec enim existimatis, qui verbo violatus est, posse se in pristinam dignitatem restituiri, nisi prius illi, quem affectit contumelia in armorum certamine

LIBER SECUNDVS. liij  
minc vitam eripiat. Potest iniuriam persequi iudicio. Non est, inquit, viri fortis cum eo iure contendere, quæ manu, & ferro possit opprimere. Nullum est enim in legibus honestum virtuti præsidium, sed quoddam subsidiū imbellicitati necessario constitutum. Ideone ego etatem in decoris studio cōsumpsi, & tā multa facinora virtutis militaris edidi, vt post tantas res cum magna laude gestas sit mihi in istar cuiusdam vidua iudicium auxiliū implorandum? Tum certè longe maius dedecus in me cōcepissem, quā illud ipsum, cuius macula mihi vel cum vita periculo diuenda est. Certum est enim vita nō parcere dum dignitati cōsolam. Præcepit Christus ut iniurias, & errata omnia condonemus. Quid Christus, inquit, in hac causa præcipiat, non valde ad me pertinet, id autem quod pertinet valde exploratum habeo, nēpē nāhūl esse viro indignius, quam pati contumeliam, & ab vinciscendi studio religione aliqua dimoueri. Aut igitur sc̄e mihi ad pedes abiijciat, errati que veniam petat, vt ipse subeat infamiam, egodigniterem, meam recuperem: aut si recuget hāc conditionem ad pugnam se paret. Virtutis enim summa cōtentio non potest: in qua si sc̄e prius non dedidevit, gladio nō confeatus cadet; aut ipse fortiter, & honeste decum-

## DE GLORIA

Bam. Quid si cadas, & à corpore exoedens in perpetuum cruciatum abripiare? Ridiculum est, inquit, istis tartareis monstros viros incenso gloriae cupiditate perterrere velle: moveant ista homines, anilis & imbecilli animi, anxiisque superstitionibus implicatos, me vero nō obiecta religio, non mortis metus, non supplicia quae dicuntur esse apud inferos constituta, non mōstra denique vlla à laudis studio deterrebunt. Quod si ad inferos abducendus sum, nō dedecore contaminatus, sed honestus atque viri fortis officio functus abducatur. Videatis amentiam? Queruntur miseri homines se dignitate spoliatos esse ab ijs quos ipsi impuros, & nulla dignitate praeditos esse confitetur. Non pudet igitur homo amentissime, te tantum operæ, atq; studij in ea re posuisse, quæ nō sit vñquā in tua potestate sed in aliorum libidine futura? Nam si tatum iuris habet in dignitate tua cuiusvis audacia, ut cum velit verbo tibi totam cripiat, quid te miserius, quid magis anxiū, aut sollicitum singi potest? Vitam enim ages acerbam & calamitatem: intemperatissimi cuiusque furorem extimesces: infamia metu noctes & dies cruciaberis, atq; perpetuo animi angore pœnas amentiae persolues. Sed videamus quantum malorum furor hic rebus humanis im-

portet,

LIBER SECUNDVS. liij  
portet. Primum legum utilitatem quæ adiuvina mente ad humanæ vitæ cultum defluxit, ē medio tollere cōtendunt, dum illis submitti ignominiosum existimat. His autem sublatiss nihil est in vita quod cohærere atque permanere possit, nihil quod impedit, quominus omnia scelere & audacia violentur, & cupiditatis incēdio desflagrent. Deinde quod est lōge grauius Christi religiouem & sanctitatem despiciunt, atque populi cæcam & amentem opinionem splendori diuinæ lucis anteponunt. Quo quidem scelere nullum profecto dirius aut detestabilius excogitari potest. Tu ne vt imperitis, pupuli plausum aucuperis, cælestē Christi disciplinam summi atq; præpotentis Dei mentem, & numen ludibrio habeas? Tantum ne istam nescio quam gloriam admiraberis, vt maius apud te pondus insanæ plebejulae rumor es habeat, quam leges sanctiss. ad salutem generis humani diuina beneficentia constitutæ? Tandiu igitur Christiani nomen retinebis, quandiu id tibi per populum licueris. Vbi vero casus aliquis inciderit, in quo populi leges iubent à Christo deficere, repente Christi leges infringes, & quantum in te erit omnia illius sacra conturbabis. Sed opere præsum est exitum tam funesti certaminis spectare. Ille igitur miser, cuius honor & digni

## DE GLORIA

& dignitas, in quam omnia studia vita cōtulerat, vniuersus hominis improbisimi cōuitio de leta est, nullam moram interponit, quin ad pēstiferum armorum certamē prouocet eum à quo accepit iniuriam. Prouocat autem literis per omnia compita muris affixis, atq; multorum testimonio consignatis. Alter ijsdem tyrranicis legibus populi coactus oblati certaminis conditionem minime recusat. Tempus ergo p̄fstituitur: locus designatur: omnia quae ad pugnam opportuna sunt summo studio cōparantur. Interim domus vtriusq; impurissimo comitatu, atq; flagitiōsis, turba referta perfrepit vocibus gladiatorum, & aleatorum: conuiua quo tidie celebrantur, in quibus nemo vir honestus accumbit: opes in libidine & nequitia consumuntur. Animus autē vtriusq; confectus acerbissimo cruciatu cōsistere, aut respirare non potest, cum diuturna cædis cogitatione diuis & hominibus infestus ad perniciem contrā fas inferendam se pareat, & nocte vīsis terrificis in somno obiectis turbulentē quatiatur. Postquā vero diēs adest qui inter eos cōueniat, & in loco destituto levissimorum hominū turbā circumfusi cōsiftunt, cōstituitur spectaculum inhūmanum & atrox, omnibus rectis institutis & legibus perniciosum. Hominēs duo eiusdem

plerū-

LIBER SECUNDVS. lv  
plerūque linguae, nationis, & patriæ, atq; saltem iuris & saerorum societate devincti, causa leuissima contentionis oblata; in campum deducuntur, vt alter alteri exitium inferat: & vitam quam religioni, & patriæ debet, cum summo religionis atq; patriæ detimento, in magnum periculū mortis, & sempiterni cruciatus adducat. Locus vndique septus, & armatorum p̄fſidio communitus, disceptatio armorum inter vtriusque partis aduocatos, ipsiq; iudices sece truculentius gerentes, & truci vultu barbarem immanitatē denuntiantes, atq; postremo illa tam tristis exitus expectatio animos formidine perterret, & oculo rū acies horrore perstringit. Quim ipsi egregij bellatores antea ferociter insultantes, eximiam animi conturbationem dissimulare ne queunt: imperio tamē populi cognatur in instituta amentia persistere. Postquam vero si gno dato vterque corum infestis animis, & ancipiiti armorum agitatione contendit, vt alteri exitium comparet, & alteruter, vt sit, graui vulnere fauciatus occumbit: tum demum apparet quantum imperium habeat in homines laudis inanitati ferulentes amentia popularis. Necesse enim est vt tanta ferocia appareat in vultu illius qui ecciderit, vt quāuis illi victor maximis vocib⁹ inclamat, vt secedat,

## DE GLORIA

dat, iugulum det potius, mortiferaque plaga accipiat, quam deditio[n]e sua id quod erat omnibus notissimum videtur se esse fateatur. Aliter enim extre[mi]um dedecus conceperet. Mauult igitur crudelissima morte matari, si biq[ue]; morienti sacris omnib[us] interdici, quam vitam ab hoste accipiendo, ab omnium aditu, sermone, congressu, propter infamiam nominis arceri. O conditionem seruitutis miseram acerbā, & luctuosam omnia mala quæ cogitatione singi possunt continentem. Despicit populus animi simplicitatem, & stultitiam appellat. Est igitur tibi videntum versuta fallacie nocendi ratione, si vis sapiens existimari. Ceterum integratè & innocentiam danda ergo opera est, vt per vim & fraudes fortunas amplifices. Frugalitatem, obscuram & nobilitate alienā ducit: omne patrimonium est per luxuriam effundendum, si velis in clarorum hominum numero reponi. Modestiam & animi moderationem imbecillitatis esse putat: Sunt igitur danda plura furoris & amentie signa, si cupis vir ad res gerendas acer, & animosus existimari. Leges postremo durissimas imponit, vt religionem negligas, vt diuina, & humana iura violes, vt sempiterni domini numeros offendas, vt te manibus inferis inaudito sceleru[m] deuoureas. Est ergo tibi repudiāda salus

LIBER SE CVNDVS. Ivi  
lus Christi sanguine quæsita, & omnis sanctitas irridenda, bellumque sceleratum gigantum more cœlitibus inferendum, atque manus terræ & impure christiano sanguine cruentandæ. Quid enim quæsto est ad opinionem vulgi præclarius, quam multos in hoc impio, atque nefario pugnæ genere trucidare? Victor enim postquam aduersarij cæde crudelitatem expluerit, ita discedit è loco certaminis, atq[ue] si è patria finibus hostium impetum repulisset. Equo igitur inuestus, ingentique numero hominum stipatus deductus ouans, & omnium oculos in se cōuertit. Celebratur incredibili multorum gratulatione victoria, tympanorum, atque tubarum cantu omnia concrepant. Nec solù præconis voce, sed prædicatione omnium magnitudo tati facinoris ornatur, mirisque in celum laudibus effertur. Si igitur, vt iam omnia concludamus, cōstat omnem gloriæ rationem, cum in populari lenitate, atq[ue] scelere sita sit, esse contrariam legibus, iudicijs, totique disciplinae ciuiili. Si comperum est, hoc insanabili morbo dominus ciuitates, imperia, nationes ex scindi omniesque virtutis opes euerteri: Si postremo nihil est, quod tam pugnet cum Christi Opt. Max. disciplina, religione, sanctitate: quid causa est cur nō à gloria, tanquam à re pestilenti,

## DE GLORIA

ti, atq; perniciosa fugiamus, illiusque impe-  
tum summa animi contentione comprima-  
mus? Dicam enim quod sentio, me ista ali-  
quando mente pertractantem vehementius  
conturbari. Num enim, quod apud tales ami-  
cos fateri libet, gloriae fortasse quam par erit  
auidior. Sed cum videam quam multa mala  
morbis hic inter huminas inuexerit, omnia  
vota facienda puto, ut illum depellam. Nunc  
autem expecto quid ad haec responsurus sis.  
Quanquam si te Christianum memineris, &  
quid a te sanctarum literarum studia postulest,  
animò cogitaueris, eam defensionem de-  
feres; gloriarique non modo con-  
temnes, verum ut magnam reli-  
gionis, & pietatis laben sin-  
gulati diligentia pro-  
pulsabis.

## HIERO-

LVII.

## HIERONYMI OSORII LVSITANI

### DE GLORIA. LIBER TERTIUS.



AEGUILLE cum dixisset, sine  
differendi fecit. Ego autem vix,  
inquit, statuere apud me possum,  
maiores ne mihi voluptate, an  
admirationem attulerit oratio  
tua. Tantam enim terum varietatem in omni  
genere disciplinæ, ingenio, copia, facultate  
complexus es, ut me penè magnificentia ora-  
tionis obrueres. Sed quo maior fuit eloquen-  
tia tuae vis, eo magis in pristino in eo sensu  
permaneo, vel eo solo argumento persuasus,  
quod nec ista tanta dicendi facultate potue-  
rim ab hac sententia depelli. Quid enim cen-  
ses? Esto ne me in differendo pertinacem, &  
veritati, quod Sophistæ faciunt, impudentissi-  
me repugnatem? Nihil est certe magis à mea  
natura, atq; moribus alienum. Cum enim in  
error e aliquo versor, tantum abest, ut in eo  
perseuerare velim, ut etiā immortale me be-  
neficium accepisse cōfitear ab eo, qui me in viâ  
reducit. Quod d eum munus amplius homini

H. veri cu-

## DE GLORIA

veri, cupidissimo dari pot, quia veritatis ipsius ab ira sua, atque recondita patefactio? Quod si vel amici prudentis auctoritas, vel ditteri hominis facultas errorem vnguam alicui detraxit, illi hunc facillimum & expeditiss. fuisse: Nec enim haec omnicum quem pluri faciam, nec est e nostris aequalibus quem esse potest: secundum orationis libertatem, & elegancia conferendum. Sed sic natura comparatum est, ut opiniones iudicio, & voluntate inscriptae, facile deponantur: innatae vero nulla dicendi via conuelli possint. Id igitur es assertus, ut mihi difficile admodum videatur, gloriam a calunnia tueri, non ut eam odio aliquo dignare putem. Adhuc enim is sum, qui nihil arbitrii in natura praeter unam virtutem nominis, claritate diuinus. Hoc quidem fortasse potest, ut propter iudicium mei imbecillitatem disputationis tuae garnimenta labefactare nequeam. Gloria tonique nihilominus ornamenta sua retinebit, neque qua non in oratione mea, sed in natura consistant. Attamen quando semel illius defensionem suscepimus, pugnabo ne officio meo desinet. Malo enim ut male a me defensa ingenii mecum vituperet, quam delecta perfidiam. Hic Augustinus respondens: Hoc certe inquit, veterotorum est, iloquentiam meam extollere, tuumque ipsius ex-

tenuare,

## LIBERTATIVS.

lvij

tenuare, ut si minus causam a te suscepnam tueri poteris, appareat id non illius imbecillitate, sed incredibili mea dicendi vi effectum esse. Expecto igitur an reliquias orationis tuas cursus huic principio respondeat. Me namque oratorem qualiter tu me vis esse non putabo, si me hoc artificio abs te vinci patiar. Certum enim mihi est, ubi peroraueris, meum ingenium, & copiam quam tantis laudibus ornasti, in tuam laudem conferre. Quasi, inquam, mihi homini glorie audiffissimo quicquam iucundus acciderit, quam laudem undeque venari. Istius igitur quamvis artificio laudis spe, contendam nunc multo vehementius. Atque primum gloriae ortum a fonte repetamus: deinde per ultimam ad Christianam disciplinam veniemus, cui testimonio probabimus nihil esse magis cum Christiana sapientia copulatum, quam laudis & gloria splendore. Quare non me valde mouet illa oratio tua, qua me perorando admonebas, ut meminisse me Christianum esse, sacrisque literis dedicatum. Quasi minime officio meo conueniret, gloriam, quam tu magnam religionis laudem appellas, aliqua ratione defensare. Ego quidem illam quantum potero defendam: nec ullius oratione ab illius studio deducar. Continet enim totius honestatis elegantia, & cla-

Hij  
xlii

## D E G L O R I A

ritatem. Fieri autem non potest, ut res tantis honestatis opibus exculta, diuinis institutis, & legibus aduerteretur. Id tamen suo loco reseruamus, exordium nunc aliunde capiamus. Glorię igitur rationē non esse in errante opinione, sed in natura sita id maxime declarat, quod omnibus in natum est mirū illius desiderium. **Quę** enim gens est aut tam humanitate culta, aut tam immanis & barbara, quae non naturali studio concitetur ad laudis studium? **Quantā** vero illius cupiditatē natura nobis infleuerit, ex eo facile cernitur, quod omnes pueri infantes simil atque sentire aliquid incipiunt, laude mirifice capiuntur. Mirum est enim, quanta certamina ineant, quanto vincendi studio efferantur, quantus in viuis pudor insit. Ut autem quisq; præstantissima indole natus est, ita maxime cupiditatis huius significationem dat. Refert Xenophon. Cyrum illum Persarum regem cum esset adhuc puer adeo ad cupiditatem laudis exarsisse, ut illius causa iam in ea aetate pericula omnia subeunda duceret. Facile fuisse igitur ex illo motu animi futuram Cyri virtutē augurari. Nemo enim unquam res magnas animo magno aggressus est, qui nō in ipsius aetatis primordio dederit insignia documenta, quanti gloriam estimaret. Non est hic necesse

## L I B E R T E R T I V S.

59

se Pyhrros, Scipiones, Alexanderos enumerare, cum omnes summos Imperatores hoc tantum signo constet magnam spem futurę virutis ciuibus suis attulisse. **Quid** de insigni ad præclaras disciplinas indole? Num parum liquet optimā de illis spem concipiēdān esse, qui omnem conatum animi ad laudem referunt? Mihi, inquit Fabius Quintilianus, ille detur puer, quem laus exciter, quem gloria iuuet, qui vietus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordet obiurgatio, hunc honor excitat, in hoc desidiam nunquam verebor. His verbis optimus ille magister indicia ingeni excellentis explicat. **Quid?** postquam pueri aetate progressi quatenus quidquid ipsos attingat desplicere incipiunt, num alio genere orationis à lagoore desidiaque citius auocantur, quam summorum hominum commemoratione? Videte quibus verbis Pallas apud Homerum Telemachum incendat, ad prenas de procorum petulantia repetendas. Sic enim ait.

*Nec iam res tantas puerili mente retrahes.  
Nonne vides quātū nomen sit adeptus orester,  
Cum patrem ucliscens, vita sfoliauerit illum,  
Qui scelere infando patrem dimiserat orco?  
Te decus eximium præstanti in corpore tandem  
Excites, ut magno laudum capiaris amore.*

## DE GLORIA

Illa igitur oratione sic videmus incensum Telemachum, ut nihil aliud quam de virtute cogitaret. Cum enim sit hoc studium laudis in omnibus, tum illi in quibus est maior animus, tanto laudis amore capiuntur, ut illius causa vitam despiciant. Quod de se testatur Euryalus apud Maronem, dicens.

*Est hic, est animus lucis contemptor, & istum  
Qui vita bene credat emi, quo tendis honorem.*

Nec is ardor extinguitur ætate confirmata, sed tunc ratione & studio multo magis incitat. Vnde Ulysses apud Euripidem ait, se necem haud recusaturum, dummodo sibi mortuo sepulchrum magnificum edificetur ad semipiternum gloriae monumentum. Multos etiam constat fuisse eo progressos, ut gloriae cupide sui vita eriperent. Ut Brutus ille de quo idem Maro.

*Infelix ut cimique ferent ea fata minores,  
Vicit amor patria, laudisq; immensa cupido.*

Sic etiam traditum memoriae est Alcithaeum Paulaniam matrem cum illum Spartiatæ in Tenero monte domi interclusum fame necare parauissent, primum lapidem ad obstruendum exitum posuisse. Similis etiam cupiditas Timoleontem induxit, ut fratrem dominatum patriam opprimentem interimeret. Nec Torquatus quidem cum filii cæde sanxit milita-

rem

## L I B E R T E R T I V S. LX.

rem disciplinæ, haec cupiditate caruissime putandum est. Nō hic dispatio an omnes huius recte officio functi sint: sed illud ostenderet vobis, si cœminem inquam gloriae causa suorum caritatem reputariatur fuisse; nisi natura hæc sit letorum animis, gloria esse omnibus rebus humanae longe præferenda. Quod Philosophus? Nonne spe clari nominis inducit se ipsos ad sapientię studiū contulere? Ut enim antiquiores præterea. Plato certè quantum pœdiæ cationem atq; nobilitatem amaret aperte declaravit. Nam & laudem esse bonum quoddam celeste cœset, & omnib⁹ eam testē facit qui si præmium dignum proponit; ipseq; marum artium instrumentum, & illud admirabile genus eloquentia in gloriam suam inveni ex parte traxit. Aristoteles autem cum esset philosophus gloria præstantis, minime contentus illo splendore, quem erat sapientia deiis assecutus, eloquentia laudem inereditabilis animi contentione quæsiuit. Insinuit et si vellem eos qui ab his orti sunt enumerare, quos omnes costat fuisse glorie stimulis acriter incitatissi. Quod si aliqui se gloriam non spicere gloriati sunt, id fecerunt ut et nobilitatis contemplatione maxime nobilitaretur. Quod declarat eorum studium in suis omnibus iusserit hendi, cogitationi q; suorum

274

H. iiiij membra

## DE GLORIA

memoria propagada. Quid de poëtis dicam? Non enim solum sibi ipsis, sed omnibus in quo rum studium propensi sunt, nominis immortalitatem pollicetur. Hoc enim sibi diuinitus concessum existimant, ut è tenebris quos vellint eripiant, atque a culis innumerabilibus in hominum luce constituant. Cælestè profecto munus, res ad laudem insignes ab obliuionis iniuria vindicare, mortemque ipsam omnia delentem ingenio comprimere. Sed nescio quomodo inuitus hoc dico, tum quia poëtarum ingenua sum semper admiratus, tu quia te solonem credo imitatus cum illis coniunxisti. Nescio igitur quanam ratione plerique suæ dignitatis obliiti mercatum immortalitatis instituunt, gloriamque venalem omnibus proponunt. Multi enim sunt, qui cum nulla instrumenta virtutis habeant, eam facile à poëtis nundinantur, quibus si te muneribus insinues, statim te faciet Iouis filium, felici sidere natum, atque multiplici virtute aurea sæcula referentem. Quod vitium ad quosdam historicos hac nostra ætate contagione permanauit. Nam bene de se meritis ipem sempiterni nominis ostendunt: his autem quibus infesti sunt perpetuam nominis infamiam minitantur. Vtrumque enim se ingenio, & eloquencia praestare posse cōsiderūt. Illis igitur, inquit

Augusti

## LIBER TERTIVS.

LIX.

Augustinus ridens, inferuias opus est, si te immortalem fieri cupis. Nihil enim est proderit summum ipsius honestatis studium illis, qui Poëtas aut Historicos iratos habent. Quasi, in quam, possint homines leuissimi, id quod contendunt, efficere. Multi enim sunt, qui vere, & incorrupte res gestas memoriarum prodant, idque solum est in omni ætate permanfurum, quod est veritate subnixum. Vanitas enim in lucem veritatis incurrens quasi quædam nebula dissipatur, & enanescit. Attamen neque scriptores laude assercent eos, quos maximo beneficio sibi obligare cupiunt, neque auari homines ingenti pretio laudem emerent, nisi utrique eorum laudis eximia dignitate caperentur. Sed quid Poëtas admiratur, cum agricolas & oppifices, cum barbaros etiam homines, & ab omni culto humanitatis abhorrentes laudis dulcedine moueri videamus? Nullus enim est agricola, nullus artifex, nullus operarius qui non laudari valde cupiat, & inter sui ordinis homines principes existimati. Ergo cum pueri, senes, adolescentes laudem ardenter expertant, cum omnes sive principes, sive plebeii, sive intelligentes & docti, sive rudes & imperiti, sive maximi disciplinis exculti, sive artibus in finis incumbentes ad eam erit tantur, pos-

H 3 sumus

## DE GLORIA

fumus ne dubitare, quin ea cupiditas humanae naturam maxime attingat? Numquam enim esset tantus omnium gentium consensus, & conspiratio in gloria consecranda, si ea moribus, & opinione desiderata, & non potius vi, & impetu naturae expedita esset: Quae enim moribus aut legibus, & institutis continentur, nec sunt eadē apud omnes, nec vīlā constantiam habent: sed varias pro temporum ratione mutationes subeunt. Ex eo igitur quod omnes mortales semper laudari cōcupierint, facile cernitur hunc appetitum laudis esse natura, & non opinione nostris animis insixū. Si autem qui vel ingenio vel p̄tē clara ad virtutem īdole pr̄stāt, quo sunt ad altiora nati eo maiora dant indicia naturae, constatq; iū studium laudis illos ardētius incitari qui maiore īdole pr̄diti sunt: relinquuntur plane hunc animi impetu nullo modo insirina opinione, sed naturae pr̄stātia contineri. Quod si natura nos nō ad flagitium, sed ad honestatem genuit, & cōfirmavit: ob idq; omnes sapientes eam tanquam optimam vitā ducent sequendam statuunt: & perspicuum est, nos impetu naturae ad laudem contendere: efficietur nos gloriæ cupiditate ad virtutem, & honestatem dirigi. Poterit quidam fieri, ut non tecum homines veræ gloriæ viam, & opinio-

L I B E R T E R T I V S. Ixij  
nis errore flagitia infinita cōcipient. Quemadmodum enim reliquias affectiones vtiliter à natura datas ad nostrum statum cōseruantur temeritate, & amentia duxi in perniciem nostrā conuertimus: ita etiam sit, vt gloriæ cupiditate ad nostrum dedecus abutamur. Ut igitur in rebus alijs cum impetu naturae cernimus, quid sit illud quo nos impellat ratio ne inuestigamus: ita cum tantū gloriæ desideriū omnibus innatum esse videamus, in quibus rebus ea sita sit exquirere ratione. debeamus. Prouidendum enim est, né quod plerique accidit inanis laudis specie deliniti semipaternā infamia subeamus. Ut igitur id præcaueri possit, est gloriæ vis & ratio diligētius inquirenda. Primum itaque videndum est, eam in laudi ī genere versari. Locus autem & regio laudis honestate, & pulchritudine cōtinetur. Id enim tantum laudamus quod aptū & venustum est, & aliquo splendore dignitatis illuminatū. Cōtra vero quicquid turpe & ineptum est vituperare solemus. Quod si interdū accidit, vt rebus in honestis aliquid laudis impertiamus, id sit propter aliquam decoris atq; venustatis similitudinem rebus turpis adiundam. Existit enim in corporis inātu, in incessu, & in voce quidam modus, & concinnietia in numeri rationē cōdens, & venie-

statis

## DE GLORIA

statis speciem præ se ferēs, qua quidem sit, vt res etiā flagitiosa genus quoddā laudis auepentur. In quibustamē rebus nullo modo flagitia laudari possunt, sed illa pulchritudinis imago, qua sēpē numero insignes turpitudines oculūtūr. Quæ enim ita deformia sunt, vt nulla specie pulchritudinis illustrētur, ne mo laudauerit vñquā nisi sit humano sensu penitus orbatus. Cū id igitur tantū laudari cōtingat, quod decorū atq; venustum est, videamus, sit ne huius decori iudicium in errāte opinione situm, an semper ad naturā referatur. Continet enim hac questio omnē disputationem. Si enim est in natura positum, non tanta erit varietas, & inconstantia, quan tā tu esse voluisti: sed erit profecto aliquid, quod in omnī memoria sit certa & cōstante laude celebratum. Hoc autē in corporis humani figura cerni facile potest. Vt enim ex omni genere animantiū nullū est præter hominem, quod pulchritudinis elegantiam sentiat ita nullum aliud potest insigni aliqua specie delectari. Reliqua enīm vt histrionis motum sentiunt, ipsius autē motus ordinem, & venustatem non sentiūt, vt cantorum sonos auribus accipiunt, harmoniam autem ex varia compositione sonorum haud assequuntur: it, & informis maguitudinem atque colorē vident

## LIBER TERTIUS. LX.III

vident, ipsam vere partium conuenientiam & aptam corporis cōpositionem intueri non possunt. Ex quo sequitur, deformia à pulchris humana tantum natura atque ratione distinguuntur. Quæ cum sit in eadem in omnibus, idem erit apud omnes de venustate iudicū. Nam vt omnium aures vox extra modum absona, & absurdā lēdit, distincta vero & variis inter uallis numerum apte conficiens delectat: ita oculos omnium partes corporis nō certa ratione inter se conuenientes offendunt, membrorum autem omnium cōcinnitas incredibiliter allicit. Sumus enim natura elegatiæ & concinnitatis appetentes. Quæ quidem in motu & in voce numeris, in corpore autem certa, & rata partium ratione constat. Quis enim est, quāuis sit ab omni flagitiosa cupiditate remotissimus, qui non excellentem formam libenter aspiciat? Neque enim solum aspectu alienæ pulchritudinis alliciuntur homines, sed etiā omnibus insidet cura quædā propria dignitatis. Nemo enim est, qui non cupiat integras, & aptas, corporis sui partes habere, & nō omnia circūspiciat, quibus eius species ornatior esse possit. Quod si corporis elegantia, quæ quidem non tam in coloris bōnitate, quam in certa dimensionis lege consistit, omnia oculos ad se rapit, efficitur plane

## DE GLORIA

planè id nō iucarta opinione, sed constante naturæ iudicio contingere. Non enim nunc hoc, nūc illud, sed idem. Emper omnes natura iudicant, fugiendam videlicet esse deformitatem; & pulchritudinem expetendam. Poteris quidem fieri ut alios alia magis delectentur in picturis, nemo tamē, nisi prius omnem humanitatem exuerit, honestam & liberalē oris speciem non aspectu iucundam existimat. Si igitur illa pulchritudinis imago qua sub oculos cadit, quāvis fluxa sit & instabilis nō tamē iucarta opinione, sed certo ipsius naturæ sensu iudicatur: quid de pulchritudine animalium dependū est, qua neq; morbo corporis amittitur, neq; aetate deforescit, neque medicamento, ylo corruptitur, sed quotidianus magis ornamenti diuinis illustratur. Illuc enim nō adumbrata venustris multis interdum maculis, aspera cernitur, ut in corpore, sed solida, & expressa pulchritudo, quæ sola est sua natura & sponte laudabilis. Nā si laus omnis, ut dictum est, superius, reb⁹ natum decoris, atq; venustis tribui solet, & verū decus in animi tantum bonis eminet, quis dubitet omnem laudem esse ad dignitatem animi referendam? Quod ut facilius videamus, illam si miltitudinem honesti corporis ad pulchri animali speciem transferamus, ut in eo tandem excellentem

LIBERTATIVS. lxiij  
ceilentem illam formam intueri possimus: Atque utinam sic eam oratione licet atque mente licet & cogitatione depingere: iam videberis in psius honestatis fonte, unde omnes laudes eminant. Sumanus igitur hominem ingenio & studio praestante, optimis artibus imbutum, verique videndi cupiditate vehementer inflammatum: Is cum a crementis aciem in rudi motus, & conuersiones, admirabilemque carli ornatum, atque totius naturæ constantiam intenderit, omniaque caelestis illius rectoris numine & consilio regi, & admirari perspectore: conuertat sele ad sui ipsius contemplationem, ut mentem suam caelesti satu' editam, & cum diuinâ mente copulatam sentiat, atque tandem videat, quid sit tato natuum splendori conscientia. Intelliget enim profecto summum illum dominum à quo animum hauit, & tanta beneficia accepit, esse sibi non modo religione summa colendum, sed etiam ardenter studio sequendū. Ex hae igitur animi conformatio[n]e pietas & sanctitas exi stet: hinc admirabile iustitia, & equitas decus oritur: hinc singularis amicitiae fides, hinc liberalitas, & magnificentia splendor elucescat. Hinc et clara & illustri virtutis comitatu' adiuvgamus: illam quasi custodem & propugnatrix eam iustitiae fortitudinem quæ

## DE GLORIA

quæ hunc armis diuinis vndique tegat, & inuitat. Sit itaq; erecto animo & excelsō, humanaque omnia despiciente, altaque nimis & ardua cōfēstante, & in omni contentione semper inuidito. Hanc autem animi altitudinem moderetur temperantia, quæ quidem totius honestatis & elegantiæ decus, & ornamentiū in se cōtinet. Sit igitur hic quem animo & cogitatione singimus insigni modestia p̄redit<sup>o</sup>, omnē turpitudinem repellat, turbulentis cupiditatibus obsistat, in omnibus dictis & factis modū, & ordinem cōseruet, & quid maxime deceat semper inquirat. Ergo cum his tam illistribus & inter se concinentibus honestatis ornamentiis, atq; præsidis redundauerit, nullam ne censes admirationem hominibus allaturum? Illū quidem admirabuntur vniuersi, & complures etiā amabūt. Nullo enim modo honestas, qua quidē nihil est in terris magnificētius aut amabilius, hominum admiratione & studio carere potest. Etenim quis tam agrestibus institutis viuit, qui non ipsius rationis præstantiam, atque sapientiam cū iugenti admiratione suspiciat? Quis vñ quam tam abiecto animo fuit, qui virtutis altitudinem minime p̄dicādam existimaret? Quis tanta immanitate efferatus est, vt fidē & bonitatem non amādam iudiceret? Si igitur

singule

## LIBER TERTIVS.

lxv

singulæ virtutes per se, quamquā illę rediūgiū non possunt, sed cogitatione tantum separantur, omnibus p̄ se ferendæ, & amandæ videntur, quid tandem omnium cōspiratio, atque consensus esūciet? Præclare Aristoteles. Si essent, inquit, qui veluti deorum signa pulchritudine corporis excellerent, reliqui omnes æquum esse ducerent, eos in omnium dominatu locari. Quod si corpus elegantia, p̄ficians hanc opinionem afferre poterit, multo facilius id esset de animi præstantia iudicandum. Sed non ita facile pulchritudinem animi cernimus, atq; venustatem corporis alpestru sentimus. His verbis ostendit Aristoteles vehementius amores excitati posse animi dignitate perspecta, quam corporis insigni spē cīc considerata: animi autem formam nō ita facile cerni. Sd quid refert? Non enī divulgari poterit. Necesse enim est vt aliquando tandem existat, lucemq; suam longè latèque diffundat. Tunc igitur omnes in solito splendore commouebit, & ad sui amorem inuitabit. Habetis hic gloriae principium, quod quidem nihil est aliudquam egregiū illud, altissimum mentis lumen omnium oculos in se conuertens, & ad sui amorem incredibiliter alliciens. Est enim gloria publica virtutis excellētis admiratio cum insigne benevolētia cō

## DE GLORIA

iuncta. Nec enim quodquis decus gloriam gignit, sed excellens & admirandum: Neq; rursum omnia quæ sunt admiranda, gloria dicenscenda sunt: sed ea tantum quæ ab animi decoro, & honestate ducuntur. Si enim quæcumque sunt admirabilia gloriam sibi parerent, cur non monstra. atq; prodigia, quæ magnam mortalibus admirationem incutunt, gloria-puraremus? Gloria igitur tum demum lumen habet, cum excellens, & admiranda pulchritudo animalia & corpora plicetur, quam admirantur omnes, & singulariter omnium caritate dignam existimantur. Sola enī dignitatis amplitudo astrumque simile efficit, ut & stupore suspen-sos homines terreat, & sui amore inflammet. Necne enim tantum propter utilitatem magnitudinem, quam viri virtute florentes nobis afferunt, quantum ob insignem & illustrem virtutis speciebat eos amplectuntur: vsq; adeo ut illos etiam quis: nunquam vidimus, eximè diligamus. Nam enim appetentissimi honestatis, eiusq; forma perspecta, in illius cupiditatem ardenter incepimus. Ut enim eos à quibus nunquam fasti sumus, si virtutis expertes, & flagitis inquinati fuerint, & contumeliam, & iustum in illos odium concipiimus: ita homines virtute precellentes veneracione quadam, & insigni benevolētia dignos

judic-

## LIBER TERTIVS.

Ixvij

judicamus. Quis enim est qui desideret & ignauum hominem non despiciat? qui libidinem, avaritiam, perfidiam, crudelitatem non odet? Nemo tam effrenatis cupiditatibus unquam fuit, qui si vtrumque licuisset, non multis partibus maluisset ad ea quæ scelere consicutus est, sine scelere peruenisse. Eos enim ipsos qui se vitiis omnibus dediderunt, ita graviter offecit suscepti flagitiū turpitudine, ut libi ipsis odio sint. Sit autem aliquis homo teter, & impurus, omniq; scelere, & parricidio contaminatus, scri ne posse credis ut non in dominicorum odium irruat? vt nō cum fratres etiam atq; parentes, ut malum auspiciū de-testentur? vt non illum omnes ē naturē finibus exterminandū putent? Si igitur omnes à naturā instituti sceluti odio, & vita operatio-ne prosequuntur, consequens est, ut honestatē iudicent esse diligendam, atq; misericordiam. Unde planū colligitur, omnem laudis excellentiam esse in virtutis magnitudine constitutam. Quod igitur in orationis oratio posuisti, nemo tibi facile dabit, nempe gloriā ē populi levitate pendere. Illud enim iudicium multitudinis in auctius hominis laude cōsentientis, non est libera voluntas, sed natura ne susceptum. Necesse enim est, ut quem yiderint omnes esse virtute præstans

Iij tem,

## DE GLORIA.

tem, quod minime obcurrū esse diu potest, quamuis id in principio lateat, laudibus in cę lum tollant. Gloriæ itaq; fundamentum non in opuli inconstantia ponēdum est, cum ea sibi stabilem sedem, & sempiternum, dominici līum in vna virtute collocarit. Hoc enim semper euénit, ytvirtutis ipsius lumen celebris opinio conseqūatur. Nec me conturbat nomen opinionis. Nō enim verum est omnes esse dubias & incertas. Si quidem multæ sunt vere constantes & graues, quibus ad religionem, ad patriæ caritatem, ad omnem deniq; virtutem incitamus. Hæ igitur opiniones, sic enim doctissimi viri appellant interdum communæ sententiæ in animis nostris impressas, quā uis nec ratione conclusæ, neque vlla disciplina cōfirmatae sint, nullam poslunt habere varietatem. Sunt enim naturales & insitæ, nec ad eas confirmaudas vllis exquisitis rationib; opus est, cum sint ipsa natura perspicue, nec vlo modo dubitadæ. Si igitur grauissimi philosophi non verentur has inchoatas intelligentias, vnde omnis sapientia defluxit, opiniones appellare, quid tibi venit in mentem ex nomine opinionis inuidiam in gloriā concitare velle? Evidem, vt verum fatear, illo eū disputationis principio cohorui. Putauit enim te velle Chrysippum ab inf;ris excita-

re,

LIBER TERTIVS. lxvij  
re, qui nos nō hydris, sed aculeatis argumentis vndique pungeret, & maledictis in sēta-  
retur, quod aliquid prēclarū in opinione po-  
situm existimaremus. Ii enim sumus qui nō modo innatas opiniones, sed alias quā pluri-  
mas honestas & laudabiles assēramus. Si ita-  
que illo genere necromatiæ vti voluisses, mē  
certè metu examinasses. Quid ita tādem in-  
quit Augustinus arridens. Nec enim vñquam  
te Lusitanum hominem adeo timidum puta-  
ui, vt mortuorū imagines extinēceres. Qua-  
si, inquam, Gorgonis ipsius aspectu conturba-  
ri possim, & nō potius horrido illo differēdi  
genere à naturæ tuae clemētia penitus abhor-  
rente. Nec enim Chrysippus ipse mihi tātum  
terroris inculsisset, si carnē illud vsurpasset,  
Adsum, atq; aduenio. Acheronte, quantum  
si me contortis sophismatis oppressum indi-  
gna etiam contumelia vexasset, leuem, & futi-  
lem appellando, quod in aliqua opinione di-  
gnitatem constituisse. Timui igitur initio  
cum te de levitate opinionum disputantem  
animaduerti, ne menullas eiusmodi insidias  
suspicintem acumine Zenonis oppugnare.  
Sed postquam dixisti non tibi placere omnia  
ad illam exactissimam sapientiæ normam di-  
rigi, teque vidi ad hoc mitius differēdi geniū  
oratione delapsus, illam letatēti ærēam li-

I iiij

culea

## DE GLORIA.

culenter explicantem, continuo respirauit.  
Non dubitas enim quin si genus aurum extaret, tūc is qui se multitudini probauisset, fuīset omnia splendorem virtutis assecutus. Si hoc inter nos conueniat, non erit difficile demonstrare, eum etiam quem hæc gens, quam vos Poëtae ferreā appellare soletis, laude perpetua digni existimari, esse omni virtute cumulatum. Hoc quidē, inquit, scire sanè vellem, qua ratione te id probare posse cōsidas. Quia inquam, insipientis multitudinis de rebus laudandis & vituperandis opinio à sapientium sententia non discrepat. Si igitur in illo aurē, hoc est, sapientis gētis opinione de alicuius dignitate cōcepta, erat aliquid excellens, atq; magnificum: non erit dubium quin id etiam quod imperitū vulgus mirifice laudandum putari, sit honestū & laudabile existimandum. Hoc igitur, inquit, effice si potes, multitudinis opinionem à sapientiae decreatis minime dissentire. Nec enim te impeditre volo. Hoc, inquam, planè esse cūm arbitror. Iam enim disputatum est, fieri non posse, vt virtutis decus animaduersum, non vniuersis hominibus admirandum, atque lumino studio complectendum videatur. Tantas enim vires virtus habet, vt ab hostiis etiam egregie dignitatis confessionem exprimat. Hoc autem

LIBER TERTIVS. Ixij  
autem voluit ostendere Homerus, cum Priamum inducit in senum confessū Agamemnonem, & alios Grēcos principes à quibus ingētes clades acceperat eximie laudantem. Sed quid hostes admiramur, cum illi etiā qui non cum hominibus, sed cum virtutibus bellum opnii scelere imbutum gerunt, ipsarum virtutum splendore, & elegantiā obstupefiant? Illud enim quod dicebas, talem nos opinionē de rebus laudandis & vituperandis accipere, quales sunt iij mores quibus instituti sumus, quis tibi concedet, qui modo in ipsius naturę vim acutius intenderit? Omnes enim nati sumus ad decus, & honestatē, hisque virtutum seminibus inclusis, sit vt quamuis prauis moribus imbuti, & perniciosis legib⁹ instituti sumus, vnam tamen virtutem summis laudibus efferendam iudicemus. Nec vlo modo tanta morum aut rerum pernices incidere potest, vt rerum natura vertatar. Quis enim queso est adeo flagitijs omnibus cooptus, vt non cupiat se iustum, & graue existimari? Si enim flagitia multitudini pulchra viderentur, cur ea impūti homines tanto studio celarent? cur explendē libidinis gratia tenebras & lucta se querentur? cur eos post fuscum seclusi in temperantia suę peniteret? Nam cum aliquis aut turpitudinis illecebra delinitus, aut

I. iiiij alia

## DE GLÓRIA.

alia quavis animi perturbatione cōcitatū flāgitium committit, vbi primum ille motus ani-  
mi residet, qui rationis iudicium impediebat,  
multis signis ostēdit, quām acerbo animi cru-  
ciatu afficiatur ex illius macule onſcienza.  
Hinc illa Phaedra priuigni amore iſanies,  
atq; à mollissimo vite cultu ad venationis ſtu-  
dium traduēta, ab Euripide lamentans indu-  
citur. Cum enim amore furens nihil aliud  
quām tela, canes, & montes inclamaret: vbi  
ſe colligit, ita ſuum dedecus lamentatur.

*Miseram me quod facinus feci?*

*Quo metravit furor inuitant?*

*Agit in p r a e c p s dir a calamitas.*

*Heu heu infelix.*

*Iterum nutrit caput occulta*

*Noſtrum, nam me pudor oppreſſit.*

*Tege, nam lachrymis oculi fillant,*

*Vultumque rubor nimius tinxit.*

*Redens ſenſus cruciat animum,*

*Amenſ trudor in exitium, ſed*

*Praefaret tunc fumere mergi,*

*Cum ſenſum furor eripit omnem.*

Videtis in Phaedra et. ā ſeclere, & amētia fu-  
rente nō eſſe penitus extinctam indolem pu-  
doris, & honestatis. Sed quid Phaedram ad-  
miramur, eum Medea mulier omnium ſeclē-  
tiſſima multipliciꝝ; parricidio contamina-  
ta

## LIBER TERTIVS.

Ixix.  
ta apud eundem Poëtam Corinthiſ mulieri  
bus perſuadere nititur, ſeſe uullos offiſii nu-  
meros præteriſſe? ſed fabulas omittamus.  
Non enim illis nobis opus eſt, cum i p ſa vita  
comunis infinita exempla ſuppediret. Quis  
enim vñquam fuit adeo impurus, & flagatio-  
ſus, qui non ſuſpiceret fidem, continentiam,  
animique excellētis altitudinē? Sume ex  
omni memoria quem velis. Viſ tie Diony-  
ſium illum ſuperiorem teterrimum hominē  
& impuritatem? Multa quidem ille contra  
genetis humani ſocietatem impie atq; neſa-  
rie cōmifit, & patriam à ſe durifſina ſei uitu-  
te oppreſſam multoruſ cæde funefauit. Num  
illius inueterata perfidia, & immanitas effice  
re potuit, vt nō fidem, & animi constantiam  
laudabilem exiſtimare? Non proſecto. Quā  
tum enim amicitiæ ſanctitatem luſpiceret, aper-  
te declarauit, cum exemplum ſingularis ami-  
citiae atque fidei in duobus Pythagoricis ad-  
miratus, exelamauit: Vtinam ego vobis ter-  
tius amicus aſcriberet. Idem eum paraflet in-  
ſidias Polyxeno virō ſpectatissimo qui Cestā  
illius ſororem in matrimonio habebat, iſque  
Polyxenus metu pterteritus in Italiā fugiſ-  
ſet, Cestam acriter incuſauit, quod non indi-  
casset mariti cōſilium. Tum Cesta: Adeo ne  
me, inquit, dignitatis oblitā putas, vt ſi reſci-  
I v uifent

## DE GLORIA.

uissim quæ vir meus animo agitabat, non me illi eiuldem fugæ atque fortunæ comitè præbuissem? Multo enim erat mihi ad dignitatē aptius, vxorem exulis Polyxeni, quam Dionysij tyrani sororē appellari. Quid deinde scutum est? Tyrannus ipse vir immanis & truculētus illius virtutis admiratione percussus, Cestam post illam diem multo officiosius obseruavit. Iam filius ejus quamvis patris scelerā immensa luxuria cumulasset, satis ostendit quid de sapientiæ atq; virtutis amplitudine sentiret, cu m Platonē honoribus diuinis affectit. Quem tamen postea Syracusis ablegauit, ne videbiceret in illius cōspicu turpior appareret. Omitto præclarā Phalaridis indolem: Nihil dicam de multis alijs tyrannis importunitissimis: vt ad Neronem tandem pertiniam, quo quidem nullum tētrius<sup>1</sup>, aut immanius monstrum tellus extulit. Parum ne multis ille signis ostendit quam magnifice de virtute sentiret? Quanto studio quodam tempore viros excellēti ingenio complexus est? Quanta industria musicen, & alias ingenuas artes excoluit? Cum autem omnes suas opes insingularem nequitiam cōtulisset, inaudita que sclera conceperet, cupiebat tamen se continentem, & grauem, summumque P.R. rectorem appellari. Nunquam certe Nero

virtutis

## LIBER TERTIVS.

Ixx.

virtutis egregiæ nomen concupiſſet, niſi in ea quā plurimum dignitatis in eſe iudicaret. Quid postquam matrem necauit? Nam quid illæ ipſæ matris furia quæ mentē ipius aſiduo cruciati lacerabat, parum a parte docebant, nunquam in hominibus quantumutis perditis, & efferratis ſenſum honestatis extingui? Nunquam enim conſceleratos homines tātum ſceleris conſcientiay exarct, niſi heſiſſet eorum animis, nihil eſſe ſcelere ſcelius, nihil tetrius, nihil detestabilius. Quod si Nero homo omnium ſcelestissimus, si homo ille appellandus eſt potius quam importunum quoddam monſtrum aique prodigū, & ſcelus odio dignum, & virtutem laudabilem, & amādam eſſe iudicabat; quis animo ſingi potest adeo cōſuetudinis improbitate vietus, vt virtutis magnificentiam non ſuspiciat? Dies me desiceret, si vellem exemplis hanc ſententiam conſirmare. In re tamen adeo perspicua vniſco tantum, eoq; recenti, atque domēſtico contētus ero. Fernandus quidam fuit regius Lusitanæ princeps, Ioānis regis hoc nominē primi filius. Is defuncto patre cum ab Eduardo rege illius fratre exercitum cum imperio obtinuiffet, in Africam traiecit, atque signis collatis ita parua manu cū innumerabili hominum multitudine ſæpè cōſlixit, vt ſemper ex illis

## DE GLORIA

illis victoriam reportaret. Sed tandem effectū est, ut insidiis oppressus in hostium potestātem perueniret, & in mediterraneas Mauritanias regiones deportaretur. Occuparat illic tyrannidem Lazerachus quidam homo avaritia immanni, luxuria infinita, feria incredibili præditus. Cum autem Fernandi redemptio fuisset in lōginquū tempus dilata, nihil enim inter nos & Maurum conuenire poterat accidit tandem ut Fernandus ipse multis doloribus in ergastu o perfusus vitam ederet. Eius autem morte tyranno nunciata, tradunt illum quasi stupore perculsum diu si luisse, atq; tandem hæc verba protulisse. Perfecto si vir hic non ita Mahometi iustitius in sensus, & inimicus extitisset, fuisset in omnī etate diuina quadam laude cumulādus. Fuit ille quidem in omni genere honestatis excellens: ego tamen tres illins virtutes præcipue sum semper admiratus. Constat enim illum nū quam sese venere villa commaculasse, nec vñquam in vita mentitum fuisse: Deumque semper ardentissima pietate coluisse. O vim virtutis admirandam, qua hominibus etiam dedecore, flagitio, turpitudine contaminatis eam adfert necessitatē, ut vel iniuti decoris & honestatis excellentiam laudib⁹ in cælum tollant. Num clarius naturæ indicium expeditatis

## LIBERTIVS lxxi.

Etatis! Persilioſus homo, atque adeo ex fraude & mendacio compositus, singularem fidē admiratur, in omni libidine terre, & impure volutatus, sanctissimi viri c astitatem celebrat: hostis sanctiratis, purissimum & ardētissimum religionis studium laudibus efferendum putat. Ergo si virtus tam̄ valet, ut iisdem ipsis quorum cupiditatibus infesta est, admiratio nem ingentem commoueat: quid conuenit aſſercere, nos laudem nō natura & splendore ſuo, ſed ſtudio & cupiditate noſtra metiri? Si enim ita eſſet qui turpi voluptate ducuntur nullo modo continentia pulchritudine mouerentur: Neque qui alienum appetunt, innocētiam laudarent, neq; ſcelesti, & impuri castitatem religionis extollerent. Quod quām fulſum ſit, ſatis eſſe probatum arbitror. Quām quām in re minime dubia confirmanda longior fuit quām fortaffe conueniebat. Nihil eſt enī magis perspicuum, quām vniuersum genus humanum in virtutis laude mirifice conſentire. Et hoc ſit, ut dictum eſt, non lege, mo re, aut iuſtituto, ſed iuſito natura iudicio. Ve enim Solem luceere, ignem calere ſentīt vñiversita mortales omnes quantumvis impuri indicant virtutis excellētiam eſſe admirandam, & prædicādum, & omnium studio compleſtandam. Nam ad id quod dixisti, infames homines,

## DE GLORIA

homines, & impuras mulieres in iudicris, aut  
flagitiosis artibus exerceatis certo laudis praemio  
affici solere, ita responsum est, turpitudinem  
ipsam per se a nemine laudari posse: sed  
illud aptum atque etincinum, quod insor-  
ma, in cultu, in motu, in gestu denique corpo-  
ris enitescitur. Quia tantum honestatis similitu-  
do non tantam viam habet, ut impuras artes  
vulgo laudabiles efficiantur. Nunquam enim ut  
probii obiserentur, si hominum vulgus exi-  
stimator alicuius expetendi decoris laudem in  
illis esse sit: m. Quid autem ad Sisyphum, &  
Autolycum, & Vlyssem attinet, intelligi oportet,  
non in illis vanitatem, sed sapientiae specie  
fuisse laudatum. Sapientis enim hominis officium  
existimatur, multa dissimilare, multa  
etiam interdum R. p. causa simulare, & ho-  
mines in sedis callide circumuenire: quibus arti-  
bus apparet, tres illos priscis temporibus no-  
bilitatos extitisse. Nec tam Homerus quam-  
uis multa parate dicat, est in omnibus audiens.  
Multas enim meritorum Poetae, ut est in  
veteri proverbio. Cum igitur, ut ad priopositi-  
um redemans, exploratum sit tandem esse ad  
mirationem virtutis, tam ipius honestatis  
splendorem, ut tyrannos etiam homines fes-  
tos & humano generi pestilentes commoueat:  
Quid de populo tandem vniuerso existimat-  
dum

## LIBER TERTIVS.

lxixij  
dum est. Constat enim ex ijs qui nec insigni  
scelere contaminati sunt: nec rursus egregiae  
virtutis specie commendati, virtute namque  
excellentes multis annumerari non possunt:  
& qui insigni aliquo scelere publicum otium  
perturbant, omniū consensu à vita commu-  
nione repelluntur. Est igitur populus multi-  
tudo collecta ex ijs, qui vel aliquā officiū me-  
diocritatem tueri possunt, vel in leuiore ali-  
quo flagitio versantur. Hic tu quantam orati-  
onem consumpsisti in accusanda libidine po-  
palorum, in amentia multitudinis infestada,  
in communib[us] vita flagitijs describendis? In  
illa vero explicatione ciuilium seditionū at-  
que publicarū calamitatum exultauit oratio  
tua omnem antiquitatis memoriam repetens  
atq[ue] demonstrans omnia imperia populorū  
amentia & scelere concidisse. Sed mihi crede  
habuit multum iniquitatis accusatio tua. Prae-  
termis enim bonus populorum opera & in-  
dustria constitutis, in corū tantum malis enu-  
merandis, vitiosq[ue] omnibus feligendis versa-  
ta est. Quid enim quælo fuisset ad humanae vi-  
tae præsidium & cultum utiliter inuentum, si  
non multitudinis labor, & manus accessisset?  
vt enim hic comittam terræ culturam, cedum  
extirpationes, virium munitiones, curatio-  
nem valetudinis, navigationem & artes inna-

## DE GLORIA

merabiles ad vitam sine cura degendā populi ipsius ope, & diligentia cōstitutas: reēte profecto viuendi disciplina, mores, & instituta nulla faissent, nisi hominū multitudine iure sociata vnu in locum conuenisset. Nam si homines in siluis dissipati bestiarum more vagarentur, quis humanitatis cultus, aut quod verecūdīx signū in rebus humanis existeret? Ciuitates igitur īdolem adolescentum excitaerunt, atque paulatim hominū ingenia excolētes, ad honestatis splendorem instruxerunt. In illis religio & officium ortum est: ibi iustitia lumē eluxit: ibi magnitudo animi, ibi modestia, & reliqua virtutes extitēre. Quin etiā artium maximarum studium, occultarumque rerum inuestigatio, & inuentio nulla esse potuisse, nisi prius summorum hominum ingenia fuissent ciuilib⁹ institutis mansuetā, & exulta ad rerum naturam a priori mētis acie perspiciemad. Neque solum hoc præstat ciuilis cultus, vt homines ab agresti vita ad humanitatē trāducti facilius humanarum atque diuinarum rerum cognitionem capiant, verum etiam vt securē aīque commode vitam in naturę peruestigatione consumant. Nullo enim modo summi viri sapientiæ studia cole re potuissent, nisi m.ilititudinis ope corū vita m.uniretur, multorumq; hominum inuenta īgentē

LIBER TERTIUS. lxxij  
ingentem illis materiē ad naturā explicatiō nem suppeditarent. Omnes igitur artes quārum præsidio vitam sustentamus & vim bestiarum, imbrium, hostium arcemus, & animalium sapientiæ discipliū excolimus, atq; postremo homines sumus, ipsius multitudinis ope inuenta atq; perfec̄tæ sunt. Haec tam multa utilitates qua nam tandem ratione à populis manare potuissēt, nisi fuisset innatus omnibus insignis quidam pudor, & publicē incolumitatis appetitus? Quis enim quæsō est in populo legibus, atq; moribus cōstituto, qui à caritate humani generis abhorreat? Nec enim solum liberos, parentes, propinquos, sed ciues etiam atq; adeo genus humanum sibi naturali amoris foedere sociatumvident. Quād dociles autem sint ad omnem recte viuendi disciplinam, si modo rectores habeant, & prudētia graves, & publicē incolumitatis amantes, est explicatu diffīciliū. Mirum enim est, quām omnes magistratus, & principes vereantur, & viros omni virtute præstantes obseruent: vsq; adeo, vt excellētis hominis cotipectu furor omnis confidat, & incendium seditionis extinguatur. Quod Vergilius elegantissime deserbit.

*Magno (inquit) in populo cum sc̄ope cooreā est.  
Seditio, sc̄enitq; animi: ignobile vulnus.*

## DE GLORIA

*Iaq; face; & faxa volat furor arma ministrat.  
Non potuit magis ante oculos ponere turbulenta discordia tempestatem. Sed videte illius sedatae facilem & expeditam rationem.*

*Tum pietate graue, ac meritis si forte vinu quæ,  
Cōf pexere silent, ut rectisque auribus adflant.  
Ille regis dictis animos & peccora malcat.*

Cernitis quantum habeat authoritatis apud populu furijs etiam ad tetrum & immane facinus excitatum, prudenter, constantem, atq; probitatis opinio? Non est necesse id exemplis confirmare. Plenæ historiæ sunt, neque est quicquam magis peruulgatum, quam prudenter & grauium hominum authoritate populi furores omnino cōprimi, & turbidas seditiones extingui. Quid illud? nonne magnū argumentum est, nihil esse apud populum virtute illustrius, quod eos magnificat, qui præstantium hominum testimonio comprobantur? Non enim mediocrem laude inueniunt iij, qui se ad claros & spectatos viros adiungunt, & ab illis diliguntur. Hos itaq; multitudine statim incipit admirari, quamvis nondum eorum recta studia perspiciat. Satis enim ad magnū decus existimat esse, datum illis à summis hominibus, virtutis, & industria testimoniū. Hoc animaduertentes Poëtae fecerunt eos quos ornare volebant, quorundam Deo

rum

LIBER TERTIVS. Ixxij  
rum familiares, vt Vlissē Mineru, Aeneā Veneris, Hyppolytum Diana: vt multitudo in tanta gloria ponens approbationem hominum virtute præstantium, tanto magnificens, ut de illis iudicaret, quos audiret fuisse Deorum familiaribus implicatos, quantum diuina sententia hominum iudicijs antecellit. Ergo cum omnes homines maximam quidem laudem arbitrentur esse à diuina mente comprobari, proximam autem à viris diuinis in pretio haberi: quid est magis perspicuum, quam omnes ad virtutis, & sapientiae laudem conspirare? Nam quod aīs, populum ingratum semper, & improbum in ciues bene meritos extitisse, si recte iudicare de omni causave limus, cum certè huius inuidiæ criminē liberabimus. Eas enim calamitates quas viri excellentes in liberis populis häuserunt, magna ex parte reperiemus paucorum perfidia illatas multitudinē reclamante. Obiit in carcere Miltiades in quem fuit non populo, sed Xanthippo accusante deductus. Populum enim in iudicio valde proprium expertus est. Theramus triginta tyrannorum iussu venenum sumpsit inuito populo, necemq; illius ægerri me ferente. Haec in ea ciuitate venenū Phocion, calumnia paucorum Macedonia regibus gratificatiū: at yniuersa ciuitas ob illius

K ij mors

## DE GLORIA

mortem in luctu versata est. Quid hic Socratis necem? Quid Xenophōtis exilium? Quid Demetritij fugam? aliorumque hominum in industria praestantium exitus miserabiles oratione complectar. Parum ne constat eos omnes fermè inuita multitudine in clades illas incidisse? Quantum merorem, ut de Romanis loqui, exiliū Cæciliij Metelli Numidici, genitilis d<sup>o</sup> Metelle tui, ciuibus vniuersis attulerit, quātā rursus voluptatem ex illius restitutione cuncti ciues exceperint, dici vix potest. Fuit Clodij conductis operis in exilium pulsus Cicero: at illius discessu omnis ciuitas in credibili dolore confecta fuit. Quid de illius restitutione dicam, tanta totius Italiae gratulatione celebrata? Quanto amore populus vniuersus Catones, Paulos, Marcellos, Scipiones, & omnes egregios viros complexus est, ut eorum calus, & incommoda dolenter tulit, quam grata voluntate suit semper summorum hominum memoriam persecutus, doctrinum hominum scripta declarant. Quare Africā cum illem superiorē valde admiror. Litterum, patriæ, quæ illum amplissimis honoribus auxerat, prætulisse. Quid etiam tradunt morientem præcepisse, ut sepulchrum sibi in eo ipso loco, quem exilio voluntario delegat, edificaretur, ne ossa illius ingrata patria conti-

## LIBER TERTIVS. lxxv

contineret. O vīcem tanto viro indignam. Tu ne ingratam patriam appelles eam, quæ te tantis beneficijs ornauit? Ille te admodum iuuenem in summo imperio locauit: eadē summis viris gloriam, & dignitatem tuam immittenere cogitantibus, incredibili studio restitit: quin etiam eo ipso die quo erat tibi iudicium subeundum, suum erga te studium declarauit, cum deserto foro, neglectis tribunis & insigni contumelia vexaris, te omnia tempora salutantem prosecuta est. Si patriam appellas duos Petillios qui tibi diem dixeris, nō recuso quo minus eam, ut ingratam & immemorem scelere condennes. Si autem patria est vniuersa ciuium multitudo, cum haec te semper ornari, & auxerit, tuæque dignitatis amplitudini nullo in loco defuerit, non in ea gratum animum, sed in te prudentiam requireo. Idem quod de Scipione diximus, de omnibus ferme præstantibus in Rep. gubernanda viris dicendum est. Vix enim fuit vñquam egregius homo, qui non populo egregie causus extiterit. Ais præterea populorum amenitatis ciuitates, & imperia corruisse. Verum id quidem est, sed ea ipsa imperia populorum opera, & industria fundata, & amplificata sunt. Non, inquit sed paucorum consilio, & sapientia. Fateor equidem. Sed si ea iusta causa

K iij est,

## DE GLORIA

est, cur populos ab ea laudis societate repellas, quod nō per se, sed paucos fecuti, vrbium fundamenta iecerint, & ciuilem societatem diutissime coluerint: eadem ratione defendā non esse verum, causam publicæ calamitatis populis attribui. Nō enim per se, sed paucos fecuti, omnia perdiderunt. Quæ igitur iniuria est, id illis crimen inferre, quod præcipue pertinet ad principes eorum inficitia ad suam dominationem intemperanter abutentes: & laudem illis cum principibus communem ad principes vniuersam transferre? Si verum ita que fateri, & rectis populorum studijs virtus pensare velimus, multo plura bona quām male reperiemus reb⁹ humanis fuisse opera multitudo importata. Quæ quamvis interdum turbetur, & in perniciem irruat, ducta tamen sēpè ipsius honestatis splendore à flagitio reuocatur. Vt enim mare diutius sedatum atq; tranquillum, quām tempestate concitatum animaduertimus: ita populum diutius quietum, quām seditione commotum aspicimus. Hanc tu populi causam si tueri voluisse, quācum campum haberes, in quo oratio tua posset excurrere, & quomodo cumq; vellet libere vagari? Facile enim potuisses, quæ tua copia est, infinitatis exemplis ostendere, quātus amor honestatis fuerit semper omnibus populis

LIBER TERTIVS. lxxvij  
pulis ingenitus. Atq; primū res ab Athenien sibus geste nescio enim quomodo ciuitatis illius omnium disciplinarum altricis exēpla libentius v̄surpamus) ingentem tibi materiam afferrent. Commemorares enim, quām sēpe omnis populus honestatis tuendæ gratia extrellum discrimen adierit: quām illustres contentiones pro iustitia & defensione, & totius Græcæ liberate susceperit: quanto impetu & ardore cum summē fortunarum omnium periculo supplicibus opem attulerit. Quod si Spartā orationis ipsius cursu & impetu delatus esses, quām multis, & quām memorabilibus exemplis disputationem locnpletare potuistis? Explicares enim puerorum institutio nem, studia inuētutis, ipsius senectutis grauitatem, vniuersiq; populi in virtutis studio cōfessionem. Tum ea quæ Laedæmoniorum multitudo pro Græcæ defensione fortiter atque laudabiliter gesit: quæ recte, temperate, & constanter administravit, laculenter exponeres. Iam Romanæ gentis mores & instituta, quām amplam orationis segetem tibi suppeditarent? Quæ enim tanta fides, tanta iuris firandi religio, tātum honestatis studium in vñquam fuit? An tu credis fieri potuisse, vt populus ille tam longe lateque imperium augeret, idq; tam multis annis conseruaret,

## D E G L O R I A .

si non artes præclaræ, quibus erat instructus,  
multis partibus eiusdem vitia superaserent?  
Nullo modo mihi crede, non dico imperium  
augere, sed ne ciuitatis quidē vnius opes diu-  
tueri potuisset, si plus apud cum libidinis &  
ignauiae turpitudine, quam laus industriae & co-  
tinentiæ valuerit. Nihil enim est quod sine  
virtutis, & modestiae præsidio possit esse diu-  
turnum. Ut autem hic Gallos & alios populos  
rerum gestarum gloria florentes omittam, quo  
modo tu Hispanas nationis facinora verbis  
extolleret? ut singulas res vniuersæ Hispaniæ  
consensu cōtra Christiani nominis hostes su-  
scepta exornares? Diceres enim quanta vir-  
tute Hispani pro religione dimicarint: quan-  
ta contentione patriam defenderint: quanta  
fide reges & principes amplexi fuerint. An ti-  
bi homini eloquentissimo in tam vera & ex-  
pedita causa oratio defuisset? Quam autem si  
militidinem truculentæ bestiæ inducis, alie-  
nam puto. Non enim ut iuvitis bestiis atq; re-  
cusantibꝫ sunt iniecta vincula, sic hominibus  
leges impositæ. Homines enim nō vis, sed ra-  
tio impulit, ad leges accipiendas: rationi autem  
inijecti vincula nō possunt. Quæ vis enim que-  
so multitudini inferri potuit? Aut quo suppli-  
cij metu vniuersum populum coges legibus  
obedire? At constat hęc numero multos vt  
patrijs

L I B E R T E R T I V S . Ixxvi:  
patrijs legibus obtemperarent, ad nō dubiam  
mortem concurrisse. Vnde in Spartiatas, qui  
apud Termophylas duce Leonide ceciderūt  
extat illud Simonidis Epigramma à nostro  
Cicerone versum.

*Dic hospes spartenos te hic vidisse iacentes,  
Dum sanctis patriæ legibus obsequimur.*

Ergo qui vt legibus parerent mortem expeti-  
uerunt, eos certè constat, non metu coactos  
sed honestatis amore ductos, ad quam eos le-  
ges erudiebant, scipios in vite discrimen intu-  
lisse. Nec enim si hosti cessissent, erat illis ali-  
qua pena præter ignominia subeūda, quam  
vt vitarent sanguinē suum patriæ largiri vo-  
luerunt. Hoc etiā de multis alijs nationibus  
affirmari potest, qua vsque ad extremam spi-  
ritum pro institutis patriæ decertarunt. Hoc  
ipsum autem est magnum argumentum do-  
cilitatis ad honestatem, quod vniuersi po-  
puli, leges vereantur. Sunt enim magi-  
stræ morum, & officij disciplinam continent.  
Sed eas inquis, non esse grauibus, & hone-  
stis, sed flagitiosis hominibus scriptas. Equi-  
dem vt fatear eas non esse perfectis homini-  
bus impositas, ita nec ijs qui omnē moderationem  
repudiant scriptas esse defendā. Hoc  
enim est illis propositum, vt humanum ani-  
mum

## DE GLORIA

anum ad omnia virtutis officia natum, sed domesticis interdū vitijs à natura discedentem, ad naturam suam reuerti cogāt. Nam duplex est apimorum cultus. Vnus positus est in Philosophia, qua splendida ingenia sapientiæ opibus excoluntur: alter in legibus & institutis, quibus imperfecti & mediocres homines ad officium erudiuntur. Quod enim præstat altissimis animis altissimorum rerum cognitio, hoc licet non eodem modo præstat multitudini disciplinae ciuilis institutio. Vtraq; enim facultas id efficit, vt ratio coercent temeritatem. Ut igitur qui apti sunt ad sapientia disciplinam Philosophiam colūt, vt sapientes euadant: ita qui nōdum moribus recte constituti sunt natura tamē prop̄sunt ad honestatem, legibus viuētes in dies honestiores sūt. Sunt enim leges p̄ascripta rationis ad officium impellentia, & à flagitio multis modis auocantia. Partim enim acceleratos homines de medio tollendo, partim mediocres homines ad honestatem præmio laudis incitando, multitudinem bonam, & obsequenter efficiunt. Ut enī medicina resecat interdum partes insanabiles, ne earum contagio totum corpus inficiat: ita leges extremo supplicio in expiabile seclus compriment, ne ex illo quasi quædā lues ad vniuersam Remp. permanet.

Et

LIBER TERTIVS. Ixxvij  
Et quemadmodum vt in codē simili verfer, vbi falsus omnino desperata est, ibi nullus mendicinæ vlus esse p̄otita si mores publici fuissent omnino corrupti, nūquam fuisse in sceleris vindicatu. Nam neque curatio desperatis adhibenda est, neque corruptæ partes excindendæ, si totū corpus est similiiter affectu. Hic tu populum ipsum quasi belluam immannem inuitam atq; repugnantem legum clausis inclusam esse vis. Quasi non ab ipsis populis expeditæ leges, atque comprobatae sint. Alter enim cur tanti honores Lycurgo apud Lace demonios publico omnium cōfensi decreti fuissent? Cur apud Athenienses Solonis nomen in tanta laude floruerit? Cur Romani ciuitatis principes in Graciam misissent, qui leges à sapientissimis hominibus latas describerent? Cur omnibus qui leges dederent summa rerū omnium potestas permisita fuisset? Omnes enim constat in suis ciuitatibus principatum tenuisse. Omitto illa antiquiora, de diuinitate credita, Mercurij apud Aegyptios: de Minoc, & Rhadamatho, qui filij Iouis habiti sunt: de multis alijs legū latoribus qui fuerūt populorum opinione in Deorum numero repositi. Velim igitur mihi dicas, que nā bellua immanis vincula expetiuit vñquam, aut diuinos honores habuit illis à qui bus

## DE GLORIA

bus alligata est? Quid illud? Multa enim in publico more posita pro lege habēda cēsent illi quos authores habetis. Sic enim, vt alios omittam, vester Julianus ait. Cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneat, quām quōd iudicio populi receptæ sint, merito & ea quæ sine vlo scripto populus probauit, tenebunt omnes. Ex hac Iuliani sententia, quam reliqui omnes sequuntur, apparet, quantam sit publico iudicio tribuendum. Nanquam enim viri grauiissimi atq; prudentia præstansimis tati fecissent vniuersa multitudinis approbationem, nisi acute vidissent illius voluntatem esse plerumque cum honestatis studio, legum que prudentia mirifice congruentem. Quod si lex est, vt placet Dmōstheni, Deorum inuenientum atq; munus, aut, vt inquit Aristotelles, mens omni perturbatione vacua, eaque de causa diuina, constatq; populi morem & legem ratam efficere, &c pro lege reputari: efficitur planè popul'i plerūque iudicium cum diuina mente consentire. Quod igitur tu pro argumento sumis amentiae popularis, id maxime populi pudorem & verecundiam confirmat. Cōtinent enim leges, quibus populi deuin. s̄i sunt rotius honestatis disciplinam, vniuersumq; Reip. statum præsidio suo communiant. In quo autē inuidiam ex tyrannorum  
imma-

LIBER TERTIVS. lxxix  
immanitate populo concitare voluisti, parū mihi visus es attendere, quantū iudicium honeste indolis in populis extiterit, tunc etiani cum ty. annos publico præsidio armab an: . Quaatum enim sit multitudo ad honestatem propensa, ex eo perspicitur, quod nemo unquam ad eam astu capiendā accessit sine virtutis egregie simulatione. Quis enim unquam tyranidem affectauit, qui non prius omnem contentionē in eo adhibuerit, vt virī virtute excellens, & publicē incolumitatis amans haberetur? Quemadmodum eum aucupes, aut esca, aut titula aues alliciunt, atque tandem improuidas illaqueant: ita qui populum insidijs opprimerē statuunt, hoc primū aucupiā simulat̄ virtutis sibi vtendum putant. Numquam profecto malitiosi homines hac arte sibi populum capiendum existimarent, nisi intellexissent illum virtutis specie deleteri. Ergo si populi voluntatem respicias, videbis eum tunc etiam cum ad homines im̄robissimos omnes opes Recip. def̄rebat, plurimū virtuti tribuisse. Non enim illos sed virtutē quam esse in illis existimabat ornandam esse ducebatur. Idq; vbi primum dolum sentire potuit, aperte ostendit. Quantum enim odium in ty rannos, & quā immūne concipiatur, quām inimicus & inteflus sit omnibꝫ qui simulata vir

## DE GLORIA

tate populis illuscrunt, explicari non potest; Multa dici alia possunt ex quibus liquidum cōfert, quām sit ut plurimum omanis multitudo honestatis appetens, & infensa turpitudini. Sed minime necesse est. Hoc enim dico, cum populi mores immutati perniciem Reip. minitantur: cum ciues perditū effrenataque libidine furētes se se flagitijs omnibus inquinant: cum vt rerum humanarum conditio postulat, Reip. fatalis exitus appropinquat: tunc etiam omnium testimonio virtutis excellētiā comprobari. Te autem teste potissimum vtar. Sic cūm aīs, nomina rebus immutari, malitiam appellari vulgo sapiētiā, audacitā virtutis nomen imponi. Si igitur tantum studium existit in omnibus improbis occultādi flagitijs, virtutumque nomina capitandi, nonne satis appareat eos omnes egregiē de virtute iudicare? Addis præterea, in periculis constituti optimorum auxilium implorāt, metu autem liberati, eosdem ē pattiā finib⁹ expellunt. Non cernis igitur quantum in omni fortuna testimonium à corrupta multitudine viris optimis impetriri soleat? Nam qui in communī rerum omniū perturbatione in rebus desperatis cum ad delubra omnia confugiāt, vt iram diuinā religione placent, à viris etiā bonis, quasi à quoq̄am numine cœlesti auxiliū

lum

## LIBER TERTIVS.

Ixxx

lum implorant, iudicant certē in illis diuinā virtutem elucidere. Qui vero secūdis in rebus ciues bene meritos ejiciunt: aut in eos improbi sunt, quod intelligent corum virtutem & continentiam pecuniarū cupiditati voluptatumque libidini repugnare, aut inuidia duū virtutis præstantiam & quo animo aspicere ne queunt. Si vt licentiam suarum cupiditatū obtineant, quid illustrius, quām declarari ab hominibus libidini deditis se se præsentia hominis vniuersitatem luce solis offendī? Nec enim perditū homines de illo præclaram opī monem habent, quem flagitijs testem habere nō reformidant: si æstuātes inuidia egregios viros extermināt, eos planè iudicant esse diuinis copijs affluentes. Ijs enim quae quisq; contemnit nemo inuidet, sed ijs quae pulchra & eximia putat. Quid est igitur clarius, quā in omni fortuna semper excellentem virtutem furiosi etiam populi consensu in laude versari? In vniuersum autem tria sunt, quae aliquo tempore expressam laudē virtutis impediāt. Nam aut flagitijs cupiditas incitat homines ad laudem honestatis obterendam, aut inuidia ad extinguendam, aut inscitia ad obscurandam. Cum enim vt primum de cupiditate loquar, anim⁹ & eger quasi graui morbo oppressus ad studijum virtutis excitari nequit, sc

que

## DE GLORIA

que nefas iæ voluptati cōstringendum dat, in digne patitur propriam scelus aliorum splendore coargui. Hoc igitur instigat homines amentes a.i aliud facimus lōge detestabilius obeundum. Intendunt enim insidias optimo cuiq; machinas omnes adhibent, vt cum aut interinant, aut exterminent, vt ita tandem possint per omnia genera libidinum vagari. Ut igitur lucem oderunt, non quia parum iucundam aspectu, aut parum rebus humanis vtilem existiment, sed quia tuis interdum flagitijs eam aduersari conspiunt: ita virtutem interdum nefarie persequuntur, non quia lu men illius parum cœlestē atq; diuinum arbitrentur: sed quia vident illud esse sceleri contrarium & inimicum. Ergo ut ad suscipienda flagitia opportunitate nos̄is vtūt, ita luce virtutis amota credit se multo liberius peccaturos. Vident enim illius discessu, noctem atque tenebras quasi occidente sole futuras. Hæc itaque flagitiosæ cupiditatis immanitas est interdum impedimento, quo minus vires pleno ore laudetur. Inuidia deinde quantum potest, eam infringere conatur. Est enim malum tetur, detestabile, excrandum, omnibus bonis infestum, rebus humanis pestilēs, atque mortiferum. Hæc ybi animis hominum quasi furias quædam immitrit, ita eos

amentia

LIBER TERTIVS. lxxxv  
amentia præcipites exturbat, vt in amicorum etiam perniciem instiget. Dum enim pleriq; dignitate principes esse cupiunt, idque non tam industria excellente, aut acti virtutis studio qām alienæ laudis imminutio se asserunt posse confidunt, omni impetu feruntur in eos, quos vident insigni dignitate prædictos usque adeō, vt neque familiaritate, neque propinquitate, nec villa denique coniunctione, à tanta sceleris immanitate deducantur. Nihil est enim tam sanctum, nihil tam omni religione munitum, quod nō inuidia violare solcat. Intimos enim sensus lacerat, atque consumit tantumque dolorem! eficit, vt menti lucem eripiat & ab omni alia cogitatione ad virtutis exitium traducat. Hinc igitur doli, fraudes in fidia, hinc tela comparata in bonorum peste atq; perniciem, hinc turbulentissimæ tempestates excitatae. Attamen quo maiorem dolorem capiunt homines perditiss ex aliena dignitate, eo clarius indicium iudicij sui dant. Numquam enim tanta inuidia aestuarent, nisi plane cernerent eas opes, quibus homines singulari virtute in omni genere redundant esse laude immortali dignas. Ergo neque flagitiosi homines cum impugnē libidini atq; dedecori seruire cupiunt, nec inuidi cum alienæ dignitatis aspectu contrabescut, aliter de virtu-

L te

## DE GLORIA

te iudicat, atque virti boni, quamvis id omni ratione dissimulent. Considerandum tamen est quam breuis, & quam imbecilia sit illa fraus hominum aliena dignitate dolentium. Quam uis enim primos impetus habeat vehementes, interposito tamen spatio consenserit, atque tandem vires omnes amittit, illi enim ipsi qui omnia effrenata libidine metiuntur, qui virtutem intueri nequeant, candem paulò post vi naturæ vici in omni ætate celebrandam, atq; religione consecrandam existimant. Ob scurum ne est, vbi primum virtus ab omnium conspectu remouetur, omnem inuidiam tumo rem residere, & spectatos homines ab ipsis inuidis requiri? Tunc enim omnes virtutem amissam lugent: tunc se honorum praesidio orbatos esse queruntur: tunc capiant eos etiam quos occiderunt in vitam reuocare: tunc eos laudibus in cælum extollunt. Sic igitur sit ut omnes excellentes viri in multo maiore gloria florent post mortem, quam in vita florabant. Tunc enim inuidie impetu videbatur nonnumquam cursus vera laudis impediri. Post mortem vero inuidia prouersus extincti & caligine ab omnium oculis dispulta, mirum est quantus splendor virtutis omnium oculis obuerteretur: & quanto con'ensu multitudo eius esseretur. Restat ut de multitudinis insci-

tia

LIBER TERTIUS. Ixxxij  
tia distleramus, quam tertiam causam esse di-  
xi, cur interdum virtus in obicitate lateat.  
Fateor quidem imperitum vulgus in magnis  
erroribus versari solitum. Multos enim vide-  
mus falsa virtutis opinione commendatos,  
multos contraria virtute excellente praeditos eo  
dem errore hominum ignominia versari.  
Nam licet sapientes cum insipientibus in vir-  
tatis approbatione consentiant, hoc tamen  
interesset inter utrosque quod sapientes statim  
vere & incorrupte iudicant, & virtus nomine  
virtutis iuoluata per spiciunt, insipientes ve-  
ro id tardius assequuntur & prius aliquam in-  
scitam poenam iuunt. Vnde perspicitur, illis  
qui ad veram gloriam nituntur, non modo per  
dotorum hominum furore, & inuidia multos  
labores esse preferendos, & ingentia vite dis-  
crimina subeunda, sed etiam infamia concipienda.  
Quæ tamen intra breve admodum  
tempus euanescent. Tâta enim est veritatis vis,  
tantum vere virtutis lumen, ut omnem infamiam  
aut scelerum hominum, aut errore con-  
flatam delect, & extinguat. Ita tandem sicut, ut  
homines etiam scelesti & imperiti bonos egre-  
gie laudent. Non ista est, inquis: nam cum in  
omni genere rerum illi tantum iudicare de his  
rebus possint, qui sunt earum rerum scientia-  
mi; sicut non potest ut populus cum sit virtu-

L. ij tis

## DE GLORIA.

tis ignarus, recte de virtute iudicet. Hoc quidem recte di<sup>m</sup>um fuisset, si sensus ille quo honestatem laudandam & amandam sentimus: ratione & disciplina, & non potius natura, & quadam penitus insita notione cōstaret. Omnes enim à natura informati sapientiam, & quietatem: & animi altitudinem cum admirazione suspiciunt. Quod inficiari non potes. Sed isidas inquis, fieri multitudini, & ita euenire ut homines flagitiosi simulatione virtutis opes, honores, imperia, consequantur. Fatoe quidē, sed quero num possit aliquis do- s
, & fraudibus in diuturna laudis possessione permanere? Minime certe. Cur ita tandem? Quia multa signa sunt, quæ facile arcana mētis indicent. Nam cum oculi, frons, status, incessus, occulta mentis aperiant, tum multo magis oratio omniaq; vitæ consilia, quæ semper natura cogente con mentis habitu consentiunt. Est enim animus quasi fons perennis unde omnis oratio, & omnes actiones emanant. Vbi igitur vitijs redundauerit, multa necessario profluent, quæ illius inclusas libidines ostentent. Quantum studium adhibuit Alcibiades quādū Spartæ vixit ut seueri & constatīs hominis personam sustineret? Num eam tueri diu potuit? Nō profecto. Insita namque libidine cōcitatus infinita flagitia

LIBER TERTIUS. lxxxij.  
cia concepit, cam summa impunitate & impudētia. Quid phalatis? Quid Dionisius? Quid alij immanissimi tyranni? Nam cum populos specie lenitatis, & clementiæ delinire cupeant, insitam immanitatem dissimulare potuerant? Quām multi perfidiosi cum intelli? gerēt nihil esse fide plausibilis, frustra se bonos viros esse simularunt? Quām multi naatura, & ingenio traculenti frustra clementiæ famam occupari conati sunt? Veluti ille Demetra Terentianus qui cum videret facilitate nihil homini esse melius, neque clementia, eaque de causa blāde atque begnina facere medita retur nullo modo potuit id quod innita Minerua conebatur ad extrellum usque tenere. Ad naturam itaque suam subinde reddit, & cum maxime se cohibere vult, verba plena stomachi fundit: quale est illud. Effundite, emite, facite, quod vobis lubet. Nulla deniq; virtus, nullum studium diu simulari potest. Aduersatur enim atque repugnat ipsa natura. Quāuis igitur nullum esset ingeniū in populo, scelus tamen tam multis signis se ipsum indicās negotium nullū esset inspicere. Quid quod non est omnino hebes ad id quod est melius intelligendum? Ut enim fatear, in rebus que artificio constant, multa ab earum rerum intelligentibus animaduerti posse, quæ

## DE GLORIA

imperitos effugient; id tamē in reb. quæ sunt cōmūnib⁹ infīx⁹ sensib⁹ accidere non posse defendō: quamquam in artib⁹ etiam vide mus eadē spē numero dōctis, & indoctis probari. Quis enim est in populo, quē Francisci Mediolanen, eximij citharecēdi cantus non in credibili suauitate demulsi; quem Michaëlis Angeli Florentini tabula non admiratione suspensum teneat; Legi nuper per bella Epigrammata summorū hominū in tabulā quādam, in qua erat Mendora tuus vir omnibus rebus ornatisissimus, Cæsaris apud Venetos legatus opera Titiani cuiuspiam lūculenter expressus. Existimāsne fieri posse ut illa pietura, quæ viros doctissimos & amplissimos emouit, non multitudinem etiam commoueret? Idem etiam in omnibus alijs artibus accidere videmus, vt qui excellentes artifices ab optimo quoque artifice iudicantur, iudicio etiam multitudinis excellant. Contra vero si pector aliquid imitando à natura discedit, si musicus vocem alsonam, & pauld à numero rūrum rationē discrepātem emittit, omnes quietum harum artium rudes offendit. Quid si homines idiote de artibus illis spē numero recte statimunt, quarum intelligentia sine disciplina assūqui non possunt: quid de honestate dicendum est, ad cuius intelligentia & cupiditatē

L I B E R T E R T I V S. lxxxiiij  
deditatem non disciplina, sed natura instituti sumus? i Aris̄tis̄ atēte quæsūset aliquis Athenis quis esset omni laude florentissimas, nam aliter graues homines, aliter plebē fuisse responsuram opinari conuenit? Minime qui dem. Omnes enim vauni Aris̄tis̄ dem proper virtutis excellentiam admirabantur. Tempore Phocionis quis bonorum opinione, fuit illo virtutis & continentiae fama præstantior? Quis item fuit illi iudicio multitudinis antelates? Quid hic Camillum, quid Regulum, quid Asticanum, & alios excellentes populi Romani principes cōmemorē? Quis enim erat Romæ qui non eorum virtute Romanū imperiū nisi iudicaret? Sed minime necesse est in re perspicua confirmanda multis exemplis vti. Constat enim semper vulgus hominum, constantiā, grauitatē, & animi magnitudine in suspicisse. Quod si aliquādo aut vera virtus latet, aut vita simulatione virtutis oculuntur, considerandū est, nec virtutis lumen diu obscurum esse posse, nec quicquam si. Etiam aut simulatum in diurna laude versari. præclare igitur Socrates, vt est apud Xenophonem, eam tantum esse certā ad gloriam viam afferebat, quæ veritate muniretur. Hoc autem ita confirmabat. Fingamus inquietat, velle aliquem aulēdum præclarum existimā-

## D E GLORIA

¶ non tamen sit. Is cum illud musicum artificium imitari nequeat, reliqua omnia quæ visiderit fieri ab aulœdis summa animi contentionè persequetur. Primum igitur operam dabit ut ad eorum similitudinem ornatu pulcherrimo instructus, & sequentium agmine circumfusus in publicum prodeat. Deinde cū eos videat omnium sermone laudari, multos etiā laudatores allegabit. Sed tandem aut nullum sui speciem dabit, aut si dare voluerit sese ridiculum ostendet. Nec solum malus aulœdis, sed impudenter arrogans esse convincetur, ingentelq; opes sine vlo-fructu cōsumere. Hoc igitur tanto dedecore sine vlo-emolumento, & cum omnium derisione concepto, quo nam modo poterit reliquā vitam sine angore traducere? Idem eueniet illi qui se summum Imperatorem aut optimum gubernatorem haberi velit, harumq; artium sit ignarus. Si enim cū valde cupiat singularem de se opinionem multis afferre, fidem nō fecerit, erit certe miser. Si autem fidem fecerit multo miserior. Nec enim poterit aut clavū sibi traditum tenere, aut exercitum sibi commissum moderari: & ita eos quos minime vellet, funditus euerteret, & ipse cum insigni dedecore & ignominia peribit. His quidem verbis Xenophō ait solitum fuisse Socratem nobiles

## LIBER TERTIUS. lxxxv

biles homines ab inani gloria deterrere. Alihi vero sermonē à Cambyle cū Cyro filio habitum exponens ita eos loquētes inducit. Sic statutis pater, inquit Cyrus, nihil esse vtilius opinione sapientiæ ad milites imperio conti nendos. Ego vero, inquit Cabysses. Quanam igitur ratione perficiam ut me omnes sapientem opinetur? Vna est, inquit, via d̄ filii ad il lustre sapientiæ nomen in quovis genere cō sequendum, sapientiam ipsam cōplete. Quod quidem in res singulas inquirens verum esse deprehendes. Si velles enim te bonum agricōlam, aut equitem, aut olcedum existimari, nō tamen es: aut aliam quamvis artem profite ri instituisses, cuius es esse omnino rudis, vide quām multa tibi tuissent excogitanda, ut eam quām velles cōpinionem populo commone res. Atqui si cum multis egisses, ut te laudarent, ut videlicet ea via falla illa confirmare tur opinio, & magnifico cuiuslibet artis appa ratu expectationem multitudinis excitales: vbi primum tui periculum sieret, inseitia tua conscientia omnium coniuncta teneretur: & apertissimum insolentiae crimen fastineres. Haecenus quidem Xenophon. Cuius sententia videmus quām sit inanis eorum conatus, qui dolo atque fallaciis ad gloriam aspirant. Erunt quidcm illi aliquo tempore in oculis

L. v. populi,

## DE GLORIA

populi, & opibus atque gratia florebunt: sed ubi primum infidiae detectae fuerint (neque enim animo conceptum scelus dissimulari diu potest, neque latere) summa infamia deformabuntur. Sola igitur vera virtus firmam & stabilem gloriam efficiet. Magna est enim vis in virtute, magnum robur & inuidum, nempe quae nec perditum hominum iniurijs infringi, neque inuidiae telis obtui, neque incititia multitudinis obscurari possit: sed ita semper cum scelere & amentia congregatur, ut clarissimum triumphum agat, lumenque suum tandem omnium oculis conspicendum exhibeat. Ergo cum neque flagitiorum omnium inuisa fecunditas, neque inuidiae detectabilis immanitas, neque imperitiae multitudinis ametia possint vel modo laude honestatis diutius impedire: nihilque si aliud quod laudi virtutis officiat, eveniat tandem necesse est, ut virtus omnium improbisimorum etiam confessione summis laudibus efficeratur. Hec est illa gloria quam amandam, quam expectandem iudico. Nihil est enim à virtute profectum, quod non sit omni studio complectendum. Illa vero fallax & inanis, quae se huius imitatrixem esse cupit quamvis illi nemo resistat, per se tamen intra breve tempus evanescet. Nullas enim vires falsum habere potest ad permanendum. Hec est

LIBER TERTIVS. lxxxvj  
est illa quae miseris homines afflictæque populo supplices esse facit, quæ scelera infinita suscipit, quæ ciuitates & imperia couellit, inanis, furiosa turbulenta, dignitatis appetens, & nūquam in villa dignitatis parte veriata. Huius tu quidem vitia grauiter insectatus es, sed oratio tua immerito inanis gloria flagitia ad ipsam gloriam transtulit. Quod quidem perinde est atque si quis humanae figuræ è luto si & vitia colligens, ea que in hominem consternans, probare vellet hominem esse luteum, & fragilem, mente & ratione penitus caren-tem. Ita enim gloria cuius scelera complexus es, non magis gloriae rationem cadit, quam homo è luto, & argilla sic in hominum rationem. Tuis autem definitionib⁹ vt libet. Vis enim gloriam esse cōvenientem vainersi populi laudem opinione excellentis decoris exercitatem. Vtri igitur tibi tandem gloria afflueret videtur? Illi ne qui blanditis suffragijs in opinionem suorum ciuium irrepunt, an illi potius, qui laudem non ambitione flagitantes, ab omnibus tamē & ciuib⁹, & perigrinis miris laudibus efficerunt? Illi qui aura leuissimi & inconstantis in rumoris exultant. An iij quorum laudem nulla consequens ætas obseruet? Illi postremo quos imperiti tantum ad breve admodum tempus inanisimo plausu prole-

## D E GLORIA

prosequuntur an illi potius, quos paulò post omnes ciues, & peregrini, prudētes & imprudentes, boni & improbi sunt eximijs laudibus ornatur? Est enim virtus grata multitudo, iucunda bonis, improbis admiranda & contra omnia inuidiae tela vndique munita. Emitaque solam gloria stabilis & firma consequitur. Contra vero qui virtutis expertes sunt, frustra ad gloriam intunetur. Merito igitur eos ita pudet, iustius leuitatis. ut interdū gloriae studium in concione profiteri non audeant. Est enim fœdum, & flagitiosum gloriam si re virtute confectari. Illa igitur oratio qua ambitionis indignitatem, insidias egritudines, humiles & fractas examinationes elegantissime descripsisti, nullo modo gloriam labefacta: nempe que non in ambitione, sed in eximia virtute constat. In quo vero ait sapientiae studia vulgo contemni, sapientiam tuarequero. Si enim quid primo impetu vulgaris exquirat attendimus, facio eorum studia despici, qui neglectis diuitijs, spretis volupatibus, omnem operam in natura peruestigatione ponunt. Sic vero quid tandem natura cogente laudare soleat, intelligimus omne studium esse gloriae cupidis in sapientia collaudandum. Illi enim ipsi qui primo præclara studia sperunt, paulo post animo reputantes

ipius

LIBER TERTIVS. lxxxvij.  
ipsius sapientiae dignitatem, sapientes homines, vt aliquod caeleste numen intuentur. Sic autem antiquatis memoriam repetere velimus, videbimus omnes qui sunt habiti sapientia præstantes amplissimis honoribus vlos, corumq; cosilio res magnas administratas. Ut enim à Poëtis ordinamur, quis ignorat in quanto honore fuerit apud Thebanos Itefias. Calchas vero apud vniuersos Græcos, qui Troianis bellum intulere? Ex principibus autē Amphiaraus, Necton, Palamedes, & Vlysses sapientissimi sunt existimati. Quis igitur illis temporibus fuit auctoritate præstantior? Achilleis autem fertur suis traditus in disciplinam Chironi Centauro qui fuit inter illius memoria sapientes numeratus. Ex quo intelligitur quantum fuerit olim sapientiae tributum. Nū quam enim Poëte sinxisse Achillem, quem diuinis laudibus ornare volebant, suisse summis artibus eruditum, nisi animaduertissent omnes mortales præclaras disciplinas admirari. sed abeamus à fabulis. Quid Lycurgus? ne sapientie admiratione tantum est auctoritatis assecutus, vt ciuitatem luxuria diffusa legum severitate deuinciret? Quid septem sapientes? Nonne insuis cinitatibus principatum obtinuerunt, & Græciam vniuersam, bonamque Asiae partem sapientiae nomine commouuerunt?

## D E GLORIA

moueruntur Athenis vero postquam doctrinæ studia à paris initij ad summam amplitudinem peruenire, quis pupuli suffragio vel exercitu, vel Republic. præfectus vñquam fuit, qui non esset idem omni doctrina perpolitus? quid hic referā amplissima laudis ornamenta, quibus Gorgias, Plato, Aristoteles, Xenocrates, Theophrastus, & omnes denique in philosophia excellentes affecti sunt? apud Persas autem Magi in tanta admiratione fuerunt ut nemini regnare licaret, qui nō fuisset prius eorum disciplinis institutus. Quantus honor itē fuerit habitus apud Aegyptios sacerdotibus penes quos erat diuinarum & humanarum rerum scientia, explicari non potest. Romani longo tempore politiore doctrina caruerunt; attamen quātum rerum cognitioni tribuerint, ex eo intelligi potest, quod vanissimam illam ex Hetruria disciplinā quæ in angurijs & monstris interpretādis, & extis inspiciēdis posita erat, in summo honore haberent. Quare minimè mirandum est, postquam philosophia Romanum immigravit multitudinem maximarum artium disciplinas admiratam esse, nobilitatemque ad earum cupiditatem vehementer excisse. Quid comme morem Africanum illum qui Carthaginē & Numantiam deleuit? Quid Lælium sapientem

tem

LIBER TERTIVS. lxxxvij  
tem cognominatū? Quid Scæuolā & Brutum atque postremo, vt altos innumerabiles omnem ciceronem nostrum eloquentiae parentem qui gloriam Romanam imperij doctrinæ præstantissimis muneribus illustrauit? An est obscurum eruditos homines apud Romanos egregiam laudem, & eximios honores fuisse disciplinarum omnium laude consecutos? Nec Romani solum sed etiam externi doctrinæ commendatione fuerunt in eam ciuitatē accepti, atque summis honoribus ornati: qualis fuit Plutarchus Cheroneus, & L. Seneca, ali; que permulti, quos esset infinitum recensere, Druides autem apud Gallos, Brachmanes apud Indos quantum multitudini admirationis attulerint, est satis exploratum. Exponam vobis rem admirabilem, & auditu fortasse non iniucundam. Sina vt scitis, regionē incolunt lacissimā, in extremis Orientis oris ad septentrionem sitam, atque scithicē continentem, ita vt multis in locis niue, pruinaq; rigeant. Nostri autem cum maria omnia trâs miserint invictis armis omnia littora peruagates, aureā Cheronesum, extremasque oras Indie præteruecti flebunt ad Septentrionē, ad regiones maritimās Sinarum nanes appellentes. Ibi itaque tandem consistunt, atque si nem ulterius nauegandi faciunt. Qui igitur

ex

## DE GLORIA

ex nostris aliquod commercium cum ill's ha-  
buerint, atunt vix esse ullam nationem suev-  
ium magnitudine sive ædificiorum pulchri-  
tudine, sive vieti, cultuq; ciuili, sive flagrati  
artium studio cum Sinatuni natione compa-  
randam. In libris autem scribendis æneis for-  
mis, quæ non ita pridem apud nos in vsl süt  
illi infinitis prope saeculis vtuntur. Tantumq;  
ferunt apud illos tri bui disciplinis, vt non sit  
vlo modo fas summum imperium commit-  
ti, nisi illi qui se probauerit esse omni disciplina  
cumultatum. Nec enim in madatis ho-  
noribus, aut generis: aut fortuna rationem  
hebent, sed tantum disciplinae. Omnes igitur  
qui principatum experunt, in artium studia  
incumbunt. Vbi autem credunt se non pœni-  
tendam progressionem fecisse, ad certos iu-  
dices huic muneri destinatos accedut. Horū  
fusfragio, aut vt indocti repelluntur, aut vt  
docti certis honoribus insignibus ornantur.  
Ex ijs diliguntur, qui minores iurisdictiones  
administrent: Qui autē diuisius in studio per  
manere, & in maioribus disciplinis versari  
cupiunt, vbi certum cursum absoluenterint, aliud  
iudicium longe grauius subeunt. JUDICATUR  
enim à viris multo doctioribus, ijs si satisfe-  
cerint, ad altiorem honoris gradum ascendunt  
Sic etiā licet ijs qui ampliorcm honoris spem

sibi

LIBER TERTIVS. lxxxix  
sibi proponunt plures annos in studio consu-  
mere, & ordinatim alia atq; alia doctrinæ ho-  
minum iudicia subire. Sunt enim plures ordi-  
nes hominum de ingenio atq; doctrina iudi-  
cantium. Pauci autem sunt qui per omnes do-  
ctrinæ gradus ad amplissimam locum ascen-  
dant: cum multos præstans vis naturæ, nō pau-  
cos forunæ deficiant. Hi tamen pauci sum-  
mum imperium administrant, in summo re-  
rum fastigio collocati. Hic Metellus: Si verū  
est, inquit, quod asserit Plato, nēpē eam Rēp.  
beatam fore, quæ se Philosophis regendā tra-  
diderit, si ēbeati putandi sunt. Essent qj-  
dem, inquam, si fuisset Philosophia apud eos  
recte cōstituta. Sed vt fauna est, genus doctri-  
ne colunt multis errorib<sup>9</sup> atq; magicis super-  
stitionibus implicatum. In hoc tamen admi-  
ranti sunt, quod eos imperio summo prefi-  
cient, quos esse iudicant doctriνe laude pre-  
cellentes. Nam si tantum apud eos valet op-  
nio sapientiæ, vt eius etiam manem speciem  
summis honoribus afficiant, quid fecissent si  
vidissent aliquem vere sapientiæ munieribus  
ornatum, & instructione? illumi profecto vt di-  
uinum hominem, atq; è celo delap'um cum  
ingenti admiratione suspicerent. Si igitur, ve-  
cō redeamus, vnde sumus dīgredi, omnes sa-  
pientiæ opinione præstantes in summa laude

M atque

## DE GLORIA

etque dignitate vixerunt: si doctrinæ studium nō solum apud Gracos & Romanos, sed etiā in omnibus barbaris nationibus semper flouruit, atq; dominatum est: latus constat, non disciplina studio gloriam immixuī, sed potius amplificari. In eo autē quod aīs graues, & sapientes homines minime esse de fama, atq; exi stimatione sollicitos, valde tibi assentior. Sed id nō accidit, quia gloria despiciant, sed quid sapienter intelligunt fieri non posse, vt gloria virtutē deserat. Nec enim Aristides cum plau sum vulgi contemnebat, gloriam contemne bat, sed temerarium illum populi motū bre ui interieō spatio confidentem. Neque Fa bbius Maximus qui non ponebat rumores ante salutem, gloriam aspernabatur: sed leuem, & inanem famam negligebat, vt paulo post constanti omniū laude frueretur. Hoc est autem quod dici solet, gloriam fugientem sequi. Necesse est enim, vt qui alta mente fonte glo riae videt, & ita vulgi levitatem conremnens ipsam virtutē, vnde laus omnis emanat, con secatur, in vera, & constanti gloria vigeat: & ita sit vt laudem spernendo laude circūfluat. Qui sunt igitur anxii? Qui solliciti? Qui cum examinatione humiliatq; frusta omnes auras extirpacunt? Illi qui errore horuinum obrepant ad dignitates. Nec enim ita sungs amen-

LIBER TERTIVS. xc

tes vt non intelligent quā infirma sint omnia, quæ fraude atq; fallacijs iniuriantur. Ut enim qui in magna rerum omniū inopia se copio sum & lautum existimari vult, magna solici tudine cōturbatur, anxie reformidas ne domesticarum sordium fama in vulgus emanet, cum ea cura diuitem hominem ne attingat quidem: ita necesse est virtutis, & sapiētiæ ex pertes magna molestia torqueri, si cupiat glo riam adipisci, cum iij qui virtutis opibus abundant, sine vlla huiusmodi cura ætate degant. Vident enim se se vera gloria compotes aliquando futuros: ex quo efficitur, nimiam in studio glorie sollicitudinem turpitudine vacare nō posse. Satis enim apparet, non adesse virtutem, quæ homines quietos, atque confiden tes efficit.

M ij HIE

HIERONYMI  
OSORI I L V S I T A N I  
DE GLORIA LIBER  
Q V A R T V S.



V A E C V M dixissem, pa-  
lum cōquicui, & rursum ita exor-  
sus sum: satis opinor esse demon-  
stratum gloriam non ab errore  
vulgi pendere, sed à lumine vir-  
tuis ostiraret in populi delirantis infacia,  
sed in exulta mentis acie sitam esse: nec se-  
qui multitudinis inconstans, sed esse sta-  
bili, atque firma in sede colloquatam. Naturæ  
enim vi fieri ostendimus, vt omnes mortales  
virtutem, & sapientiam in cælum fama, atque  
sermone tollant: contra vero flagitia, & scele-  
ra detestentur. Probauimus errore vulg, quo  
sepe numero laudē tribuit indignis, esse non  
posse diuturnum: & ita fieri vt qui maxime vi-  
dentur gloriae studere, eam minime conse-  
quantur: & qui primo interdum aspectu glo-  
riae expertes apparent, insigni laude cumu-  
lentur. Nunc igitur consequens est, vt brevi-  
ger explicemus, quantum fruðum rebus hu-  
manis afferat illius studium. Ut autē hinc ini-

tium

LIBER QVARTVS. xcj  
tum sumiamus: cum multa diuinitus in hu-  
manis animis innata sint, nihil tamen habent  
utilius, quād ingenitum pudorem & vete-  
rundiam. Est enim pudor vēbēmens quidam  
dedecoris, & ignominia timor. Hunc autem  
timorem appellat Plato diuinum. Est enim  
custos omnium virtutum. Primum enim hu-  
ius vērecuridig lumen elucet in pueris, in iis  
præsertim, qui clari ore indole nati sunt, quos  
videmus non tam doloris metu, quam timore  
infamiae & turpitudinis offensione com-  
moueri. Hic igitur infamiae metus illos accidit;  
& in studio vigilantes efficit. Dum enim ab  
æqualibus vincit turpe & ignominiosum pu-  
tant, omnem laborem perferunt, & summa  
adhibent diligentiam, vt inter omnes  
excellant. Et ita fit, vt dum dedecus summo  
studio vitant, honestatem omni ratione con-  
fidentur. Postquam vero ætate progressi  
magis vim ipsius naturæ dispiciunt, quid est  
quod eos vehementius incitet in virtutis stu-  
diū? Hoc enim timore impulsū quidam ar-  
tium maximarum studia sequuntur: alij mi-  
litarem disciplinam strenue colunt: alij ciu-  
lia munera diligenter administrant: alij de-  
nique alijs eiusmodi curis intēti sunt, vt om-  
inem dedecoris suspici onem à se removant.  
Cum enim videar nihil esse turpius infacia,

M iiiij

nihil

## DE GLORIA

nihil esse minati animi languore fodiis: nul-  
lum labore aut periculum dedecoris vita-  
di gratia recusant. Vides igitur quām vtile sit  
hoc insitum odium turpitudinis? Qui enim  
ita affeci sunt, vt dedecus exhorreant, non  
vmbra, & otio laguercent: nō luxuria, & mol-  
litia diffluent: non avaritia sordibus inquina-  
buntur: non hostis aspectu perculsi & abieci-  
fugient: sed omnibus se periculis exponēt, &  
omnem aetatem honestis in actionibus con-  
sument. Quod si illis ea detur optio, quā vt  
est infabulis, data fuit Achilli, velint ne po-  
tius pro patria dimicantes cum gloria mori,  
an vitam cum rerum omnium affluentia, & si  
ne villa dignitate ad extremā senectutem per-  
ducere, non est dubiū quin obscurę yitę mor-  
tem claram anteponant. Hic etiam pudor se-  
nēs à levitate, libidine, & inconstantia deter-  
ret, animo reputantes, nihil esse temeraria libi-  
dinosaque senectute flagitosius. Ut igitur  
nihil est in vita tertijs impudētia, ex ea enim  
omnes effrenatae libidines existū: ita nihil po-  
terit ad virtutem colendam pudore vtilius in-  
ueniri. Pudor autem quid aliud est, quām ve-  
hemens motus animi dedecus repellentis, ad  
laudem & gloriam aspiratis? Ex quo efficitur,  
omne studium honestatis cupiditate gloria  
contineri. Illud deinde quantum est? Nemo

enim

## LIBER QVARTVS.

xcij

enim vel laborem excipere, vel voluptatem  
respire, vel vitam negligere potest, si non  
sit laudis & gloriæ sauitate delinitus. Cum  
enīt̄ à natura sic instituti simus, vt dolorem  
vitemus, & voluptatē aesciscamus, evenit ne-  
cessario, vt magna pars hominum omne offi-  
cium voluptate meriatur. Nec enim sapientes  
sumus, vt statim ipsius honestatis pulchritudi-  
nem cernere valeamus. Praclare Plato bea-  
tum fore predicit, qui vel in senectute conti-  
gerit sapieniam adipisci. Unicū igitur pre-  
claræ institutionis rationem esse censem, cam  
quā in recto dolore, & in honesta voluptate  
consistit. Dolore autem rectum cum esse sta-  
tuit, qui ē turpitudinis infamia capi solet: ho-  
nestam autem voluptatem, quam magnitudo  
laudis efficit. Præcipit igitur sic institui pue-  
ros, & adolescentes, vt ignominia quām maxi-  
me doleant, & laude quām maxime delecten-  
tur. Hæc platonis sententia sequēda est omni-  
bus, qui suos in officio cotinere cupiunt. Ali-  
ter enim frustra operari suam consuntur. Ne-  
mini enim persuaseris, vt voluptatē spernat:  
vt autem voluptati fluxæ atque nefaræ, sta-  
bilem & honestam anteponat, persuaseris.  
Nemo inducet animum, vt dolorem appeten-  
dum iudicet: vt autem breui & exiguo dolo-  
re ingētem effugiat, inducet. Possunt enim be-

M iiiij ne

## D E G L O R I A

ne informati animi facile videre quā inanis & fluxa sit corpore perceptra voluptas: & intel ligere laudem honestis laboribus emptā fir mām & constantem voluptatē efficere. Tur pi itaq; voluptate libentissime carent, ea cō pésatione, vt vere laudis dulcedine perfruan tur. Sic etiam illius doloris vitādi gratia quē admissum dedecus inurit, omnem dolorē libenter excipiūt. Quis enim vigilias, quos labores nō perferunt i; quos laudis suauitas ad disciplinatum studium inflammat? Quere ab ijs qui summam eruditio[n]em in omni litera rum genere consecuti sunt, an potuissent /m quam ad eum gradum aspirare, nisi fuissent à principio dulcedine laudis inuitati. Negabit aperte Jacobus Sadoletus, vir omnibus litera rum laudibus abundans, & insigni eloquen tia prædictus: Negabit Petrus Bembus, qui res Italas, vt audio, clarissimis ingenij monimen tis illestrat: Negabit Contarenus, vir omni doctrinæ genere, atq; Philosophie laude cu mulatus: Negabunt denique reliqui eiusdem ordinis principes, qui sapietia studia colunt. Hoc autem fatebuntur multi viri eruditione præstantissimi, quos esset infinitum recensem re, scilicet hac laudis incūditate delinitos, omnes labores sustinuisse. Hoc idem tute ipse fate beris, & omnes denique in quibus idem ar

dog

LIBER QVARTVS xcij  
dor existit. Magnum est enim voluptatem a spernari, blandimenta naturæ respuere, vitæ eurus in corporis labore, & in animi cōten tione cōficiere. Laudis igitur illecebris opus fuit, quibus animi à flagitiosa voluptate adho nctam traduci, neque labore, neque dolo rem v'l'um sentirent. Tanta est enim gloriæ dulcedo, vt illa semel capti, quamuis sapiētes nō sint, nullis inuidig telis infringi, nullis for tunæ tormentis debilitari possint. Licet igitur omnes malorum tempestates sibi subeundas animaduertant, nō tamen eorum metu deter rentur, quo minus omnem operam, curam, & cogitationē in vnam virtutem conferant. Crede mihi, ferre tantam contentionem ani mi nō possent, nisi voluptate eximia laudis al lecti fuissent. Multa sunt à nostis id ā enim audacius, tanto animo suscepta, atque perfecta, vt omnem penè antiquitatem obscurent. Vt enim alias preclaras contentiones omittā, illud certè facinus stupendū est, homines ne que multitudine, neque opibus abundantes omnia maria transmisisse, Indiam, & suis & maximorum Regum præsidijs opibusq; val latam aperuisse, & in suam potestatē summa belli contentione redigisse. Quid enim ego referam ingentes classes hostium depre fas, innumerabiles exercitus exigua manu su

M v los:

## DE GLORIA.

fos, Persas, & Arabas multis in locis superatos, & ut nihil aliud dicam, regionem immenso spatio à Lusitania distatam è Solimani hostis potentissimi faucibus creptam, & contra ingentem Turcarum, & Thracum multitudinem defensam atque conficiuatam? Hæc quidem fata sunt, ut impij facinus sit ea humanae virtuti, & non potius auxilio Christi, qui nostris saepè præsentiam suam declarat, adserere. Sed si est aliquid humanæ fortitudini tribuendum, quæ tamen ipsa in diuinis beneficijs numerada est, nihil in nostris hominibus video in quo tam multis gentibus excellant, præter eximiam laudis cupiditatem. Si enim ad numerum respicias, sunt paucissimi: si ad bellum apparatus, aut rei militaris Scientia, nullo modo cum Turcarum opibus & yisu comparandi: si ad aliorum auxilia, Turcis omnia in illis tertis pacata, nostris autem propter religionis dissensionem vehementer infesta sunt. Sed illud est, nostros verè gloriae cupiditate incensos, neque vulnera, neq; dolorem sentire: in gladios, & flammas irruere: omniaque vitæ pericula dignitatis gratia negligere. Hæc enim voluptas, qua ex laude percipitur illos adigit, ut ad mortem ante oculos positam altari sanè atque fidenti animo gradiantur. Ex quo facile constat, laudis suavitatem, non modo,

LIBER QVARTVS. xciiij  
do, ut ait Cambyses apud Xenophotem, summorum hominum laudem leuiorem effere, sed etiam optabilem, atque iucundum. Si igitur præstantium hominum ingenia multis laboribus & vigilijs lucem aliquam rebus humanis attulere: si viri fortes, & magnanimi vt patriæ consulerent, vita non pepercérant: si postremo aliqui statem in clarissimis studijs consumentes sapientiam asecurati suntid certe est studio & cupiditati verè laudis assignandum. Ea enim primam statem allicit, & in virtutis studiū incendit, donec paulatim animos ad ipsam virtutem per se colendam & amandam perducat. Neque solum primus animi cursus, & impetus ad laudem, eos fractus affert quos diximus, sed multo etiam maiores & yberiores effundit ijsa laus amplificata. Ex ea enim emulatio existit, quæ stimulis languetem animum excitat, & ad certamen virtutis accedit. Ut autem nihil est inuidia pestilens, in eo enim pugnat ut nō virtute propria sed alienæ virtutis extinctione principem locum obtineat: ita nihil emulacione salutarus, nempè quæ non alienum decus obscurando, sed ad parcm, aut maiorem laudem nitendo ad summam dignitatem adspirat. Quod enim ferunt de Thieristocle quæ gloria Miltiadis instigauit, ut omnem statem in virtute consumeret,

## DE GLORIA

meret, quod etiā antiquior fama de Theseo prodit, qui Herculem imitatus bellum cōtra monstra omnia suscepit, patet latissime. In credibile enim est, quantam vim habeat excellens virtus cōstanti omnium fama celebra ta ad animos amore virtutis incitandos, & inflammados. Quis enim est, quem non clarorum hominum gloria vehementer afficiat? quem à somno non suscitet? cui stimulus non admoueat? Multos enim libidini deditos accepimus, qui summorū hominum claritate in citati, repente ad studium honestatis exarserint. Quod minime mirandum est. Quamuis enim pars illa animi nostri, quæ cœlestis habēda est, sit plerūque vitijs in terram decessa, & quasi demersa, tamē ubi primum aliquam honestatis speciem intuetur, ad memoriam sua naturæ euocata, amore honestatis accēditur. Quantum igitur potest enititur, vt à vitijs emergat, & quasi renatis pénis, quas nefarīe cupiditates inciderat, in altum euoleat. In de autem oritur illa preclara contentio inter virtutis amatores excitata, dum nemo alijs equo animo cedit, sed singuli potius dant obnoxie operam, vt inter omnes excellant. Hoc autem certamine inieōto, quis nō videt quanta sit futura bonorum afluentia? Illa enim civitas pland̄ beata est, in qua nō sigulus figulo inuidet,

inuidet, vt ait Hesiodus, sed sapiēs cum sapiēte certat: iustus iustum æmulatur, fortis cum fortis virtutis præstantia cōtendit; modestus & cōtinens in eo laborat, vt omnes magnitudine continentiae vincat. Sic enim sit, vt dum singuli se se ad virtutis certamenta acuunt, vniuersi tandem sint in viri utrū omnium studio florentes. Ergo cum haec illustris & honesta contentio, tantum utilitatis afferens amplitudine laudis extictus, quid tādem illa utilius in rebus humanis inueniri potest? Animum enim sacētem excitat, instruit, inflammat, omnium dolorum obliuisci facit, & ab omni alia cogitation ad magnorum hominum imitationem, atq; singulare virtutis studium traducit. Gloriam tu igitur, quæ tā utilis, & fructuosa est vituperare audeas? & eā in sapientiā fini o cuique spretam, & invulsa esse contendas? Quomodo tandem? Aut qualis erit iste sapiens, cuius omne studium in virtute colenda positum esse debet: in virtutis ipsius partum negligat, atque pro nihilo putet? Poterit nō fieri, vt quod ab ipsis honestatis fonte ducatur, nc sit ipsum honestum, eaque de causa sapientibus expetendum? aut parum aperte monstrauimus nullo modo gloriam aliunde, quam ab honestate nascit? Nihil, inquis, esse magnum potest, ijs qui celi spatia immensa

## DE GLORIA.

mēte definiunt. Quasi sit quidquam intra cœli complexum virtute magnificētius, aut maius decus in syderibus iphis, quā in pulchritudine mentis eluceat. Nam quod aīs, eam prudētia repugnare, iam facile cerni potest, quām id sit ab illius ornamenti alienum. Omnes enim virtutes gloriam parientes prudētia gubernat, & ipsa per se munera amplissima, dignitatisq; plenissima tuerit, & sustinet. Quemadmodū enim errare, labi, decipi, temere quidquā & imprudenter administrare, turpe & flagitiosum videtur omnibus: ita qui nullis erroribus cœcatam mentem habēt, sed obscura cognoscit, & futura p̄cipiunt, & quemadmodum incidētibus rebus vti conueniat sapiēter explicant, amplitudine laudis antecellunt. Hac est enim omnium mortaliūm opinio, vt homines prudentia præstātes summo imperio diḡos existimēt. Inde fit, vt sepe numero multitudo, quam p̄cipitem eſe dicis, imperiumque nerarie derreantem, prudenti homini libenter obtemperet. Inteligit enim omnium salutē illius auctoritate, & iudicio contineri, qui optime potest quid omnibus vtile futurū sit, ratione prouidere. Quod quidem in rebus singulis licet inspicere. Aegroti enim quantumuis m̄rosi bonorum medicorū iulsiſ parent, vectores etiam præstan-

LIBER QVARTVS. exvj  
præstantium gubernatorum nutus omnes obseruant. Sic etiam milites incredibili alacritate ijs imperatoribus obedītū quoſ esse vidēt rei militaris scientia præcellentes. Hoc item in reliquis artibus, neq; enim omnes percurrere necesse est, eueniare constat, tantū quemque auctoritatis ad imperandū habere, quantum intelligentia suæ artis excellit. Quod in Reip. regendæ scientia maxime cernitur. Nemo enīa adeo mente captus est, vt non intellegat eos saluos esse nō posse, qui spectati hominis consilium aspernantur. Ergo ea virtus quam omnes mortales planè regiam existimant, quo tandem modo fieri potest, vt gloriæ aduersetur. Sequenda est, inquit, vulgi te meritas ijs qui publice laudari cupiūt. Sequenda quidē, si breuem & inanem laudem appetunt, quam summam statim dedecus & infamia consequatur. Hoc autem vel eo exemplo, quod ab Homero sumpsiſti de salutari cōſilio Polydamatis improbatō intelligi potest. Nisi forte ſuſpicari, cum Hector ipſe se damnaret amentie, quod Polydamanti non auſcultasset, & temeritatis infamiam morte delere statueret, clementiorē in illum exercitum ab Achille cœſum fuisse, quām ille in ſuerit. Inanissima igitur plausu vniuersi nodiſ oſtens, in cara ignominiam incidit, quaē erat morte

## DE GLORIA

morte t. istisima, & acerbissimo patriæ fune  
re Juenda. Sed inquis, Hectoris nomen esse  
mūltō quā Polydamantis illustrius. Quid ad  
rem? Quasi Hector illum splendorem nomi-  
nis afflicetus sit temeritate & amentia, & non  
potius singulari magnitudine a nīmi, quē pro  
patria dimicabat. Cum illum itaque multitu-  
do Polydami præferebat, non temerita-  
tem prudētia, sed virtutem eximiam medio-  
eri consilio præferebat. Idem de illa compara-  
tione Hannonis, & Annibalis dicerem, nisi  
viderem alterum grauitate, & constantia o-  
mnium approbationē mouere, alterum per-  
fidia & immanitatem offenditionem incurrere.  
Gloria autem ut dictum est, non admiratione  
tantum, sed quadam etiam animorum concili-  
atione comparatur. Cum igitur Hannōn sem-  
per honestus & grauis, Annibal sēpē turpis-  
simus nobis occurrat, & in alterum quodam  
modo prop̄p̄ simus, alterius autem laetitiam  
detestemur, nō est probatu difficile, Hannō-  
nem plus gloria quā Annibalem fuisse  
consecutum. Illam autem partem orationis  
tuę, qua probare conatus es gloriam esse con-  
tiariam iustitiae sum valde admiratus. Quid  
enim quælo est aptius iustitia ad immortalita-  
tem nominis comparandam: Nam si virtutis  
amplitudo commouet homines, nihil est illa  
magni-

LIBER QVARTVS. xcviij  
magnificentius: si decus honestatis amorem  
conciliat, nihil illa pulchritus: si utilitatis ma-  
gnitudo mortales in alicuius studium incen-  
dit, nihil est iustitia salutaris. Quod enim est  
oficium sine ciuile, siue bellicum, siue priua-  
tum, siue publicum, siue ad honestatis cultū,  
siue ad vitę commoda pertineat, quod illius  
tutela varet? Nullum est studiū quod ab illo  
seiuētum homines ad se allicere, & aliquam  
gloria partē consequi posset. Ingenium enim  
perspicax & acutum, si absit iustitia, quo ma-  
ius extiterit, eo magis erit omnib⁹ suspectum  
& iniurium. Magnus autem animus iustitia va-  
cans quo fuerit erectior, eo maiorem ex illo  
perniciē formidamus. At iustitia vel soli con-  
stitutus, omniaque vitę præsidia in bonorum  
fide cōstituenda putamus. Gloria autem sine  
hom̄num fide & benevolentia intelligi ne-  
quit. Ex quo efficitur sine iustitia gloriam cō-  
stare non posse. Non enim quod nō semel di-  
ximus, omnia quæcumque animos insolita  
magnitudine conturbant, in gloria ponenda  
sunt: sed ea tantum, quæ excellētis animi pul-  
chritudine, & honestate continentur. Tam-  
berlanus quidem Scythia fuit multis opibus  
abundans, & bellorum gerendorum peritis-  
simus. Is ē Scythia suisbus egressus multas  
Asie nationes populatus est: & omnia quocū  
N que

dem quamvis ingentes opes habuerit, omniumque bellorum viator extiterit, nullam gloriam asequi potuit. Est enim gloria, ut sapientiam diximus, fama celebris honestatis, excellentibus in humanum genus meritis excitata, benevolentiam multorum concilians. Illum autem non magis quisquam aut laudare aut amare poserat, quam procellam atque tempestatem turbido impetu omnia peruerteret. Sed quorsum Tamberlanī fecimus mentionem? Ut cum intellexerimus, nullam naturam immanem & importunam, quamvis sit reliquis in rebus admiranda posse laudem adipisci, facilius intelligamus nihil sine iustitia, & eius partibus nempe fide, benignitate, clementia, gloriosum & laudandum reperi.

Præterea minime obscurum est, omnem nominis claritatem, & splendorem in diuinum nimirū imitatione consistere. Huc enim naturæ impetu trahimur omnes, qui laudem appetimus ut de ci similes efficiamur.

At nulla virtus ijs Deo nobis clarior, & illustrior occurrit, ea qua generi hominum ope & gratia consulit, omnianq; iustissimo imperio moderatur. Ea namque omne pietate venerationis suum, & castissimam religionis sanctitatem excitat. Ea effectit, ut non modo taneti scriptores, sed etiam Poeta Græci, atq; Latini pre-

N ij poten-

## DE GLORIA

que impetum armorum tulit, ferro, flammisque valvauit. Tandem cum Turcarum Imperatore congressus cum in prælio cœpit, & in aurea cauea vinculis aureis cōstrictum inclut. Hunc ferunt adeo truci immanique natura fuisse, ut nullius unquam lachrymam ad misericordiam adduci posuerit. Morem autem hunc in obſidione ciuitatum solitum seruare constat. Primo die candidis tectorijs castra tigebat, significans eo tantum die spem clementiae obſessis ostendi. Sequenti vero die purpurea fingi præcipiebat, ut intelligerent omnem adiutorum ad clementiam illius esse iam puberibus interclusum. Quod si deditio[n]is consiliū in tertium diera different, tunc atris tectorijs collocatis omni lexū, & omni ætati inerceptionem depauit. Cum autem aliquando urbe, in qua se de derē intra illud bidui spatium recusarat, multis tormentis & machinis oppugnaret, obfessi salutem desperantes, o[mn]i pueros habitu lugubri deformatos instruunt, ut ad Tamberlanū supplices accedant, & flexibili clamore sublato misericordia implorent. Hos ille pueros conspicatus turram equitum obuiani mittit, quæ eos omnes proterat, atque dilaniat, urbemq; statim capit, & in omnem sex umbras ita crudelitatem suam exprimit, ut nem si persititem patris relinquit. Hic qui-

dem

## DE GLORIA

potentem Deum deorum & hominum pat-  
tentem appellarent. Ergo cum hæc via virtu-  
te, quæ posita est in humano genere tuendo  
maxime possimus distare ab immanitate bel-  
larum, & diuinae naturæ similitudinē attin-  
gore quid tandem ad claritatem i omnis illa-  
sieri potest illustrius? Quantum vero vniuer-  
sum genus hominum iustitia emaret, aperte  
declarauit, cum se illis regendum tradidit,  
qui iustitia excellenti esse videbatur. Omnia  
siquidem regna & imperia, singulari iustitiae  
& æquitatis opinione constituta sunt. Princi-  
pio enim cum pondum essent homines certo  
iure devincti, omnibusq; vita mutuis esset iniu-  
ris, & cedibus infesta, ij qui à potentioribus  
indigne premebantur, confugiebant ad ali-  
quem iustitia & fide præstatem, qui ab eis in  
iuriam propulsaret. Hic autem aliorum qui-  
dem vim, & impetum reprimendo: aliorum  
vero miseriam sublevando, saluti omniū con-  
sulebat. Cum igitur anima quereret via  
sus populus, quam salutaris esset omnib; illa  
iuris æquabilitas, eum cuius iustitiam exper-  
tus fuerat, in summo rerum imperio locabat.  
Ex egregia itaque iustitia fama, regum maie-  
stas orta est, inde summa imperia nata sunt:  
inde postremo gloria immortalis i luxit. Nā  
vque eo prouecta su a more iustitia multi-  
tudo

## LIBER QVARTVS.

xcix

tudo, vt eorum principum memoriam, qui  
eum fide, & æquitate vixerant, summa reli-  
gione consecraret. Vnde colligitur, hæc vna  
esse vnam manitissimam, ad regiæ dignitatis  
amplitudinem & magnificientiam, quæ iusti-  
tia, probitate, & beneficentia continguntur. Re-  
ste tu quidam, inquit Metellus. Contra tamē  
disputant aliqui, conuenire principi, qui ma-  
gna quædam spectat, in loco fidem fallere. Ali-  
ter enim negant eum suę dignitati & ampli-  
tudini seruire posse. Scio, inquam, multos es-  
se in hac sententia, qua quidem nihil singi po-  
test ametius. Si enim principi hanc virtutem  
detraxeris, nō modo persugia bonorum, præ-  
sidia innocentium, firmamenta Reip. conuel-  
les, sed eum turpitudine insigni notatum red-  
des. Quid enim turpius principe astuto & fal-  
aci, & vita consilia non ad humanæ societa-  
tis fidem, sed ad utilitatem suam callide refe-  
rente? Quasi, inquit, putas, nos eum mag-  
num hominem appellare, qui societatem hu-  
manam, & nimiani in colenda fide religio-  
nem emolumētis suis anteponit, & non eum  
potius, qui omnia ad suam amplitudinē diri-  
git. Credibile quidem est authorcs tam scele-  
ratæ sententiæ nulla præcepta honestatis in  
magno principe singedo complecti. Sed istud  
amplum, & magnum videamus quale tandem

N iiiij sic.

## DE GLORIÁ.

sit. Est ne aliquid in rerum natura, quod sine propria virtute magnum esse possit? In universum enim virtutemq; rei virtus appellatur id quod eam perficit, & absolvit. Ad huc modum canis virtutem esse dicimus celeritatem, & sagacitatem: equi velocitatem ad cursum, & in periculis ad eundis alacritatem: horribilis vero, ingenium excellens, & egregiam ad omne genus honestatis indolem. Similiter etiam, in rebus, quae non natura, sed arte & studio constant, eas virtutes appellamus, quibus earum rerum perfectio coniungitur. Alia enim est virtus pictoris, alia Poëtae, alia citharædi. Nullum autem est artificium, siue ingenuum, siue sordidum, quod sine propria virtute esse possint, in suo genere cumulate perfectum. Artis autem regiae virtus, aut iustitia est, aut nulla prorsus est. A principio enim haec reges creauit, & auxit, & ad summum fastigium dignitatis euerxit. Nullam autem huius omnium præstantissimam disciplinæ virtutem dicere, cum artes etiam in primis proprijs virtutibus excoli videamus, homines est demetis, & maximis in rebus turpissime delirantis. Ergo cum nihil propria virtute vacans magnitudinem suæ naturæ conuenientem assequi possit, consequetur iustitiam esse virtutem maxime regiam, quo tandem modo fieri poterit, ut pri-

ceps

ceps injuria, atque perfidia, regiam magnitudinem consequatur? Poterit ne vix altus & magnus esse, qui clarus & honestus non sit? aut honestus esse, qui decus & honestatem, pro qua viris magnanimitis vita defenda est, utilitate posteriori habet? Quæ enim dignitas in eo poterit in esse, quem illi quinault avaritiae turpitudine? quem deformavit perfidiae scelus? quem effrenata dominandi libido a recta ratione detorsit? Eum certe non principalem modo, sed ne hominem quidem appellari fas est: sed monstrum potius importunum, non ex equo & homine mixtum, quales Poëtae Centauros tuisse fingunt: sed totum est leonis immanitatem & vulpeculae fraude compostum. Non hic disputo quanto angore, sollicitudine, fabe, cruciatu afflictantur iij qui neminem possunt habere fideli belliæ voluntati coniunctum, quales sunt omnes qui fidem sanctam non habent. Non dico in quam fluxi, & incerta se de sint eorum opes locatae, quid ad eas augendas malitia vtuntur: quam brevi concidant omnia imperia malis artibus comparata. Hoc dico, quod ad nostrum institutum pertinet, nihil esse ad hominum existimationem turpius, nihil magis cunctis mortalibus inuisum, Omnes enim iustum imperium libenter simile sequantur, iniustum vero extinctum atque

N iiiij. dele

## DE GLORIA

deletum cupiunt. Quod quidem, vnius tantum ciuitatis exempla aperatum facient. Fuit in Romanis olim præclara quædam indeoles ad iustitiam. Ex ea enim ciuitate prodijt Camillus qui magistrum inaudito scelerem ciuitatem hostium prudentem noua poena affecit. & Faliscos quos belli magnitudine non poterat, iustitia admiratione sub Romanō imperium subiunxit. Ex illius Recip. institutis extitit Fabricius, qui Regem potissimum terrorem maximum Romanorum mœnibus infretem monuit, ut à veneno caueret. Eiusdem ciuitatis disciplina instructus Regulus, ne fidem hosti data falleret, ad exquissimam supplicia subeunda Carthaginem profectus est. Quid hic memorem Coruncani, Catonis, & Aemilij Pauli continentiam? Quid Africani, quid Quinti, quid aliorum principum mā suetudinem, & in seruandis viis moderacionem? Bella vero numquam ferme, nisi lacersti iniuria sumebat, nec arma illis ipsis, à quibus violati fuerant inferebant, nisi rebus frustra repetitis bellum ante denuntiarent, atq; solenni ritu indicerent. Imperatores autem earum ipsarum nationum, quas armis subegerant patroni siebant more maiorum, & eorum comodis egregie consulebant: usque adeo, ut esset eorum yictoria sanis hostibus interdum

## LIBER QVARTVS ej

ter dum expetenda. Quām multis enim populis intestinis seditionibus agitatis malorum si nem attulere? Quanta fide socios, & omnes deniq; quos semel in fidem receperant, tuta ti sunt? Quādiu igitur illa ciuitas floruit equitate, fuitq; omnium gentium comune per fugium, ita propagauit imperium, vt id prope modum vltimis terrę finibus terminaret. At postquam avaritia insinata in illius mores invasit, postquam Romani è sociorū bonis præ dari, subditas gētes vexare, provincias eximire ceperūt, statim ciuitatis illius magnitudo dissipari cœpit, & magis magisq; labi donec omnino corrueret. Minime igitur probāda est illa Carnadis oratio, qua contra iustitiam in populi Romani concione disseruit. Noluit enim ea vir copiosus, & disertus sententiam suam exponere, sed ingeniu ostentare, & demonstrare nihil esse tam absurdum, quod non posset probabile dicēo fieri. Si enim verum fateri vclimus, asseremus Romanum Imperium fide auētum, atque diutissime cōseruatū fuisse. Quod quidē Romanos impulit, vt fidē in Capitolio propriouem summa religione consecrarent. Sapienter enim videbant, nihil quod fide & benevolentia fultum nō esset, diu permanere posse. Id autem cum à fide distcdabant, multo facilius apparebat.

N v Claudi

## DE GLORIA

Claudicabat enim imperium, quoties eueniebat, vt illi in officio claudicaret. Quod si nullus honor, nullum imperium, nulla potentia, si non sit fidei constancia stabilitas, aliquid stabilitatis haberet potest, tamen erit quisquam tanto furore pregitus, qui petfidam summis viris utilem esse dicat? Non aliquando tandem animo reputabit, quam multi reges, & imperiosi populi propter iniurias illatas, omnibus bonis euerst fuerint? quā cito magnas illas opes amiserint: quantum semper odium doli, atque fraudes excitarint? Sed esto: sit aliquis improbus, qui in magna amicorum inopia multorum animis grauiter offendit, possit opibus per iniuriam partis diu atq; sine cura frui: tamē erit quisquam animo magno pregitus, qui velit propter ullum vitę cōmodum omni laude spoliari? qui diuitias villas virtutis ornamentiſ anteponat? qui non dedecus vel cuti summō vitę periculo declinet? Quod autem dedecus tantum est, quod sit cum perfidiae infamia conferendum? Qui excellenti animo sunt neque paupertatem, neque extitum, neque mortem, neque dolorem metuunt: omnia quæ mortales intoleranda iudicant contēnunt atque despiciunt: vnum tantum dedecus extimescent, & libenter vitam abiciunt, sūt splendorem honestatis amittat.

Cum

## LIBER QVARTVS.

cis

Cum igitur in iniquitate turpitudo tanta sit, qui laudis amore flagraverit, opus est, vt omni impetu in iustitia studiū incumbat. Hac tu tamen vulgo spuriū dicis. Ita enim aīs euenire, vt serui dominos, liberti patentes uxores maritos pro nihil putet, si videat eos innocentiam seruarē fidemq; proprijs etiolumen tis anteferre. Ita credo fieri posse, vt qui tam alto animo sit, vt cū pecunia noti moueat, & constanter huius inani cupiditati, quia pleriq; in flāni in peritient rapiuntur obsistit, cō temnatur. Eum quidē quamuis in principio multi vt negligentem hominem, & parum rebus augendis attentū despiciant, universi tamen paulo post admirabuntur. Sed paupertati obscuram & ignobilem esse dicis. Est qui dem si nullæ sint animi dinitatē, quibus fortuna iniuria cōpensari possit. Nam si virtus ad sit tantum abest, vt paupertas splendori nomini officiat, vt id etiam longe clarus & illustrius reddat. Quid Epaminondē gloria nō cuit rei familiaris angustia? Nihil tanē immo multo illam magnificenter illustrauit. Non enim ignavia, sed pecunia contēptione pauper erat. Nihil autē videtur esse tam excelsi animi quam pecuniam contemnere. Idem etiam de Aristide, de Phocione, de multis alijs dici potest: quorum gloria paupertas non imminuit,

## DE GLORIA.

imminuit, sed amplificauit. Si enim gloria possita esse in inanissimo ludorum apparatu, in sumptibus profusis & immodicis, e quibus nullus fructus ad publicam utilitatem redundat, si deniq; in munieribus illis, quae ad breue ad modum tempus multitudinem imperitam delinunt, fatere equidem, eam sine magnis difficultijs parari non posse. Cum autem sita sit in virtutis altitudine, & magnificentia, quae non inani plausu statim morituro, sed laude perpetua celebratur, quid tibi venit in mente dicere, pecunie cupiditatem esse cum gloriæ cupiditate coniunctam? quasi quicquā sit quod in maius odium multitudinis incurrat, quam avaritia, aut nō facile possint animi Maximi gloriam ullam consequi, sine pecuniae magnitudine. Fuisse hoc in loco facillimum coarguere eorum hominum amentiam, quos disputantes induxisti, nemine splendoris & gloriæ cupidum posse colere iustitiam, & æquitatem. Sed cum sint ita vehementes, atque violenti, vt nullo modo patiatur se vlla iuris disceptatione vinciri, iusque suum armis, & non oratione persequendū statuant, metuo ne disputatiōne irritati impetum suum in me conuertant. Vides enim quā pericolosum sit homines opibus elatos oratione lassescere. Verba namque rebus vlciscuntur. Quid igitur? inquit

I I B E R Q V A R T V S. cijj  
inquit Augustinus ridens, imore aliquo du-  
quis tā illustrem causam, tantoque impetu à  
te suscep̄tam desereres? Minime profecto con-  
uenit homini gloriæ cupidio in ipsius gloriæ  
defensione tam insigne dedecus admittere.  
Nullo, inquam, modo neque meæ dignitatis  
obliuiscar, neq; causam deseram, quam etiam  
si opus ita fuisset vel cum periculo vite defen-  
derē. Ratio tamen in eunda est, si commode  
fieri posset, vt in odium hominum potentius  
minime veniamus, & illis valde profitimus. Al-  
lio igitur sermonis genere minus cōtentioso,  
& magis nitido mihi vtediuī censeo, vt fa-  
cilius in eoū animos influat oratio. Exordire  
igitur, inquit Augustinus. Nos enim valde ad  
audiendum animis erecti sumus. Faciam in-  
quam. Sed est necesse, vt si mihi exciderit ar-  
gumenta, quibus illos vti fecisti, me in eorum  
memo iam reducas. Hoc enim tācum memi-  
ni, illos postquā se omnia ad gloriam dirige  
re professi sunt, disputauisse fieri non posse,  
vt sine magnis opibus ad principatū perueni-  
rent. Deinde exemplis clarorum hominum,  
& institutis omnium Rerump. & Hispaniæ  
etiam monumentis ostendere conati sunt, o-  
mnem vitæ splendorem in pecunia consiste-  
re. Tum fieri posse negauerunt, vt sibi quis-  
quam vel magnas opes pararet, vel ingentem

pecu-

## DE GLORIA.

pecuniam coaceruaret , nisi prius omnia iura perfingeret . Atque ita tandem concluerot , esse indignum fumporum hominum præstantia , legibus illis submitti . Omnia inquit Augustinus argumenta potissima complexus es ; nec aliud nichil in mentem venit , quod quidem ad te facere putem . Principio igitur ( in qua ) videamus an hoc pasto me illis insinuate valeam . Sic igitur exstimate in eum illis Ipp : i . Non possum equidem viri clarissimi non admirari præclaram istam indolem animi vestri ad omnem decoris , atque dignitatis excellentiam . Quantum enim ex oratione vestra iudicare potuit , sic laudis amore flagratis , ut opes , & facultates , aique postremo vitam ipsam gloriæ causa profundere minime dubitetis . Est igitur iam hic vester impetus ad laudem , non vulgari laude decorandus Quid enim queso est in vita laude dignius ? Ea namque Deum veneramur , nec ullam virtutem humani diuino gratiorum , aut magnificientiorum offerre possumus . Ea diuinos homines , & in omni genere virtutis excellentes afficimus : nec ullum maius præmiū , quod recte factis proponi possit , habemus . Eius postremo immortalitate brevitatem vita consolamur . Celestis igitur natura animorum vestrorum , atq; cognatio quæ vobis est

cum

**L I B E R Q U A R T V S.** ciiij cum mente diuina , facit ut rebus alijs negletis , quæ vulgus hominum sibienter appetit , immortalem gloriam atque diuinam ardentiter expetatis . Sed interdù vereor , multe nāq; insidie tēdi solēt hominibus amplissimis quales vos estis , ne sermonibus improborum patent aures vestrę , quibus in errorem indu&i non veram sed inanem gloriani consecuti , cuius specie capti in sempiternū dedecus incidatis . Ne igitur id vobis accidat , vt perditorum hominum rumoribus tamquam vētis aduersis iactati , laudis & gloriæ naufragium faciatis : singularē cautionem , atque diligētiā adhibendam censeo , & perinde atq; gubernatores optimi in maximis tempestatibus vectorū consilia non aspernātur : ita nullo modo conuenit vobis in profundo tantis procellis agitato nauigatiibus , repudiare consilia hominum dignitatē vestre studētiū . Audite igitur viri nobilissimi ea quæ fortasse vos quamvis sitis ingenio excellenti , propter euras rerum maximarū quibus estis impliciti , haud ita clare potestis intueri . Nec enim dubito fore , modo recta consilia perditorum hominū sermonibus anteponatis , vt eam gloriam consequamini , quam nulla vniquā vetustas possit obruere . Præclare tu quidem , inquit Metellus , exordiū è rhetorum officina sumptissi

li

## DE GLORIA

Si multis dicendi luminibꝫ illustratum, & ad animos nobilitatis vniuersit  preparandos sit appositum. Si igitur reliquum orationis cursum eadem qua c cepisti felicitate peregeris homines insanos in tanitatem fortasse restitues. Omnia quid , inquam, tentabo, nec ullum artificium mihi notum pr termittam. Tu tamen siquid me hon. in em in dicendo penitentia rudem effugerit, velim mihi pr festo sis. Omnes namq; persuadendi rationes tibi notas esse oportet, nemp  qui non Ciceronem modo, sed artem etiam vniuersam diligenter cognoueris. Magnum, inquit ille ridens, tibi aduocatum adhibes. Faciam igitur si te opera mea indigere video, ut te consilij tui in me ad hoc munus deligendo minime paeniteat. Audi igitur inquam. Sic enim institutam orationem, fortasse non incommode, contexere licebit. Mihi quidem amplissimi viri hoc in primis spectandum videtur omnibus qui gloriam amant, quam sed: m atque domicilium habeat ipsa laudis elegantia. Nec enim conuenit rem adeo illustrem nullam certum locum, in quo c sistat habere, sed sine villa constantia vagari. Credibile autem non est, vos cum t ta magnitudine animi pr diti sitis aliquam len , & inanem laudis umbram intueri, qu  statim eu. nesciat, & n  potius eam o  minis

I T I B E R Q V A R T V S. cv  
minis claritatem quam omnes anni c scuentes excipient. Cum igitur immortalitatis amore flagretis, reliquum est, ut laudis ipsius domicilium in ea parte constituatis, qu  in vobis immortalis atq; diuina duc da est. E corpore autem cum sit   terra concretum, caque de causa mortale, & caducum, quid tandem existet, quod fixu, & stabile permanere possit? Si claritatem igitur eximiam, si laudem insignem, si gloriam sempiternam adipisci cupitis, animus ipse natura diuinus & immortalis est vobis egregie colendus, omnibusq; diuinis copijs locupletandus, nihilque omnino pr termittendum, quod ad illius excellentem speciem & pulchritudinem pertinere videatur. Non enim   gemmis & auro, quo flagitosos homines, & impuras mulieres sepe numero fulgere conspicimus, sed   divino cultu animi laudes omnes existunt: inde omnis summa gloria splendor & dignitatis eluescit. Animis autem ornamenta, sunt virtutes eximiae, quibus humanae mentes ornatae similitudinem diuin  mentis attingunt, & sic mortalitatem nominis assequuntur. Contra vero vitia flagitiosa sceditate, pulchritudinem animi corruptunt, & mentis habitum ita deprauant, ut nihil turpius singi possit. Primum igitur cauedum est omnibus qui dignitatem

O suam

## DE GLORIA.

suam tueri volunt , ne voluptatum blanditijs ille<sup>st</sup>i, cælesti illud animi decus inquinent. Nefariae namque voluptates , præter quam quod sunt futilis & inanes, cum semel effluxerint, ingentem dolorem animis, & diuturnum deducunt impressum relinquunt. Contrà vero labores honesti breui contentione perficiunt, ut animus eximia voluptate compleatur, & insigni gloria cumuletur . Ut igitur illustris laborum, atq; dolorum patientia animum illustrat: ita laborum fuga omnibus illum ornamenti spoliat. Inde sit ut ne mortem quidem, qui plerisque mortalibus horribilis est, & maxime pertinacientia summis viris, & cupiditate laudis incensis, liceat extimesceret. Timoris enim turpitudine metis altitudinem deprimit, & illius speciem obscurat. Videntis enim quam secundum & turpe sit abiectis armis ex acie fugere, metu trepidare, nihilq; ut fortis & constanti homine dignum est, sed omnia cum humili, & fracta animi demissione suffici pere? Hoc certè vobis accidere posse non arbitror, ut mortem magis terram, & horribilem existimetis , quam tanti dedecoris ostensionem. Sic enim estis nati, sic educati, sic exemplis domesticis instituti, ut dum ignominia, & turpitudinem vitetis , mortem facile contemnatis. Si igitur tuendæ dignitatis gratia sunt

LIBER QVARTVS. evi  
sunt omnes voluptates nefariae repellendæ: labores eximij suscipiendi , dolores magni subiundi, atq; postremo mors etiam appetenda: tataque est ipsius honestatis vis , ut omnes labores leaes atq; tolerabiles efficiat, & occidentem vitam verè laudis dulcedine consoletur , quid erit indignus , quam dignitatem ipsam sordibus aurarum maculari? quid amitus quam excellentis animi statum, pro quo viris magnanimis vita ponenda est , & acerbissimi cruciatus etiam perferendi , pecuniae causa prodere, & amore diuitiarum terrestrium, & caducarum opes cælestes , quae magna ex parte in iustitia consistant, amittere? Nihil est enim vel ad elegantiam pulchrius, vel ad studium muleitudinis amabilius, vel ad claritatem nominis illustrius, quam humanam societatem tueri , propriæque utilitatis immorem omniū incolumenti prospicere. Hec enim sunt illa diuina opera , que admiracionem cunctis afferunt : studia hominum excitant: immortalique laude vigent. Ut autem nihil est iustitia praestabilius , ita nihil iniuria tetrica, nihil foedans, nihil omnibus magis execrandum. Ergo quai pecuniam æquitati iuris anteponit, illustrem animi figuram, habitumq; corumpit: & dum legibus quas recta ratio , atque diuina laxit, subdi ignominio.

O ij sum

## DE GLORIA.

sum putat, ipse sese dedecori. & ignominia, vilissimo precio addicit. Animi itaq; splendore deleto, impuritateq; suscepta, quæ tandem spes relinqui potest vilius laudis & gloriae cōparanda, cum ex ornamentis animi laudes omnes oriantur? Non adducat igitur ut credam vos aliquid ad famam sordidum, & vestris rationib⁹, & institutis ali enum, pecuniæ causa suscipere. Quamvis deinde valde fortunas amplificetis, multi tamen erunt mercatores qui vos diuinitijs lôge superent. Vestrum autem est non eas opes appetere quibus obscuri etiam homines afflunt, sed quæ vos in altissimo gradu constituant: neq; in illis diuinitijs dignitatem ponere, quibus abundanter militet esse turpis summi: sed per quæ omnia veredignitatis ornamenta conequamini. Si vero pecuniari ut gloria instrumentum amandam existimatis, reputate quām sit absurdum pecuniæ causa, dignitare omni orbari, atq; gloriam proflus abiscere. Nec vos illorum hominum exemplis vt decet, qui flagitijs indignis simis facta egregia contuminaue: c. Quis enim est tam sine mente, qui vel Marium vel Syllam, vel Cæarem, vel alios simili amentia furentes eo nomine laudet, quod ut magnas opes haberent detrimenta quam plurimi cōmanibus rebus inuixerint? Contrà vero, si

quid

LIBER. QVARTVS. evij  
quid ab illis sapienter & fortiter administratum est: siquid opere & studijs in Remp. consulere, id omnes laudibus efferendum, atque prædicandum iudicant. Non sum igitur quidam homines impetiti vestri dissimiles ullo modo ferenti, qui cum surinorum hominum virtutes assequi nequeant, eorum vitia consequantur. Hoc enim perinde est, atque si quis excellentem formam illuvie & qualiore fœdatam effingere volens, cum paucitudinem illam expiri nere non posset, illuviem tantum, atque ordines imitetur. Nec vos manueat illa descriptio facultatum in Rebusp. ab earū moderatoribus instituta. Non enim sunt mens eorum, vt summos honores ad eos qui essent opulentissimi deferrent. Sed cum inteligerent illos qui summa rerum inopia premuntur haud ita facile posse Reip. studiū naturae, & eas artes colere, quibus patriæ maximis in rebus vlii esse poscent, homines propter necessarij vietū indigētām insimilis artibus incumbentes, nec immodicis oneribus fatigandos, nec summis honoribus honestādēs esse decreuerunt. Illum autem maximum censem statuerunt qui lati esset ad vitam honeste & moderate degendam. Quod si quis insimilis clatsis homo virtutem egregie coleret, & excellenti industria cōtenebris emergeret, illi

Q. iij

certe

## DE GLORIA

certe noluerit esse aditum ad summos honores interclusum. Tunc enim optimè Recipub. consuli putabant, cum virtus & frugalitas inerti nobilitati esset antelata. Nam quod ad Hispania principes attinet, quos olim dicitis diuites homines appellatos, haud facile dixerim, magisne, propter abundantiam pecunie, an ob illustres animi opes, hoc sibi cognomen peperisse. Illud affirmare possum, eorum nomen, qui virtutis opibus minime instruti fuerunt, aut obliuione sepultū esse, aut quod est longe grauius, sempiterna infamia notatam. Soli igitur omnium prædicatione celebratur qui pro religione, & patriæ defensione opes & facultates neglexere, caputq; suum in vita discrimen intulere, hostiumque impetum in uicta virtute repressere. Horum enim landes ad citharam patrio more canit: horum res gestas ornari, his rairiscum ab yniuersis studiis tribui videmus. Si vos autem lauta, & pretiosa supellex, si magna familia, & magnifici apparatus ita delectent, ut in illis decus vitæ constituantur, veniat vobis in mentem, quām sit in dignum aliunde quām à vobis ipsis dignitatem exquirere. Etenim si vos aliqui propter alium vestrum æqualem honorarent, idque aperte ostenderent, se nullo numero vos habitueros fuisse, nisi vidissent cum illo sociatos,

qui

LIBER QVARTVS. cvij  
quem obseruantia dignum cesserent: id certè splendore vestro indignum putaretis, honoremq; aliorum causa vobis oblatum asperna remini. At quanto est indignius propter infamam secorū conditionem, aut propter opes fluxas, & caducas observari? Persicite igitur viri nobilissimi, vt nō facultatibꝫ, nō familię, non generis claritatibꝫ: sed vobis ipsis, hoc est, animis vestris omni laude cumulatis honores eximij deferantur. Ea enim tantum velira dicte, & earum facultatum copia gloriamenti, quæ nec casus eripit, nec inuidia labefactat, nec ætas ylla consumit. Quæ enim ad imperiæ multitudinis plausum auecupandum referuntur, ita sunt fluxa & inania, vt intra breue tempus & exiguum ea omnia levissimus etiā quisq; contemnat, & pre nibilo habenda puet. Nec eos imitemini, qui corruptis hominū studijs se stabilem gloriam assequi possē cōsidant, caque de causa alijs eripiunt, quod alijs statim largiātur. Multo enim plures erunt in iniustitia lexi quēm beneficio devinclti. Deinde multitudinis odium iustissimis de causis excitatutum est multo vehementius, quām si illa gratia paucorum, impurissima largitione collecta: & ita sit, vt qui malesici sunt in multis, vt esse polsint in paucos beneficii, fructū laudis exiguū, & inanem habeam, sceleris autem

O iiiij offen-

## DE GLORIA

offensionem sempiternam. Repellite igitur omnia, quæ maculam afferte possunt vestræ dignitat[i] illaq[ue]: studia colite, quæ sola glorio sa sunt existimâda. Nô enim diuitijs abundare, nec tenuiores affligere, neq[ue] in Rep. domini nari, sed animi bonis affluere, vniuersis charum esse, Reip. salutarem existimari, est laudabile, gloriosum, & summis honorib[us] illustrandum. Est enim honor diuinum quoddâ præmium virtuti, & honestati cōstitutum, omne turpitudini's consortium repellens: & ita sit ut quis animum flagitio, & turpitudine contaminatum gerunt, nullo pacto honorem, sed inane fortasse nomen honoris adepti in summa ignominia verulentur. Ergo cum tanta dignitas sit in animo virtutis ornamenti exculto: cum tantum laudis ornamētum in sive, iustitia, bonitate, constat: tamen erit quisquam, qui suadere audeat, vobis hominibus ad deus, & laudem natis, vt tantum decus abijciatis? vt præclaram istam indolē insigni sceleri polluat[ur]? vt animi præstantiū eximio de decoro maculetis? Non istud genus hominū à vestra familiaritate repellletis? Non tantam gloriae labem atque perniciem in terras ultimas exterminabitis? Arcete viri amplissimi pestem, foeda, consilia detestamini, sceleratos homines à contubernio vestro rei[er]cite, ne

vestro

LIBER QVARTVS. cix  
vestro nomini grauem maculam sermonibus impurissimis inurant. Non enim illa domus gloria floret, in quam innumcrabilis pecunia congesta est, sed quæ multis abstinentijs exemplis abundat. Nec qui opibus & potentia præstant, sed qui sunt virtute & dignitate principes splendide solent atque magnifice laudari. Nec illi qui propriæ vitæ consulunt, sed qui eam pro patriæ salute ponunt, in gloria sunt. Non vos autem cōturbet inopia nomen. Si enim fortunas Reip. causa neglexeritis pro fluxis & interitus opibus æternis atque diuinis affluctis. Nec moris ipsius aspectu terra mini. Si enim cum id à vobis patria flagitauerit, hæc breuem & miseram vitam in sommum discrimen adduxeritis, immortalitatem consequemini. Si igit[ur] exarsistis ad gloriae cupiditatē si vos à primis annis pulchritudo dignitatis allexit: si immortalitatis studio flagratis, excellentem istam industriam in virtutis studio consumire, iustitiam atque pietatem colite, vniuersum genus hominum beneficijs vestris obligate. Sic enim eam honestatis amplitudinem consequemini, quam præsentes admirentur: posteri memoria gratissima prosequantur: de cuius laude mortales omnes una mente & voce consentiant. Haec tenus quidem me cum illis differuisse existimate. Libenter

Ω v autem

## DE GLORIA.

autem hoc dicendi genere vsus sum, vt hæ  
quasi declamatione meditatus atque paratus  
aliquando ad huiusmodi homines ab iniuria  
dehortandos accedam. Cupio enim eos quo-  
nis artificio ab opinione levitatis ad veræ glo-  
riæ rationē traducere. Nihil quidem, inquit  
Metellus, erit quod nō isto tam eleganti ora-  
tionis instrumēto offici valeat. Sed vnde que  
so tibi tanta dicendi ornamenta suppetunt?  
Hanc enim ante hac habuit de te opinionem,  
vt existimarem te facile posse tractare mate-  
riam, in cuius commemoratione moltū vt so-  
les, opere & studij consumeres: Ut autem ex  
tempore isto modo dices, suspicari non po-  
teram. Quod itē in Augustino nostro mira-  
bar. Quamvis enim nihil sit illo politius, ta-  
men tam splendidum orationis ornatum ab il-  
lo sine diligentiore meditatione nō expecta-  
bam. Fortasse, inquā ridens, habet hic locus  
aliquam vim diuinam, quæ differentium ani-  
mos incite: & nos ea quæ dicimus, non inge-  
nio nostro, sed Musarum sp̄itu concitati di-  
cimus. Ut autem Poëtis multo felicius fluunt  
carmina, quæ non studio & meditatione, sed  
furore diuino proferuntur: ita m̄trum nō est  
nostra nō multum multis in locis à Poëtis dis-  
fidēcia vberius Musarum quodā afflāti sun-  
di, quām diurna commentatione contexi

potuiss-

L I B E R Q V A R T V S. cx  
potuissent. Sic hęc, inquit Angastinus loci na-  
tura e&t, huic nobis sc̄p̄us veniendum cēsēd,  
vt tam iucunda Musarum consuetudine frua-  
mur, illarumque numine completi, in his sal-  
te sedibus floridis & amoenis inter has vimos  
tam suis frōdib⁹, quām adiunctis vitib⁹ to-  
tum hunc locum opacantes disertī esse possi-  
mus. Tibi igitur auctor sum, vt hac tanta loci  
opportunitate admonitus, ea quæ restant ala-  
cius persequare. Faciam inquam: atque de  
Iustitia quidem non est quod amplius in p̄  
sentia differā. Cum enim verum decus sit in  
maxima virtute positū, quæ quidem illustra-  
tur magnis in Rēmp. meritis: constetq; nihil  
esse Iustitia magnificētis, aut hominum vi-  
te salutaris: quid est magis perspicuum, quām  
summa & excellens decus Iustitiae munere  
continet? maxime cum nulla animi, & inge-  
nij indoles egregia à Iustitia sc̄iēta possit ali-  
quam habere dignitatem? Quæ enim iniusta  
sunt, quāuis sint admirabilia, sunt odiosa, &  
inuisa, perpetuaque flagrant infamia. Quod  
quidem, in animi magnitudine facile cernit-  
ur. Reclē tu quidem, virtutem, à temeritate  
& audacia distingisti, cū dices, nō omnē  
animi alacritatē in fortitudinis rationem ca-  
dere, sed eam tantū, que rationis imperium  
sequitur, & pro Iustitia, a quæ cōmuni utili-  
tate

## D E G L O R I A

tate pugnat. Qui enim impetu cæco, & incōsiderato concitatus manu cum hoste confligit, eum nullo modo fortem, sed temerarium, & immanem appellari conuenit. Ille igitur tātum ut dixi fortis est, qui ratione parens nullum periculum pro salute communī recusat. Qui autem hoc animo est, egregia laude care re non poterit. Omnes enim mortales admirantur inuitūtū obut animi, nemini cedentis, nulli labori succumbentis, nullis periculis officia reliquentis. Nec verum est, inhumanam & impudentem audaciam cōstanti multitudinis opinione laudari. Quis enim homines cāde nefaria imbutos, sauguinemque perpetuo sidentes eo nomine laudandos putat, quod aliquod immane facinus intrepide suscipiant. Contrā vero quo maior est in illis ad scelus audacia, eo magis illos omnes mortales oderunt, & execrātur, malaque peste dignos existimant. In eo autem quod aīs, summos principes in iustissima bella suscipiendo summa quadā gloria floruisse, parum mihi videbis attendere, quae sit huius verbi sententia. Gloria enim ut sēpē dictum est, sine singulari hominī studio & benevolentia, ne intelligi quidem potest. Nemo enim pestilentiam, & vastitatē, nemo terra motum, clouionem, incendiū, & r̄ cliqua, quae vi incredibili ani-

mōs

LIBER QVARTVS ex  
mos hominum perterrent, glorioſa vñquam  
putauit. Ea igitur tātum laudari, ea memorie  
mandari, ea immortali religione consecrare  
cernimus, quae alia quadam mente, atque sin-  
gulari Iustitiae & pietatis studio geruntur. Ut  
igitur nec nature prodigijs nec truculētis bel-  
lūs gloria tribui potest: ita nec hominibus  
nihil omnino à belluarum immanitate distin-  
tibus. Quis enim est tam sine mente, qui no-  
men eorum nō oderit, quos accepit fuisse ge-  
neri humano pestilentes? Ergo cum gloria  
magna ex parte in hominum caritate sita sit,  
eos quos omnes existimant luce indignos ex-  
tisse, quibus etiam ad inferos perpetuū cru-  
ciatum extant, dices esse gloriam consecutos?  
Fuerint ille potentes & admirādi: horrificum  
bellum multis intulerint: innumerabiles na-  
tiones Martis vi peculerint: atque subegre-  
rint: gloria certe ne tum quidem cum se flore-  
tes, atque beatos existimabant, affici potue-  
runt. & nūc mortui, omnibus impuri, detesta-  
biles & execrāti videtur? Quod si levissi-  
mus quisque eos admiratione percussus ex-  
ollat, nō diu in ea opinione permanebit. Il-  
lam enim, breui tempore, ratio, atque medio  
cris animaduersio penitus euellet. Hic locus  
postulat, ut ordine tuo omisso nunc potissi-  
mum orationem illam refutemus, qua asseve-  
rabas,

## DE GLORIA

rabas, eos qui in singulari certamine furēter inito parem suum obturcant, insigni gloria cumulati. Eos enim ne minimā quidērā gloriā partem attingere contendam. Non enim fortes, sed furiōsi: nō honesti, sed impuri: non illustres & ampli, sed humiles, & obscuri sunt existimandi. Grauius tu quidem, & merito genus illud certaminis, ut omnibus institutis diuinis, & humanis infestum infectatus es. Quid enim habet turbulentum illud dissidiū insua in lacerendo contumelia, funebus ille tētrrimæ cōtentioñis exitus, quod non sit & omni scelere imbutū, & turpitudine insigui cumulatum? Eos tamēc̄ ais, in summa gloria vertari. Quomodo tandem? Aut qualis est ista gloria? Concurſus vndeque sit leuisimorum hominum, ut viros illos Martios inter se acriter, & animose sine ulla graui causa certātes spectent. Tribuitur magna laus illis, qui vel hominem sanctissimo sibi religionis fecerere sociatum iugulēt, vel mortiferam plagam ut amētissimae multitudini satisficiat, interrito vultu excipiunt. Sed velim mihi dicas, cum olim gladiatores inspectantes populo Romano depugnabat, num existimes eos qui sumili audacia paribus suis vitam eripiebant, sumili laudis genere caruisse? Immo quo plures & clariores spectatores habebat, eo maiore plau-

sum

LIBER QVARTVS. cxij  
sum excitabant. Quid autem mirum est, hominum genus abiectissimum propter inanē virtutis imaginem, eam laudē obtinuisse, quæ bestijs etiam dari solebat? Laudabatur enim ferg truces, & immanes, quæ multos homines in circō lanibat. Hac etiam ætate, in Hispania præsertim, cum in ludis publicis vndeque spicula in tauros intorquētur, illi qui magnā hominum stragem edunt, egregij tauri, atque nō vulgari pretio digni reputantur. Sic igitur homines isti nobiles, qui amentia præcipites in exitium ruunt, ab imperita multitudine laudem assequuntur, sed eam laudem, quæ sit illis cum impurissimis gladiatoribus, cū leonibus, cū patheris, atque postremo cum tauris etiam communis. Num quispiam afferuit, aut feras illas, aut homines efferatos, quorum ludus erat humanum sanguinem fundere, in gloria suisse? Minime quidem. Cur ita tandem? Quia gloria nullo modo consistit in leui, atque repentina multitudinis approbatione, quæ momento temporis evanescit. Ut igitur apud Romanos nō Mirmillones, nō Reptarij, nō Thraeces, non Hoplomachi, non deinde totum hoc operarum genus è disciplina Janistarum impurissimum & inquinatissimum, quāvis audax esset, in gloria vixit, sed Imperatores, & optimates virtute, greuitate,  
& con-

## DE GLORIA

& consilio patriam conseruantes: ita nunc nō in humana, ferum, barbarum facinus obētes in gloria vīgent, sed vīri constantes & graues amplissimae virtutis opibus Christianam Rēmp. fulcīentes. Nemo enim non videt isto rūm turpitudinem, qui vitam venalē habent: qui tui, aut aduersarij cāde, amētissimae multitudini spectaculum p̄abēt: qui sunt furoris ipsius mancipia, qui leuitissimis de causis gladiatorio generi mortis addicūtūr. Vide te igitur, quod genus laudis vita emendum putent homines amentissimi. Id nēpē, quod impuris gladiatoriis, & bestijs immanibus concedi potest. Deinde, quā cito memoria fac moris illius extinguitur. Postremo, quanta sceleris infamia deformatum sit. Qui enim in certamine spiritum effundunt, statim veniunt in obliuionem, & ita excedūt ē vita vt ne pompa quidem aut funeris & sepulturæ honore, quem vulgus hominum plurimi facit, obtineant. Victores autem, quis post triduum sapiens in magnis viris habendos putat? Quem admodum igitur olim gladiatores quāuis viatores ē circa discederēt, & pīcti veherentur in rheda eximio quodā planu celebrati, nemo non infames & detestabiles existimabat: ita isti quos similis in cōditione dissimili mortum fertas, atque barbaria delectat, quamvis

illo

## LIBER QVARTVS.

cxiij

illo tēpore cxiguo, in quo maior est levitatis & amētiae, quam rationi & iudicio locus, à levissima illa turba aliquod genus laudis assequatur: breui tamen omnium opinione in turpisimorum hominum numero reponuntur. Nec enim esse potest in scelere, diuturna multitudinis approbatio. Ergo cum gloria posita sit in constanti p̄a dicatione hominum, ingētia facta mirantium, & eximium ornamen-tum dignitatis insigni amore cōpletentium, illam tam inanem laudem, tam temerariam, tam repentinam, tam subito ex omni memoriā discedentem, atque postremo tanta sceleris immanissimi contagione maculatam gloriam appellabis? Nullo modo, mihi crede, potest gloria in tam tetro & impio, tam omnib⁹ testato, tam cunctis hominibus inuisio facinore, consistendi locum habere. Qui sunt igitur illi quorum virutem omnes summi, insimii, mediocres admirantur: quorum magnificam speciem intuentes studio incēduntur: qui nō vivi modo, sed multo etiam magis post mortem in ore omnium sunt? Illi nēpē qui insig-nem patriæ caritatem incredibili robore, atque virtute communiant: qui humana omnia quātumvis horribilia veri decoris tuendi causa despiciunt: qui vitam cum opus ita fuerit, patriæ reddere minime recusant. Mitū enim

P. est,

## DE GLORIA

est, ut afficiantur omnes, quoties audiunt, ali-  
quod facinus clarum & memorabile, pro salu-  
te omnium, cum magno vitæ periculo suscep-  
ptum: Tanta est enim huius virtutis admiratio,  
vt eos etiam, qui multis ante seculis patriæ  
suum sanguinem largiti sunt amare compella-  
mur. Codrus itaq; hominum commemoratio  
ne viget, qui se se in medios hostes invisit, vt  
morte sua patriam conseruaret. Clarissimam  
Leonide mortem pro salute Gracie oppeti-  
tam miris laudibus exornant. Decij sele pro  
patria deuouentes animos nostros sibi virtu-  
tis admiratione deuincidunt. Huius generis  
exempla innumerabilia proferri possunt, qui  
bas intelligamus non audacia, sed virtuti lau-  
dem immortalem tribui, nec patriam impor-  
tuna cupiditate vexantes, sed eam cum vitæ  
etiam periculo conseruantes omnium sermo-  
ne celebrari: nec illis qui omnia dominâdi li-  
bidine peruertere, sed qui è suorum ceruici-  
bus hostiū impetu insigne virtute depuluerent,  
diuinos honores haberi. Sed minime neces-  
se est nobis hoc in loco diutius immorari, ad  
alia præsertim festinatibus. Restat vt aliquid  
etiam de Temperantia laude dicamus. Est  
enim in hac virtute totius honestatis deus,  
& lumen constitutum. Regit enim, & conti-  
net omnes affectiones, vnde appellatur Tem-  
perantia,

LIBER QVARTVS. cxvij  
perantia, quod insist in illa animorum tempe-  
ratio quedam, & admirabilis ex vario & repu-  
gnante affectionu genere concepsus. Græci ap-  
pellat Sophrosinū, quasi Sozousa phrosis isin  
Conseruat enim maxime prudentiam: & con-  
siderata iudicia rationis salutari præsidio con-  
firmat. Parum enim iuvat recte sentire, si sta-  
tim nos libidinis immanitas à recta sententia  
depellat. Hoc igitur efficit Temperantia vt ra-  
tio imperium facillime teneat, atq; pro digni-  
tate regium munus administret. Refrenat  
enim libidinem: voluntatem nefariam repel-  
lit: insuitis cupiditatibus obsistit: & omnes  
denique motus animi temerarios atq; turbu-  
lentos coerget, & cōprimit. Ex quo efficitur,  
prudentiam, atque iustitiam modestię mune-  
re contineri. Tunc enim demam vel vera cer-  
nere, vel recta atq; simplicia conjectari possu-  
mus, cum omnis libido comprimitur. Nam ve-  
rò illa magni animi indoles, ad res altas & ar-  
duas aspirans, si modestia vacat, virtutis no-  
men habere nō potest, ed extremi furoris &  
amentiæ. Qui enim ita elato animo sunt, vt  
modum non teneant à rationis imperio defi-  
ciunt, & impetu cœcorunt, omnia quocum-  
que se conferunt euertentes. Cum autem pre-  
cipuum munus huius virtutis sit, in omni offi-  
cio modum & ordinem conseruare, & id quod

## D E G L O R I A

in qualibet re maxime deceat amplecti, necessario complexa est omnem pulchritudinis excellentiam. Ut enim qui temeritate & amnesia ducuntur, aut alicui proterue nocent, aut molliter & effeminate se gerunt dedecus insigne concipiunt: ita qui animo recte constituti sapientiam & exequitatem colunt, & humana cuncta despiciunt omnia honestatis lege metientes, omnibus simul dignitatis opibus excellunt. Ergo cum hec virtus omne dignitatis ornementum in se contineat, & virtus ex se necessario gloriam generet, relinquitur omnem gloriam in temperantia consistere. In ordine enim vita & constitutio, sita est honestas omnis, & in confusione turpitudo. Quid enim quæso, Achillis iracundia, aut Aiakis furore turpius? Quorum alter luctu atque lachrymis quantum sibi ipse displiceret ostendit; alter dedecus impotentia animi conceptum morte dele re constituit. Quod si homines laudis audi, propter intemperiaræ recordationem se ipsi oderunt, quod tandem de illis populi vniuersi iudicium fore suscipiamur? Fieri ne potest ut multitudo sit in quemquam natura clementior, quam est quisquam in se ipsum? aut ut certeat aliquis acutius sua flagitia, quam vulgus ad alienum dedecus animo notandum semper intentum? Quod autem ad Annibalem

attinet,

L I B E R Q U A R T V S. cex attinet, si talis eius natura fuit; qualis à Silio describitur, ecquæ existimas, qui tatum illius immanitatem non exhoruerit, atque detestatus sit? Cum igitur odio hominum flagrabit, ad gloriam peruenire non potuit. Non est ita inquis, Immo præcipiti & effrenata mente eam gloriam est adeptus, quam animi moderatione atque temperantia nunquam assequi potuisset. Pergis ne gloriam in hominum meru atque consternatione ponere, quæ tota est in animi dignitate atque beneficentia collaudanda? Fuit ille quidem stupendus, fateor: sed ita, ut horrida & infesta pestis, non ut vir egregia dignitatis laudibus abundans. Quod etiam in Alcibiade perspicere potest, qui cum egregiâ indolem intemperantia contaminarit, ignorancia sempiterna maculis est aspersus. Idem de Pausania, cuius etiam memoriā intulisti, & reliquis eodem morbo oppressis afferendū est. Nam quod ad Alexandrum attinet, quantum illius dignitati intemperantiae dedecus offerat, explicari non potest. Quamvis enim magnum nomen animi præstantis altitudine, & multis continentia exemplis adeptus fuerit, postquam sese immensa luxuria, impiaque multorum cæde commaculauit, extremam ignorantiam subiit. Factum enim est ut illius nomen paulo ante hostibus etiam caru, esset re-

P iii pen

## DE GLORIA.

pente amicis prope omnibus intussum. In vniuersum autem, quos dixisti gloria magnitudine insolentes & furiosos extitisse, in nūquam ullum verè laudis gustū habuere , nec solida gloria, sed iactatione, & leuitate à mentis statu deieicti sunt. Non enim erant virtute vera, è qua gloria omnis emanat, stabiliti, & ideo nec ventosam populi celebritatem, nec honores eximios ferre atq; fastinere vlo modo potuerunt. Perinde enim atq; parua cymba nauis onerariæ velis & armamentis instructa vē tum sustinere non potest, sed leuissimo flatu iactata deprimitur: ita isti, cum virtutis amplitudine & grauitate careant, honorib<sup>z</sup> eximis tamquam ventis vehementibus obrvuntur. Vide autem quām grauiter Plato omnem vitæ dignitatem in animi moderatione ponat. Sic enim ait in quarto libro de Legibus. Deus quidem ò viri , vt ex antiquorum scriptis acceptimus, omnium rerum initium, extremum, & medium numine suo cōplectens , ita recta per omnia pertinet, vt orbē natura conficiat. Illum autem sequitur iustitia, in eos qui à diuina lege deficiunt leuere vindicās. Porro autem, qui vitæ beatæ compos futurus est, iustitiam amplexus , humili ornatu subsequitur: qui vero ductus insolētia, vel opibus, vel honoribus, vel forma corporis elatus, tum inuenita &

L I B E R Q V A R T V S. cxvj  
ta & amentia præceps ardentiq; impetu ani-  
mi concitatus, cum tanta contumelia , vt sta-  
tuat nullius se principis aut moderatoris ope-  
ri digere, sed esse potius ad alios regendos in  
structum, is à Deo deseritur. Deseritus autem  
& alios ijsde opinionibus inflatos sibi socios  
adiugens, exultat, omnia perturbans. Et pri-  
mum quidē apud multitudinem in viris ma-  
gnis habetur, sed breui dignas peccas iustitiae  
pendens, se ipsum, donum, vniuersamq; pa-  
triā fanditus euerit. Verba Platonis expre-  
si, quibus vir ille summus omnē gloriae ratio-  
nem in iustitia cultu, & in humilitate collocā-  
dam putat. Illius enim tantum firmas, & stabi-  
les opes esse dicit, qui deum omnia prouiden-  
tem, atq; moderantem intuetur, sibique nihil  
assumens omnia beata vita præsidia in ope  
caelesti, diuinæque virtutis initiatione confi-  
tuat. Superbi vero, & insolentes, suisq; opib<sup>z</sup>  
nimium præsidentes, cum in decum non respi-  
ciant & ita diuinæ mentis lumine careant, in  
tenebris r̄aunt, omnia temere commiscentes  
atq; perturbantes. Breui itaque flatu inanissi-  
mi rumoris elati cum insigni patriæ calamita-  
te in sempiternum dedecus incurvare. Vnde  
colligit idem Plato , esse neum supplici ani-  
mo venerandum, & omni studio sequendum  
omnibus , qui laudem & dignitatē caram ha-  
bent.

## DE GLORIA.

bent, neq; aliam esse censet ad vitæ splendorem viam, quām quæ diuinæ virtutis similitudine, & animi moderatione continetur. Sic enim ait eodem in loco. Quod nam erit igitur officium Deo gratum, & cum illius natura cōgruens? Vnum certè vna priscorum hominum sententia contentum. Aiunt enim, simili simile, quod quidem est ratione dimensum, gaudere. Quæ enim modum non habent, neque secū inter se, neque cum ijs, quæ certa ratione & modo definita sunt, vlo pacto cōuenient. Deus autem nobis modus atq; mensura est multo quidē certior pecunia, & multo exactior quām mens humana. Is igitur qui in Dei amicitiam vēturus est oportet, vt quām maxime possit ad illius similitudinē accedat. Hac autem ratione efficitur, modestum esse Deo carum. Est enim illi similis. Intemperās vero dissimilis, & ab illo dissidēs, & iniustus. Hæc Plato. Quibus nihil potuit dici p̄aclavius. Primum enim similitudine sumpta ē magnitudinibus cōmuni dimensione carētibus afferit incontinentes, proteruos, atque petulantes, neque bonis, neque sui similibus vlla ratione cōiungi posse. Cum enim eorum infinita cupiditas nequeat vlo modo terminari, & idem omnes ardētissime cupiant, multo maior existit inter illos cōtentio, quām inter bones

LIBER QVARTVS exij  
nos & improbos excitari plerumq; solet. Tū illud quām sapiēter dīctum? Non pecuniam, quam multi communem rerum omnium mēsuram esse statuunt; non mentem humanam, qua quidam omnia moderanda putant: sed Deum ipsum esse modum, rationem, & regulam, qua sint omnia vītē officia dirigenda. Ita autem sit, vt illi moderati sint, qui sese ad Dcī voluntatem, tamquam ad exactissimam vītē legem, & normam accommodant. Qui cum Dei similes sint (necessè enim est vt si illis extimia cū Deo similitudo, qui sua omnia diuina lege & ratione metiūtur) Dei sibi amorem conciliant, & illius opibus illustrantur. Vt igitur omnes impuri, & interoperantes, cum Deum à quo valde dissident, infensum habeant, & honestis hominibus odiosi sint, & flagitiosis etiā vehementer inuisi, luce omni dignitatis orbati concidunt: ita mites, atque mansueti tranquille omnia, atque moderate gerentes, cū in Deum respiciant diuino quodam lumine colludent, & bonis eari sunt, & improbis admirandi: atque ita tandem diuino & humano iudicio immortalem claritatem assequuntur. Ex quo efficitur omne gloriæ lumen esse in temperantia positum. Non igitur impotente, & ira cundi nō superbi, & insolentes, omniaque furore, & inaudita libidine

## DE GLORIA

dinc perturbantes gloria florent, sed qui iracundiam cohibent, libidinem refranāt, animum temperant, & quanto magis excellentur opibus, tanto se submissius gerunt, & ordinem atque modum in omni officio conservant. Hi constantes & graues homines, hi viri magni, atq; planē dei similes habentur, & omnium tādem consentiente laude celebrantur. Ergo, vt iam huic parti suam imponamus, si illi tantum quos neque amentia vexat, neque nefaria habēdi cupiditas inquinat, neque formido concutit, neque vis libidinis inflamat, in gloria sunt: sed qui sapientia florent, & omnem curam, & cogitationem in publica salute defigunt, amboque magna sunt, & inuidio, quem quidem lege diuina moderantur: relinquuntur plane, omnia egregiae cuiusdam laudis ornamenta, esse necessariō cum virtutum maximarum studio coniuncta.

cxviii

## HIERONYMI OSORII LUSITANI DE GLORIA LIBER QVINTVS.



VNC TANDEM inquit Metellus reliquum est, vt ostendas, quam vim habeant argumenta illa quibus contendebat Augustinus, gloriæ studium Christianis institutis aduerteret. Tum ego: Ea vero quæ haec tenus adducta sunt, fatis superque puto ad illa diluenda. Si enim inquit constat, nullam esse in temeritate, & amentia ad gloriam munitam viam, si laus omnis in eximia virtutis elegancia consistit, & omne studium Christiani hominis excellenti virtuti dicandum est, quid clarius esse potest quam gloriæ cupiditatem esse cū Christiana disciplina copulatam? Quis fieri enim potest, vt quisquam singulari studio virtutem colat, virtus autem ipsius decus, & ornamētum despiciat? Quod quidem si diuini homines indignum virtutis præstantia putauissent, nunquam splendore illius inuitaret eos, quos omni virtute instruatos

## DE GLORIA

Eos & ornatos volebant. Audi enim quibus verbis magnus ille Moses populum in amorem pietatis allecite & inuitet. Sic enim ait. Hæc est vestra sapientia & intelligētia in genitium luce, & celebritate cōstituta, vt audiētes vniuersi huius diuinę legis instituta, dicāt. En populus sapiēs, & intelligens, gens magna. Vides ne quali oratione vir ille summus ostendat gloriam esse diligendam? Non mediocrem enim vim in eo argumento sitam putat, ad populum amore pietatis inflammandum, quod ipsa pietas sit apud omnes miris laudibus efferenda. Idemq; statim subiungit. Non est vlla natio tam illustris & ampla, vt deos præsentes habeat, sicut nos habemus dominum Deum nostrum præsentem, & nobis in votis & precibus occurrentem. His verbis Moses non modo gloriam exornat, sed illius fontem aperit. Deo enim carum esse, illius m̄te gubernari, cælesti præsidio communiri est maxime laudabile, & gloriosum, & omnium sermone celebrandū. Multa ex huius sanctissimi viri scriptis proferre possem, quibus videretis, quantū se imper oēs vera gloria stimulis ad studiū virtutis incenderit. Sed ad diuinā vitis atque clarissimi Regis carmina festinat oratio. David igit, vt alios inter illius & Mosis tempora interjectos omittā, quanto

LIBER QVINTVS. cxix  
to studio gloriam tueretur? Quanta ani contētione dedecus repellit? Quād indigne patitur eorum inuidiam, & immanitatem, qui laudes ipsius obscurare nituntur? Quousque tandem, inquis, o viri, gloriam meam deformatis, & alibi, Domine, inquit, si feci istud, intelligebat autem falsum sibi crimen illatū, si manus meas scelere maculaui, si domesticis meis aliquid mali machinatus sum, & non potius ita me gessi, vt inimicos etiam meos à debita peste seducerē, hostis me persequatur, at que petat animam meam: comprehendat atque proterat vitā meam. Grauis sanè imprecatio. Nihil enim videbatur fieri posse calamitosius, quam in hostiū manus incidere, & sanguine suo crudelitate illorum sciare, nisi id ultimo loco addidisset, quod omni diritate tētrius existimabat. Adiungit enim. Gloriam meam intingat, & abiectat. Hæc oratio videtur ne tibi hominis laude contemnentis? an eam potius omnibus virtute commodis longe præferentis? Iam vero cum excitatur ad diuinæ maiestatis amplitudinem, auguste atque sancte venerandam: cum illius erga se beneficia infinita commemorat, quid illo tam grandi carmine celebrat magnificenter, quā gloriam sibi à deo tributam? Pugnas itaque suas victorias, atq; triumphos extollit, omnia summae

## DE GLORIA.

in laudis ornamenta, quæ fuit diuina benignitate consequitus, oratione complebitur neque tantum potentia aut imperij finibus, quantu[m] claritate nominis, inceditur, ad Dei laudes, caelesti quadam harmonia concinendas. Illius autem ultima verba, quæ dixit, cum iam mors appropinquaret, nonne aperte declarare quantum illi nominis amplissimi studium extiterit? Nam neque nomen suum neque parentis reticuit: & cū maiestate suam esset oratione complexus, musicu[m] illud artificium quo tantum diuinae mentis viribus excitatus excelluit, nullo modo silentio præteriuit. Huius sapientissimi viri sapientissimus filius Solomon, quæ præmia proponit inuentit? quibus munericibus adolescentes ad sapientiae studiorum in principe operis inuitat? Non alijs certe, quam regiae dignitatis insignibus, quibus excoluntur omnes animi, qui diuinæ legi parent. Ait enim in eodem libro, iustitiae memoriam esse iucundam, atque sempiternam: impiorum autem nomē quasi tabe excusum, atq[ue] confessum euangelizare, claramque famā esse omnibus opibus & facultatibus anteponendam. Alibi vero, cum rerum humanaarum imbellicitatem, huiusq[ue] miseræ vitae soli studines, & angores esset elegantissime persecutus, omniaque tandem humana, ut le-

nia,

## LIBER. Q VINTVS.

cxx

via & inania conteneret, vnam gloriam exceptip[er], & quasi mente incitatus exclamat, illius suavitatem yuguétis suauissimis & odoribus esse prefere ndā. Multa possum ex huius lumini Regis scriptis memoriter pronuntiare, quibus ea confirmetur opinio, gloriam nempe esse pijs hominibus expetendam. Sed par est, vt rationibus etiam pugnemus. Atque priu[m] illud afferamus, obscuritatem, ignobilitatem, ignominiam, & dedecus esse diuinae vindictæ supplicium conseleratis hominib[us] interrogatum. Legimus enim eorum nomē qui diuinam religionem impie, atque nefarie violauerunt, sive ex hominum memoria penitus euulsum. Apud Mosem vero neus ipse prædictis impijs, fore nisi resipiscat, vt eorum nomē obliuione scipiterna conteratur. Alibi autem idq[ue]; multis in locis minitatur infamiam omnibus, qui legem neglexerint, atque sacra polluerint. Ieremias autem ita sub Dei persona in Iudeos inuechitur. Euellū, inquit, vos, & ciuitatem istam exscindam, tradamq[ue]; vos grauissimis ignominia[m] maculis iniustos hominū memorie sempiternæ. Ex ijs & alijs locis infinitis, quos breuitate dici adponitus omitto, apertum atque perspicuum est ignominiam esse supplicium hominum impietati & secleri à diuino numine constitutum. Qua

xv

## DE GLORIA

re minime mirandū est , viros interdum san-  
ctissimos infamia quoddammodo frāgi atq;  
debilitari: & qui contra omnia fortunæ tor-  
menta egregie muniti sunt, ignominiæ tempe-  
state sāpē cōuelli . Quod in Iobo , Dauide,  
Neemia, & alijs viris sanctissimis, & fortissi-  
mis cerni potest, qui cum reliqua omnia inui-  
cta virtute sustinerent, indignè ferebāt igno-  
miniam. Quod si tantum malū est in sepulti  
nominis obliuioe, in dedecore , & infamia,  
vt in ea sepe numero videā vltio diuina con-  
sistere, consequens est vt laus , & gloria sit in  
diuinis muneribus habenda. Ea si viri pietate  
præstātes nō sine causa vituperatione , & con-  
victio perturbantur, par est , vt laude & prædi-  
catione delectentur. Quod autem gloria sit  
diuinum beneficium, Moē in primis ostendit. Hoc enim Israēl denuntiat : futurū nem-  
pē, si diuinis institutis obedierit, vt sit à Deo  
locatus in summa gloria, & cunctis genitibus  
honore antelatus. De Iesu vero illius succe-  
fōrē scriptum est, dei munere fuisse nomē il-  
lius per omnes terras cum summa omnium  
admiratione peruagarum. Apud Samuelem  
siebat Deus. Eū qui me coluerit honestabo,  
qui autem me cōcūmunt , erunt contempti.  
Non igitur immerito Dauid multis in locis  
asserit, illam omnem gloriam qua mirificere  
dundabat,

LIBER QVINTVS. exxij  
dundabat, esse diuinæ beneficentiæ referen-  
dam. Illum itaque perennem gloriæ fontem  
carmine perpetuo celebrat : illum summum  
authorem decoris, & dignitatis intuetur: in il-  
lius cultu claritatem omnem positam esse do-  
cet. Ex quo apparet, gloriā esse cœlestē quod  
dam munus apud autinos pios collocatum.  
Ergo cum non nisi atq; famæ celebritas sit in  
diuinis bonis numeranda, sapientem appellā-  
bis eum, qui illam aspernatur? qui lucē ipsam  
fugit? qui beneficiū diuinum repudiat? Chri-  
stus, inquis, precipit, vt à gloria, tanquam à re  
pestilente, atq; perniciosa fugiamus: quasi ve-  
ro Moles, Dauid, & reliqui, quorum testimonijs  
vñus sum, non ea quæ protulere, spiritu il-  
lius afflati protulerint. Erat enim iam ilis tē-  
poribus Christi numen illorum animis inclu-  
sum. Sed de illius institutis postea videbi-  
mus. Nunc vero ex te libenter audierim, num  
Christus à cælo in terras delapsus est , vt rē  
naturam quas ipse fixit, eucrteret: immo ve-  
ro, vt eam iacentem erigeret, atq; cœlesti p̄r-  
sidio confirmaret. Gloria autem appetitum  
esse in animis natura insitum abunde demon-  
strat. Necesse est igitur vt animus tū car-  
dentius laudem appetat , cum fuerit morbis,  
qui illum impediunt omnino liberatus. Tunc  
enim incorruptus, atq; sui similis permanens,  
Q. vim

## DE GLORIA

vim atq; naturam suam clarius ostendet. Ergo cum Christus omnes morbos quibus erat oppressum genus hominum à suis omnino depulerit, consequens est, vt illi qui Christi ope ex illis malis, quæ naturam humanam deprivabant, emerſere, ad gloriam adſpirent, atq; tanto ardenter gloriam expetant, quanto maior ardor honestatis in illis existit. Deinde quid impudentia tertiis? quid hominum vite pernicioſius? quid Christianæ religiōnis castitati magis infestum? Nequam enim hominem & improbum poteris aliquando fortasse ignominia metu à flagitio renocareat qui pudorem omnem amavit, nihil sibi reliquum fecit ad effrenatam libidinem aliqua ex parte cohibendam. Quo circa non imerito viri sanctissimi hoc impudentia nomine, omnem motum immanitatem complectuntur. Quale est illud Itaice. Scelus instat Sodomæ præſeſtulerunt, nec occultuerunt. Item illud Ieremia. Frontem perficieisti, meretricis impudicitiam fulcepiſti. Quod si nihil existimat apud nos impurius inuerecuadæ frontis audacia, nihil erit moribus & iſſitutis Christianis aptius quam pudor & verecundia. Pudor autem nihil aliud est, quam vehemens motus animi dedecus sufficientis, laudemque maxime consequentis.

Ex

LIBER QVINTVS. exxij

Ex quo efficitur, Christiani hominis esse, deus & laudem intueſi. Præterea, cum hominibus Christianis omnis opera in eximio virutis culta ponenda sit, qui posſunt id negligere, cuius ope vident omnem cōtentione in virtutis studio ſuceptam facililime sustine ri? Quantam enim vim habeat laudis suauitas, ad pericula negligenda, voluptates nefarias repellendas, labores ingētes ſubendos, ſatis fuit antea demonstratum. Id autem impulit Paulum diuinum hominum, vt tam ſep̄ eos, quos ad virtutis altitudinem instruit, laudis suauitate deliniret, Romanorum enim pietati atq; religioni gratulans dicit, eoruſam iam limes orbis terrarum peragrasse. Ad Philippenses vero ſcribens, eos ait, inſtit Syderum, lumen ſuum longe lateque diffundere Corinthios autem sanctissima templā, atque delubra diuini ſpiritus appellat. Omnes denique ad quos ſcribit, laudibus inuitat, ad pietatis certamen alacrius incundum. Petrus itē quam magnifice exornat eos, quos ad ſumum gradum virtutis adhortatur? Vos, inquit, eſtis genus electum, regium, ſacredan-ctum, & ab omni terra contagione ſecretum & liberum. Sed quid horum caeleſtium hominum testimonijs vtinatur, cum ipsum celi domum authorē habemus? Discipulos enim

Q. ij ſuos

## DE GLORIA.

suos coram laudans, eos mundi lucem appellat, & vt ciuitas in edito loco, & excelso sita occultari nequit: ita illorum excellētem virtutem celari & occultari non posse confirmat. His igitur laudibus eos vehementius allicit ad omnes tempestates atq; præcellas invicto animo subeundas. Ergo si tantum virtutis instrumentum est in laudis suauitate positum, vt ea sibi viri cœlesti quādam atque diuina virtute prædicti, vtendum esse duxerint ad animos hominum amore pietatis vehementius incitandos: si Christus ipse suorum mentes ad summum virtutis studium magnificentia laudis inflamat: possamus ne dubitare, quin laus egregia sit diuinum quoddam imbellicitatis humanæ subsidium, ad omnes labores animo maximo perferendos valde necessarium? Iam illud quantum est? Omne videlicet Christianorum studium, omnem operam, industriam, curam, cogitationem, omnem denique mentem esse ad communem salutem generis humani conferendam? Quid autem magis homines iuvet, quam egregiæ famæ celebritas, & amplitudo, haud quaquam reperietis. Est quidem liberalitas, & beneficentia satis utilis, sed ea utilitas aī multos permanere non potest. Vniuersi iustitia, vniuersi ciuitatis opes cōtineri fortasse aliquando possunt, quæ tamen illo

## LIBER QVINTVS.

cxxij  
illo extinto corrident. Sic etiam fortitudo cuius vnius ciuibus tantum suis erit aliquo tempore salutaris, non tamen altis, nec suis quidē semper. Hoc etiam modo, sapientie, continetia aliarumque virtutum omnium fructus, est angustis finibus, & exiguo vita spatio circumscriptus. At fama iustitiae, fortitudinis, liberalitatis continentiae, & omnium denique virtutum non paucis sed omnibus, non modo suis sed etiā in exteris, non una tant imitate, sed in multa sæcula, atq; prope infinita consumulit. Nec enim tatum valet ad præsentes ampla dignitatis specie commouendos: sed ad omnem posteritatem exēplo virtutis inflammāndam. An tu credis fieri potuisse in tantæ scelerum omnium colluione, crescēte subinde luxuria, vitiiorumque multitudine mentes humanas obruente, vt aliquod virtutis & industria vestigium in hominum vita resideret, nisi quorundam animi virtutis egregiae monumentis excitari, sece ad virtutis studium applicuissent? Laus laus inquam, & gloria hominum dignitate florentium omnium prædicatione celebrata, & monumentis annalium cōferrata, languentes animos exuscitat, & amore dignitatis incendit, atque facit tandem, vt omnia humana quantumuis aspera & difficultaria contemnant, & honestatem, in maximis la-

Q iiij boribus

## DE GLORIA.

boribus & periculis acri studio cōscētentur.  
Ea autem de causa, sancti scriptores non modo nobis sanctorum hominum expressas imagines relinquunt, sed etiam nos, ad eos intuēdos & imitandos omnibus modis adhortati sunt. Illos itaque qui pietatem yoice coluere, diuinis titulis & ornamentis illustrat: nos autem acerrimus interdum verbis insectantur, quod vitæ nostræ consilia excellētium hominū cogitatione minime confirmemus. Quod certe nō fecissent, nisi planè iudicassent, nihil ad vitia ex animis extirpanda, virtutesque serendas, hominumq; vitam honestatis opibus excolandam vilius inueniri posse, quam clarorum hominum maxime claram & nobilitatem virtutem. Etenim ut nulla maior pestis atq; pernicies rebus humanis inferri potest, ea quæ nascitur ex aliquo inauditi sceleris exēplo: ita nihil est ad homines in officio contiñendos vilius, nihil ad communis vitæ cultum salutarius, quam virtutis eximia monimentum. Quod si præstantium hominum memoria ijsdem regionibus, quibus vitæ spatiū circumscriptum est, terminata fuisset: eorum que res gestas idem tumulus qui eorum corpora contegit obruisset, quem tandem fructū ab illis caperemus? Nanc vero dici non potest quam nos iuuet illorū gloria æternis monumentis

## LIBER QVINTVS. cxiii

nimentis celebrata. Cum igitur constet, tantum fructū afferre hominibus nominis claritatem, vt sine illa parum sit utilitatis in virtute Christianique hominis officium sit, vitam etiam si opus fuerit, pro omnium salute profundere, quid minus Christiano conuenit quam gloriam repudiare? Evidem cum qui gloriam omnibus modis aspernatur atq; respuit, non impudentem modo atque naturæ communis ignarum, vt quidam homines sapientes: nec angusti atque parni animi, vt plerique: sed etiam inhumana atq; ferum appellabo. Tu cum officium tuum sit omnium utilitati consulere, ijsq; legibus adstrictus sis, vt quantum possis variuersum genus humanū tueri debcas, id negligas atque despicias quo nihil potest hominum vita salutarius inneni ri? Si te non pulchritudo laudis allicit, utilitas certe communis te ad eam amandam in citare debuisset. Nunc vero cum nobilitatem despicias, aut non intelligis quantum fructum rebus humanis afferat hominum præstantium fama, aut intelligis quidem, sed id ad te pertinere non putas. Si non intelligis, fatuus & amens: si cum intelligas id minime curādum putas, inhumanus & ferus es existimandus. Quantum enim in te est, non modo dignitas tuæ lumen, sed hominum salutem repu-

## DE GLORIA

dias. Illud postremo tantum est, ut nemo pos-  
sit sine graui crimen laudem abijcere. Sum-  
mum enim & extremum omnium bonorum  
quod sunt omnia studia, officia, cōsilia vitae re-  
fendenda, ad quod omnes curæ, cogitationes,  
& omnes denique rationes honoris, laudis,  
& dignitatis dirigendæ sunt, est ille summus  
omnium rerum fator, atq; moderator, à quo  
animum hausimus, & tantis, tamq; diuinis be-  
neficij affecti sumus. Si igitur ingratia animi  
crimen & scelus exhorremus: si beatæ vitæ cō-  
potes fieri ardenter optamus, nihil tata cura,  
& studio moliri debemus, quām vt Dei no-  
men ample, magnificeque apud omnes natio-  
nes illustretur. Quid autem magis Dei glo-  
riæ illustret, quām Christiani hominis digni-  
tas, non facile reperies. Talem enim gentes à  
nostris institutis abhorrentes opinionem de  
Christi numine cōcipiunt, quales sunt iij mo-  
res quibus Christianam, nunquid diuino  
consecretam nationem præditam esse conspi-  
ciunt. Inde sit, vt nihil magis dedecoret apud  
homines summi Dei nomē, quām turpitudi-  
nis infamia à Christianis impie concepta. Ut  
igitur Christianorum flagitia quodammodo  
in Dei contumeliam redundant: ita nihil clari-  
us illius bonitatē in omnium conspectu cō-  
stituit, quām Christiani hominis decus excel-  
lens

## LIBER QVINTVS.

cxxv

lens. Multo enim clarissimum numen in ani-  
mis pietate atque virtute florentibus elucet,  
quām in hac vniuersæ naturæ fabrica quam  
oculis intuemur. In naturæ cōsim operibus,  
opificiū summi conditoris, ornatum atq; pul-  
chritudinem mundi, quasi regiarum ædium  
elegantiam & magnificentiam aspicimus: in  
animis autem omnium virtutum ornamenti  
quasi gemmis & auro fulgentibus effigiē di-  
uina mentis admirantes, obstupescimus. Ea  
autem de causa Petrus Christianos literis ad  
hortatur, vt sic inter gentes vitam instituant,  
vt omnibus admirationem commoueant.  
Sic enim, inquit, sicut vt qui modo vos quasi  
maleficos insectetur, opera vestra bona respi-  
cientes Deo gloriam tribuant. Paulus vero  
quām multis in locis admonet, ne vñium im-  
pijs sermonem demus: vt omnem maledicen-  
di materiam amputemus: vt decoris & bone-  
statis cor. in omnibus hominibus studiosi si-  
mus? Sic enim ait, futurum, vt illustri dignita-  
tis exemplo multi virtutis studio incandan-  
tur, & diuina virtus debitib; laudibus effera-  
tur eamq; sibi causam afferit, quod tanto stu-  
dio, mnneris sui functionē, clarissimæ virtutis  
operibus illustret, vt gentem suam æmula-  
tione incendat: atque ita tandem aliquos ex  
Hebreis ad verū dei cultum traducat. Porrò

Q. v autem

## DE GLORIA.

autem cum docet Timotheum qualem sacerdotem deligi conueniat, adiicit in fine, oportere, et non solum a piis sed ab ipsis etiā & aliis detur illi honestatis & innocētiae testimoniū, qui Pótifex creandus est. Idem ad Corinthios scribit se mortem facilius passurum, quām vllam gloriæ suæ immunitionem. O vinum hominem, atq; verē gloriæ cupiditate flagrantē, nempe qui illius tuendæ gratia, neque mortē, neque cruciatum vllum recusat. Videbat enim nihil esse in rebus humanis neque ad salutem generis humani fructuosius, neque ad Dei virtutem prædicandam illustrius, quā piorum hominum claritatem. Ergo cū nihil clarius in omni natura Dei laudem & gloriam ostēdat hominibus, quām illustris piorum hominū laus, & omnis animorum contentio ad diuinam gloriam referenda sit, qui possunt gloriā sine graui, tetro, & impio crīmine repudiare? Christi tamē in quis præcepta gloriā tollere. Inanem quidem gloriam, que vel ex inani plausu populi caduca, & fragilia laudantis, vel ē simulatione virtutis existit: nō illam quā ex vera virtute nascitur: Nec eorum studium damnat, qui gloriæ seruunt: sed qui errore hominum ad cāse periculos esse confidunt, & ita quod erat diuino beneficio tribuendum, in amentia populari

LIBER QVINTVS. exxy<sup>j</sup>  
pulari collocandum putant: qua quidem nulla capitalior pestis esse potest. Mētem enim omni luce spoliat, & à rebus diuinis abstracta in terras ita deprimit, vt nullo modo possint verum animi decus intueri. Hoc est autem quod Christus ipse perditissimis hominibus dicebat, quomodo potestis credere, qui gloriam ab hominibus accipitis, & gloriā quā à solo Dōco est nō queritis? nihil est enim quod mentem magis impedit quo minus cælestis disciplinæ lucem accipiat, quam illius gloriæ cupiditas, quā errore hominum compariatur. ita igitur sit, sit vt qui terrenis rebus addictus, inanē laudem ardenter appetit, cū vera virtute careat, nunquam ad veram gloriam adspicet, quam solus Deus solum pietatis & honestatis cultoribus elargitur, verum enim decus quod est nō in falsa opinione, sed in vera virtute positū, vt antea disputauimus, Dei munus atque beneficium est. diuina autem beneficia non repudianda, sed gratissimis animis accipienda sunt. Immo inquis laus etiam vera fugienda est. Id enim Christus præcipit, vt præclara numera obeuntes oculos hominum vitemus. Quando id? aut quomo do? Nec enim id præclarum dici debet, quod in inani specie virtutis inest. Qui autem extremū virtutis finem in humana laude constituunt, non

## DE GLORIA.

virtutem colunt, sed virtutem simulando sce-  
lus immane concipiunt. *Dirum enim est, im-*  
*pium est, exerādum est, non dico in huma-*  
*nas opes, sed ne in gloriam quidē, aut virtu-*  
*tē ipsam, ē qua gloria omnis existit, vt in sū*  
*mum bonum respicere. Deus enim Deus so-*  
*lus est illud vltimum omnium bonorū quō*  
*sunt omnia vitæ consilia dirigenda. Qui igi-*  
*tur gloriam vt vltimum bonum respicit, fru-*  
*ctum omnem virtutis amittit. Nulla enim*  
*virtus esse potest, nisi ad Deum virtutis ipsius*  
*auctōrem referatur. Extincta autem virtute,*  
*extingui gloriam necesse est, & ita fit vt nulla*  
*verē gloriæ ratio constare posset, nisi illis qui*  
*semper in Deum respiciunt, & omnem cele-*  
*britatem ad diuinū nominis amplitudinem di-*  
*rigendam existimant. Qui igitur opus ali-*  
*quod specie honestum ita molitur, vt in hu-*  
*manam laudem, quasi in vltimū actionis finē*  
*respiciat, nihil amplum aut præclarum susci-*  
*pit, sed potius in se impiū atq; nefarium sce-  
lus admittit. Ab hoc autē scelere grauissima*  
*Christi oratione deterremur. Hoc enim san-*  
*cit, ne cum Deum precamur, cum inedia libi-*  
*dinem refrenamus, cum egentibus opitula-*  
*nur, nobis auram popularem vt summū præ-*  
*mium proponamus. His igitur præceptis nul-*  
*lmodo nos à gloriæ studio recuocare cōten-*  
*dit.*

LIBER QVINTVS. cxxvij  
dit, sed ab illa inanitate, qvæ pulchritudinem  
gloriæ corrupcit. Quod eò erat diligentius  
faciendā, quo gloria magis omnibus huma-  
nis opibus antecellit. Qui enim ad volupta-  
tem, vel ad pecuniam, vel ad alias res fluxas  
omnia referunt, facile possunt intelligere, in  
quanto errore versentur. At gloriæ splendor  
tantis est, vt illius etiam species homines ho-  
nestatis amore flagrantes commoueat, illis-  
que sēpē ruinæ periculum intendat. Fit enim  
interdum, vt laudis specie capti, eam non ad  
aliud præstantius bonū referandam, sed per  
se sequendam, & amandum iudicent. Ne igi-  
tur insita laudis cupiditate prolapsi corrua-  
mus, illa cautio adhibenda est interdum, ne  
opes nostras ostentemus, donec cum statum  
assequamut, in quo tñdō possimus eas expli-  
care: fructum nobis laudis, non laudē ipsam,  
sed hominum salutem, atq; Dei gloriam pro-  
ponentes. Vtrumque autem Christus ipse  
prescripsit: vt enim eos qui tam lubrico lo-  
co sine graui casu insistere nequeūt, à pericu-  
losa ostentatione deterruit: ita illos qui sunt  
aduersus inanis laudis insidias salutari consi-  
lio præmuniti, ad omnes suas opes proferen-  
das impellit. Eos igitur tantum agitat, & inse-  
datur, qui vel levitati seruiunt, vel gloriæ  
vt summum bonum intueuntur. Tantum enim  
abest,

## DE GLORIA

abest, ut nos ab illa dehortetur, ut etiam ad illius studium instruat. Veluti cum admonet, ut inuitati postremum in conuiuio locum petamus, ut nos ipsos subinisse geramus. Sic enim ait futuram ut nobis laudis & gloriae dignitatem, ampliorem inter homines etiam comparemus. Qui tradit verę glorię disciplinam, qui nobis certam & directam viam dignitatis ostendit: qui docet qua ratione possimus ad laudē peruenire, is nullo modo nos à gloria dedit, sed potius in illius studium incendis, & incitat. Quid illud, cum clare, & aperte suis præcipit, ut omnes preclaras actiones in luce collocet, & in omnium hominum conspectu proponant, ut illo præclaro virtutis aspectu commoti homines Deum agnoscant, atque debita laude prosequantur? Minime igitur necesse est prætorum vatum respōsis, diuinorum hominum scriptis atque monumentis, innumeris piorum hominum exemplis vti, cum ipsum Christum gloriam ducem & auctorem habeamus. Illius enim hęc sunt monita, instituta, præcepta, à quibus deslectere sine scelere nefario nō possumus. Cum igitur gloria sit diuinum beneficium: cum in tantum instrumentum virtutis insit: cū nihil sit ad emendandos hominū mores, & vitam recte constituendam salutarius: cum tantum

valeat

LIBER QUINTVS. cxxviiij

valeat ad virtutis diuinę gloriam magnificenter illustrādam, cum postremo ad eam amarādam diuinis oraculis, & Christi præceptis, & monitis incitemur: qui tñdem conuenit assecre, eam esse Christianę disciplinę contraria? Non est igitur illo modo gloria negligenda, sed optādū potius, si fieri posset, hoc sine quem diximus constituto, ut in omnes orbis terrarū regiones virtutis nostrę fama penetret, nec vñquam nomen nostrum delegatur. Nullus enim modus earū rerum cupiditate constituendus est, quę ad hominum salutem, & dei gloriam referuntur. Est itaque votum hoc non modo amplum, & illustre, sed etiam sanctissimum<sup>1</sup>, pietatisque plenissimum. Contra vero, gloriam negligere, non modo est animi turpis, & abiecti, verum etiam ab omnibus naturę legibus atq; diuinis institutis nefarie desidentis. Quid enim aliud est gloriam à virtute repellere, quā Solem luce sua orbare? Aut quid minus decet hominem pietati deditum quam diuinum munus aspernari? hominum salutem negligere? de gloria diuini numinis minime sollicitum est? Christique imperium detrectare? Hęc enim omnia sunt committeda ihs, qui laudem & claritatem non amant. Quare vos horror, ut magno & ciato animo in gloriam incumbatis: camque putatis

## D E G L O R I A

putetis esse cælestè quoddam munus animos  
nostros spe quadam amplioris decoris & di-  
gnitatis inflammans. Ut autem melius cerne-  
retis, nihil esse diuinæ legi magis cōsentaneū  
quæ verè laudis studium , erat mihi in huius  
disputationis fine laudis ipsius ratio ab homi-  
nis ortu repetenda. Sed partim quòd arbitrer-  
aures vestras iam audiendo defessas esse : par-  
tim quòd solem precipitatem alpicio , hac  
extrema parte nunc supersedere constitui. Si  
placet igitur perorat onem in aliñm diem re-  
seruemus. An tu , inquit Augustinus , cum  
opus iam pene ad extremum perduxeris , im-  
perfectionē manibus dimittes ? Nos autem  
non audi endo defessi , ut inquis , sed valde ob-  
lectati sumus , & sermonem nostrum , si dies  
non sufficerit , possumus in multā etiam no-  
tēm producere. Quare tibi author sum , ut  
præsenti dicendi felicitate , quæ tibi hodie ob-  
lata est diuinitus , vtaris. Minime cōsim conue-  
nit , cum orationis tuæ cursum adeo secunde  
tenueris , antequam portum optum capias ,  
vela contrahere . Evidē , inquit Metellus ,  
cum demum integrā voluptatem ex ista di-  
sputatione percipiam , cum illa absoluēris.  
Quare te etiam hortor , ut hodie tuæ oratio-  
ni finē imponas. Eadem enim opera te labo-  
re in posterū leuabis , & hominibus tui aman-

tissimis

L I B E R Q V I N T U S . cxxix

tissimis obsequere. Evidē , inquam , inuitus  
hanc orationis partem in aliū diem differe-  
bam , verebar tamen ne loquacitate mea satie-  
tatem vobis afferrem. Nūc igitur quādo vos ,  
quæ vestra est benignitas , ad audiendum ere-  
ctos esse video , persequar libentissime quod  
restat. Atque vtinam non quod antea ioco di-  
cebamus , Musarum numen , sed ipse diuinus  
spiritus mentem nostram afflaret , vt illius cæ-  
lesti vi , & impetu cōcitatī possemus verg glo-  
riæ splendorem oratione cōsequi. Nec enim  
sieri potest , ut ingenij nostri tenuitatem rem rā  
tam pro dignitate explicemus. Sed quando  
me huc sermo nis cuius sus prouexerit , oneri po-  
tius ipse succumbam , quām aliquid intenta-  
tum omittā. Ut autem hinc potissimum aliud  
dicendi initium sumam , quantis opibus orna-  
tus fuerit ille princeps generis humani à quo  
omnes pro creati sumus , explicari nō potest.  
Quod enim est tantum ingenium , tamq; di-  
uina orationis facultas , & copia , quæ posuit il-  
lum excellentem humānū mentis habitum il-  
lam multiplicis virtutis elegantiam , illas tan-  
tas opes memoriae , rationis , intelligentie , non  
dico ornare dicendo , sed enumerando percē-  
fere? Si enim qui terræ situm , & circumscri-  
ptionem , qui maris immensitatem , qui aëris  
circumsusi naturam , totiusque ætheris ardo-

R em

## DE GLORIA.

rem, qui cælum vndique siderib⁹ distinctum & ornatum, qui postremo totius mundi con cinnitatem & admirabilem rérum omniū cōuenientiam contemplari volunt, neq; satiari tantæ pulchritudinis aspectu queunt, neq; illam naturæ vim in singulis rebus initam ingenio & ratione cōsequi. Quid de illo præcel lenti summi conditoris opere, cuius causa omnia quæ cernimus oculis effecta sunt, cogitarē debemus? Cōstat enim, nō ea solum quæ in terris & aquis gignuntur ad vsum hominū creata esse: sed cælum etiam suisse humani ge neris alendi atque conseruandi causa genera tum. Nostris vībis seruunt illi rati & immutabiles siderū omnium cursus, cælestis natu ra admirabilis & incitata conuersio, dierum atq; nocturnū vicissitudines, temporū omniū varietates. Quantum vero hominis natura & conditio inter omnia quæ subsensum cadunt excellat, ex eo perspicitur, quod nec in astris clarissimis, nec in Sole aliorum luminū prin cipe, nec in celo ipso tantis sideribus illuminato, sed in homine solum accepimus suisse imaginem diuinæ mentis impressum. Hæc au tem imago, cernitur in mēte & ratione incre dibili celeritate & solertia multa simul agitē te, & summo studio verum semper inquiren te, cum admirabili cupiditate diuinę virtutis imitandæ.

## LIBER QVINTVS.

cxxv

imitandæ. Hanc vero cælestem animi indo lem lux diuinæ mentis illustrabat, & ad clario rem Dei similitudinem omnium virtutū mu neribus instruebat. Si igitur homo in illo flo rentissimo statu permātisset, fuisse profecto admirāda quadam atq; sempiterna gloria cumulatus. Cum enim esset diuinos ornamentis excultus, & ad spem amplioris etiam dignita tis excitatus, necessi erat illum non modo in singulari dignitate versari, sed etiam in dies magis diuina similitudine, quam natura ar denter expetebat, animum conformare. Nec enim verum est, primum parentē diuinæ glo riæ cupiditate omnibus corporis & animi bo nis eversum suisse. Qui potuisset enim glo riā illam non appetere, ad quam truendam editus in lucem fuerat? Tam enim est in natu ra hominis insitum, diuinæ virtutis & sapien tie similitudinem optare, quam celo in or bē verti: quam igni superam regionem ap petere: quan terræ in medium mundi locum vndiq; congregari. Quid igitur illum præcipitem beatis sedibus exturbanit? Inconsiderata illa temeritas, qua legem diuinam violan do se se à Deo nefarie disiunxit, atq; id quod sine Dei præsidio asequi non poterat, per se consequi posse confidit. Non igitur, quia vitā florentem & beatam atque diuinæ finitē ap petuit,

R. ij petuit,

## DE GLORIA

petiuit, sed quia impie & insoléter appetiuit, immortalitatem atq; cælestes opes amisi. Sic autem effectum est, vt cælesti lumine priuatus, in tenebris & caligine versaretur, innumeris malis vndique circumventus. Perinde enim atq; leue corpus Solis luce collustratum, occidente Sole tenebricosum repente fit: ita necesse est, animum divina luce destitutu summa caligine circumfundi. Et quemadmodum iij qui per loca multis latrocinij infesta noctu iter faciū, nullo modo vitare possunt infornunia: ita qui diuine mentis lumine caret, nulla ratione potest, quādū est à Deo seiuētus, hostiles infidiat, malorumque omnium tempestatem declinare. Quid primus homo statim sensit, vbi primum non à Deo penderet, sed ingenio suo nisi, pulchrum existimatuit. Fuit enim repente orbatus omni lumine cælesti: spoliatus Dei beneficijs amplissimi: præcipitatus ex altissimo gradu dignitatis: omnibusque florentissimi illius status ruinis oppressus: atq; immanissimorum hostium cupiditati prædæ relictus: qui quidem illum primo impetu perculerunt, atq; grauiissimis vulnerib⁹ inflictis deformauerunt. Postquā enim se ipsa à summo illo vita custode & conseruatore diffraxit, atq; tetræ mortis imperio addicatas est: protinus anxi⁹ metus: inanes spes: immensæ

LIBER QVINTVS. xxxij  
mensæ labidines: molestissimæ ægritudines: & reliqua vita pestes incitatæ vndique irruunt: illum inermen & imparatum adoruntur, & quasi turbine & tempestate iactatum à mentis statu deiiciunt. Ut autem in lumine mentis & rationis, in ordine vitae, & constantiæ erat sita illius honestas, & amplissimi cuiusdam decoris atq; laudis ornamentum: ita fuit necesse mentis cæxitatem, & foedam illam animi cōfusionem, omnibus turpitudinis & ignominiae maculis inquinari. Offusis itaq; te nebris: malorum omnium procella concita, perturbata ratione, fuit oppressa dignitas, obtrita laus, decus extinctu. Quid enim ego commemorem illam tam funestas generis humani labes, tam turpia, atq; detestanda flagitia, tantam scelerum omnium colluionem, quib⁹ te homines ab illo corrupto principio propagati progressu temporis quotidiem agis contaminarunt? Tantum dicam, animal illud regium & excelsum, ad imperium atque laudem natum, in tantam miseriam incidisse, vt fieret tandem turpitudinis ipsius vile mancium. Non tamen homini tantis malis oppressi illam indolem amiserunt: immo quantum natura decus & laudem appeterent, animi dolore quem saepè numero capiebat ex decoris admitti conscientia satis indicabant.

## DE GLORIA.

Mentis enim angore & cruciatu cōfecti tam  
sibi ipsi disp̄cebant, vt de vita etiam deferē-  
da s̄ep̄issime cogitarēt. Quod si turpitudinis  
infamia ē voluptatum libidine solum existē-  
ret, abunde magnum flagitorum incendium  
libidinis impurissimē faccs excitarent. Sed il-  
lud est maxime dolendum, homines natura in-  
censos laudis cupiditate, non modo cum libi-  
dine, aut iracundia, aut alia quavis animi per-  
turbatione cācati ab honestatis studio detor-  
quētur, infamiam subire: sed tum etiam cum  
ad decus enīuntur, & illam fractam, atq; de-  
bilitatam animi vim ad laudem conferunt,  
omnibus cordibus ignominiae maculari. Est  
enim hic teter animi morbus insanabilis: nem  
pē qui nec humana ope leuari posit, nec ad  
eum depellendum homines erroribus inflati  
diuinum auxilium implorandum patent, stu-  
pra enim, furtæ, latrocinia, & similes impurita-  
tes adeo terræ & deformes ad aspectum sunt,  
vt eos ipsos, in quibus inharent vehementer  
extercent. At cum inanissima laudis imagi-  
ne deliniti dedecus insigne suscipimus: neq;  
ficile conceptam maculam videmus, neq; ad  
eam abstergendam c̄pem ullam requirimus:  
& ita sit, vt falsæ dignitatis forma capti in per-  
petuo dedecore, & flagitio volvemur. Sic  
eū in ille perennis hostis hominum, quem  
sacræ

LIBER QVINTVS. cxxij

sacræ literæ satan Hebreo nomine appellat,  
sele ad omnem fraudem & malitiam versat, /  
vt nos ipsos illis naturæ principijs, quæ nobis  
ad bene beatcq; vivendum attributa sunt, id  
nostram ipsorum perniciem, & interitū abuti  
faciat. Perinde igitur atq; sensum illum reli-  
gionis hominum mentibus insculptum ad ini-  
puram superstitionem traduxit: ita laudis ap-  
petitum dignitatis illecebris incitatum in or-  
natum flagitorū gurgitem abripuit. Quod  
quidem illi facilissimum fuit. Cum enim ho-  
mines laudem expeterent, eamque in tantis  
tenebris nec vbi, nec qualis esset intelligeret:  
quicquid primum illorum animos inani spe-  
cie pulchritudinis alluciebat, statim arripie-  
bant: neque virtus occulta perspicentes, ne-  
que quid esset ex illa temeritate proueniarum  
animō suspicantes. Hinc igitur animi em-  
mor, & fastidium extitit: Hinc superbia, &  
insolentia nata est; quæ maximis inconveni-  
dis omnem vitæ rationem perturbavit, &  
infinitis calamitatibus afflixit. At quibus re-  
bus levissimi homines esserunt? Alijs ina-  
nis & fluxa corporis forma quæ temporis mo-  
mento corruptitur, tollit animos, cum in-  
terior mens ipsa, in qua est glorię fedes at-  
que domicilium, sit omni turpitudine de-  
formata. Alij valitudinis yang, & lubriq;  
firmita

R. iii: firmita

## DE GLORIA

firmitati cōfidentes humanae fragilitatis obliuiscuntur. Alij virib<sup>o</sup> corporis elati tanta fla-  
grant amentia , vt nullis sc̄ legibus adst̄ i&tos esse putent : quo quid esse potest indignius? hominum reliquorum animantium principē, atq; dignitate proxime ad cælestes accedētem ī d amplum exitimare , in quo sit tam multis bellius inferior? Nemo enim poterit robore leones, aut velocitate tigres superare. Illam igitur sui partem negligunt homines amen-  
tissimi,qua principatum in natura tenere facillime potuissent:& ea roboris præstantia tu-  
ment,qua neque cum brutis animantib. con-  
ferendi sunt,quam terra morbis vis conficit,  
quā extrema senectus interimit. Quod si cor-  
poris ingens proceritas : si vires exuniæ certā gloriandi segetem suppeditarent: quid fuisse  
et illiustrius illis Gigantibus,qui bellum te-  
trum & impium cunctis cœlitib. intulisse per-  
hibentur? Nihil enim visum est in terris aut  
corporis firmitate robustius, aut virium im-  
manitate truculentius: quibus insolenter elati,  
omnem religionem,atq; sanctitatē negle-  
xerunt,in audīcōque scelere violarunt. Vnde  
poētae sinxerunt , illos bellum contra celum  
mouisse , atque tandem fulminum incendio  
conflagrasse. Sed quæso num viribus illis im-  
mensis , illa corporum vastitate , illis animis  
ingentibus

LIBER QVINTVS. cxxxii  
ingentibus potuerunt clarum , & illustre no-  
men adipisci? Non profecto . Nulla enim  
sunt relīcta tantorum facinorum vestigia , il-  
lorum internecione sublata funditus atq; de-  
leta sunt: nec aliud ex eorum rebus gestis ac-  
cepimus, ni si fuisse genus hominum super-  
bum,arrogans,elatum,sæuum , immane,tru-  
culentum,diuinis legibus , & institutis inimi-  
cum,quod tandem Dei telis confixum eu-  
nuerit. Ergo cum genus illud tam vastum , &  
tanto corporis robore munitum nullam sui  
memoriam reliquerit, ni si tenuem & obsec-  
ram,& qua magis valeat ad insignem macu-  
lam nullis etatibus cluedam , quā ad egre-  
gium nominis splendorē: quid istis amen-  
tius fingi potest, qui in tanta vitæ breuitate,  
& imbellicitati naturę , eaque tam multis &  
infestis casibus obiecta , tenuissimis elati viri-  
bus insolescunt? Alij deinde pecunijs , & for-  
tunæ munericibus efferruntur , cum interim im-  
manis illa cupiditatis sitis qua semper astu-  
ant,extinguī nulla ratione possit. Et ita sit  
vt nō modo avaritiae sordibus inquinentur,  
sed etiam semper in mendicitate vivant. Iam  
vero qui leni & inani nobilitatis nomine glo-  
riantur,quā amentis sint, est explicatu diffi-  
cillum. Ita enim gaudent imaginibus , &  
fucato illo generis splendore , atq; si possent

## DE GLORIA

eo nomine sese incolumes ab omni turpitudine, & infamia conseruare, & ad immortalitatem peruenire. Quid de illorum infania dicam, qui splendidis titulis, & honoris insignibus crecti se in celo esse putant? Gloriosum enim atq; beatū existimant, in oculis ciuium esse, magnis hominū gregibus stipari: à multis ambitione salutari: molestiis, negotijs interesse: minime videntes interim quām inane sit illud honoris nomen, quām plenum curē, sollicitudinis, angoris: quantis inuidiē tellis expositum: quantis sepē cladibus oppressum, & extinctum. O extremam dementiam hominum existimatiū in istis tam infirmis naturę muneribus, aut temeritatis, & fortunę ludibrijs, aliquod vere dignitatis ornamētum, aut firmamentum glorię esse constitutum. Quid enim his rebus inanius? Quid leuius? quid commutabilius? Ut enim in turbato mari fluctus alios, atque alios magnitudine & fremitu.. dispare & dissimiles subinde tumidos attoli, atque redente frangi cernimus: sic in his tatis yndis, & quasi quodam gestu rerū humanarū, alios extollit atq; repentino motu deprimi videmus: alios vicissim ad eum locum ascendere, vnde sint etiā statim deicidi, ruineque magnitudine conterendi. Nihil est enim in vita tam firmum, & stabile

quod

LIBER Q VINTVS. cxxxiiij  
quod noti vno momento temporis extinguitur. Ex quo facile certatur, omne quod videatur hominibus imperitis pulchrum & expetē dum nihil habere solidi, nihil expressis, nihil eminentis: sed esse tautum inanem quandam speciem stultorum oculis obuerstantem, quæ cum procul appetat, ampla & insignis videotur: si vero proprius accedens eam attrahere, & in manus sumere studeas, effugit par leuis ventis, volucrīque simillima somno. Preclarē igitur sanctissimus ille poëta dauit fluxam & instabilem rerum humanarum conditionem exponens, ait futurum, si in altera libræ lance vanitas ipsa, in altera autem hominis studium fuerit impositum, vt ipsa vanitas longe multumque præponderet. Non potuit magis hominum amētiam explicare, qui preclara cupientes, & eam cupiditatem in res fluxas, & inanes conferentes, turpiter irrissi, & æternis maculis asperci relinquentur. Non leuioribus autem flagitijs infecti, & inquinati fuere qui venditabant ingenium, & maxima rum rerum scientiam in illis tenebris ostentabant. Nam cum omnis inscitia turpis est, tum nihil scđius illorum temeritate, qui se teneret atissimaru.. rerum cognitionem prōstertes in minimis etiam labuntur. Quæ autem tanta dementia est, vt sit cum illorum levitate & in-

fania

## DE GLORIA.

fania comparanda? Alij enim res humanas mente diuina regi, & administrari negabant. Deinde impia oratione tollebat. Alij innumerabilem vim Deorum inducebant, quos certis tantum officijs, atque muneribus pro sua arbitratu præsicerent. De animorum autem natura incredibili etiam dissensione certabatur: Quid dicā de naturae principiis? Alij enim aquæ, alij aëri, alij igni, alij alijs corporibus, causam & originem rerum oranum triebuebant. Quin etiam multi ut facilius probaret, ad mundum efficiendum non diuina ratione & consilio opus fuisse, innumerabiles mundos fingeabant. Ex indiuividuum corporum concursione fortuita. Argumentis itaque mundum efficiebant: argumentis cuerteabant: eundemque rufus instaurabant, atque renobabant. Multo acutius perspexisse videntur naturæ vim illi, qui omnē dignitatem in honestate collocantes, omnia studia vitæ ad comparandas opes animi contulere. Sed in tanta caligine, tantoque naturæ vulnere, quāvis esse eorum conatus egregius, & caput at tollere, atque seipso erigere valde cuperent, frustra tamen nitebantur. Facta enim vis animi inanes faciebat impetus, & vis libidinis incitata miseris mortales ab instituto honestatis studio deducebat. Nō igitur verā virtutem,

tem,

LIBER QVINTVS. cxxxv  
tem, sed simulachrum virtutis multis flagitijs tamquam luto oblitum, studiose conjectati sunt. Ut igitur singunt poëta Ixionem Junonis amore incensum cū nube Innonis specie referente fuisse congressum, atq; ex ea nube Centauros procreasse: ita quidam naturæ stimulis incitati ad honestatis studium, inanem illius imaginem complexi, sobolem inanē & mixtam, atque monstri similem genuere. Non est enim monstrum animal ex hominis & equi figura cōglutinatum, quam habitus mentis ex honestatis specie & turpitudine insigni cōpositus. Alius itaque magnitudine animi præstans eam elationem ad superbiā conferebat: Alius frugalitati quodam modo seruiebat: sed eā frugalitatis laudē auritiae fecunditas inquinabat, & ita in reliquis officijs, nec enim omnia persequi libet, omnes virtutum decus & elegantiā, vitorum dederūt corrumpebant. Quid igitur? Num potest virtus cū vitijs simul habitare? nullo modo. Nec enim patitur honestas villam turpitudinis & ignominij cuniunctionem. Constat itaque non fuisse illam veram honestatem, quæ tantis in omni genere vitijs infecta, contaminata fuerit: sed inanis honestatis imago, multiplicis naturæ foetum atq; tamquam portentum esferens. Quam me pudet igitur illo-

rum

## DE GLORIA

sum hominam exemplis orationem referuisse, qui numquam ullam partem solidæ dignitatis attigerunt, sed in illius tantum umbra con seftanda fuerunt occupati. Nam Phociones, Metelli, Pauli, Scipiones, & reliqui simili laude florētes cu[m] multis vitijs imbuti fuerint, facile appetet, quām fuerint remoti ab illa vera virtute omnem contagionem turpitudinis repellente. Erant enim eorum mentes cu[m] illa communī plaga per culsa & abiecta, rum suis quæque morbis, ijsque grauissimis atque molestissimis opprelte & impeditæ. Illi quidē diutius in laude vigebant, eis qui virtutē emētiendo erant artificio quodam simulatio nis cruditi: quorum laus statim interribat. Nō enim simulate vt illi, sed vere & ex animo cfigiem illam virtutis, quā vulgus maxime pulchram, & elegantem iudicabat, nec enim aliquid honestius imperitorum animis occurret, in credibili studio sequebantur. Cum tamen laus illa non esset orta à vera virtute, cō sequens erat, eam post aliquod tempus immuni & extinguit. Nam vt homines ignati pingendi primū quidem floridis & illustratis tabulis parū artificiose pictis alleghi, picturae via non sentiunt: vbi tamen propius accesserint, vel ab intelligentibus admoniti, vel ipsi per se paulo diligentius intuentes ea cernunt:

ita

## LIBER QUINTVS.

cxxxvij

ita multitudo quam insignis & ampla species honestatis detinet, ne statim videat oculis via sub illustri illa specie latentia, omnia tandem aliquādo clare perspicet. Ita autem fiet, vt quæ videbatur ante ad aspeclum venusta interiecto spatio, infamie sordibus obsolectant. Videbis igitur, quomodo post illud mortiferum vulnus humano generi impositum omne decus euersum fuerit? quātū naufragium laudis & gloriæ factū sit? Nec enim solum ij qui dignitatis studia deserentes sese libidini cōstringēdos dedidere, neq; illi modo qui dignitateam quidem amat, eam tamen cō rebus leuisimis petendam existimant: sed illi etiam qui sapientiam admirātur, & in virtute omnia præsidia dignitatis sita esse consti tuant, ornabz gloriæ ornamenti spoliati facēt, & in summo dedecore versantur. Quid quidem illis accidit, quia verē virtutis viam penitus ignorant. Non enim opē diuinā implorando, sed in se ipsis omnia ponēdo se cō potes virtutum omniā fore credunt. Inanis igitur & fluxa laudis imago illudit hominibus amētissimis, qui quasi somnio beati, cum maxime sibi frui gloria videtur, tum maxime omnibus infamie notis inurūtur. Quid enim turpius amētia? Quid autem amentius quām rerum imaginibus illudi? An qui graui & periculosa

## DE GLORIA

riculosa febri iactantur insanire putredi sunt; quoties quibusdam visis inanibus excitati se ualentem & integros esse putat? qui vero malis omnibus oppresi, decepti tamen vmbbris & imaginibus efferuntur, inclamant, seque; florentes atq; beatos esse prædicant, sanos appellabimus? Hi quidem non insani modo, sed etiam furentes sunt existimandi. Si igitur illi etiam qui omnes conatus ad honestatem comparabant, tantis flagitijs cooperti fuerunt, fieri non poterat quin omnes mortales in sempiternam ignominiam nascerentur. Sed venit ille summus humani generis cōditor, & conservator, ut nos ex tenebris in lucem & claritatem vindicaret, atq; viam aperiret est verè laudis, & gloriæ claritatem. Aduenta igitur suo caliginem omnem repente dispulit, genus humanum à contractis sceleribus expiavit, omnisque virtutum muneribus illustravit: & in amissam dignitatem multis ornamentis amplificatam restituit. Nam cum gloria sit ex vera virtute nata: qui verè virtutis lumen rebus humanis attulit, is plane gloriam generis humani constituit. Et quemadmodum, ut veram Religionem instauraret nefariam superstitionem & errores impios extirpauit: ita cum in veram nos gloriam deducere vellet, prius non disciplina tantum sed vite etiam docu-

LIBER QVINTVS. cxxxvij  
documētis popularis laudis inanitatem comprescit. Omnia igitur caduca & mobilia è quibus iactatio in populo atque levitas existit, aspernatus est illaque tantum ornamenta retinuit, & in hominum aspectum, lucemque protulit, à quibus immortalis laus atque dignitas efflorescit. Ita igitur elationem, fastidiū, & arrogantiā confixit, ut interim ornamenti diuina, quorum immensa copia redundabat, hominibus explicaret, atq; propalam collocaret. Et primū quidem ut homines à diuinitatis tenebris emergentes, cum repente in solem oculorum aciem intendunt, aspectum amittunt: ubi vero paulatim assuescunt lucem intueri, illius munere cum eximia iunctudate fruuntur: ita cum tam insolita lux hominum mentib; oblata esset, partim in cæcitatē conuerse sunt tantum splendorem minime sustinentes: partim primum quidem ad illius aspectum hebescentes, ubi magis atque magis illam aspicere potuerunt, Christo singulari studio & amore copulatae sunt. Nam quid ergo referam innumerabilem hominum multitudinem, illius videndi & audiendi gratia vndeque confluentem? Quid persequar ilias laudes amplissimas, quas cælestis Christi virtus atque benignitas excitabat? maxime cum cernerent omnes illum diuina potentia

## DE GLORIA

m̄nitum m̄rbis insanibiles curantem? mor-  
tuos in vitam reuocantem? d̄mones expel-  
lentem, atque funditus euertentem? Quam  
uis igitur fecit illius virtus perditis homini-  
bus inuisa: quamvis omnia invidiæ tela in il-  
lud sanctissimum corpus missa sint omnes ta-  
men quantaui immanitate sceleris effeſati,  
de illo p̄eclare atque magnifice ſentiebant.  
D̄mones ctiam infeliximi diuini virtutis  
atq; ſanctitatis testimonium inuiti atque te-  
culantes illi dari cegebantur. Quid magis au-  
tem conſelerati homines, quaſi furiarum te-  
dis ardentiſbus agitati Christi gloriam defor-  
mare, inquinare, peruertere cogitabant: co-  
magis illius claritas & amplitudo cernebatur.  
Fit enim vt virtus exercita multo clarius elu-  
ceſcat: Omnibus igitur modis Christus exem-  
plo ſuo nobis verè laudis & gloriae viam mō-  
ſtravit, humanas opes, & popularem leuita-  
tem contemendo, virtutis admiranda lu-  
cem niferi: & afflictis porrigit magna vi  
improborum petulantiam confutando: tem-  
peſtates hominum perditionum furoribus ex-  
citatas ſubeundo: atq; poſtremo ignominiam  
extremam accipiendo. D̄cuit euim in hu-  
iis vītē iactura vitam beatam & immortalē  
coſtibere: verāque gloriam inanis gloria  
eōtemporē cōparari. Quid vero poſtquam  
ſe pro

LIBER QVINTVS cxxxvij  
ſe pro generis humani ſalute ſalutarem ho-  
ſtiam deuouit atq; conſtituit? Nihil eſt enim  
honestius, nihil ad huncdem illuſtrius, quām  
principem & tutorem Reip. pro ſuis ciuibus  
vitam abuſere: uſque adeo, vt cum in men-  
tionem incidimus eorum, qui pro ſuis caput  
in vitæ diſcriben intuleret, miro ſtudio in-  
cendamur, & illi qui voluntariam mortem,  
vt patriæ cōſulerent, obicere, qui quidem ſunt  
pauciflimi, non rebus ſuis integris, ſed in ex-  
tremum diſcriben adductis, eam calamita-  
tem, quæ ſibi, & vniuersit̄ Reip. impende-  
bat, interitu ſuo à Rep. depuluerit. Deinde pa-  
triæ, cuius beneficijs obſtricti erant, merita  
reddiderunt. Poſtremo vñatti tantum ciui-  
tatem eum aliarum pernicie obitu ſuo tutati  
ſunt. At ille ſummus rector, cuius numine, &  
imperio omnia ſupera, infera, media cōtinē-  
tus: cuius nec vita malis tentari, nec deces  
imminui potest, cum ſit ipſe immortaliſtis  
atq; gloriae largitor, vt ab hominibus impijs  
peſtem debitam auerteret, in humana forma  
delituit: omnes malorum impetus ſuo corpo-  
re excepit, indigniſſimas calamitates hauiſit,  
atque tunc in morte ſua genus humānum &  
fauciibus mortis ipſius eripuit. Quid igitur  
arit tam diuinium ingenium, ut polſit cogi-  
tando conſequi tanto gloriae magnitudinem?

## DE GLORIA

Nam si vera dignitas est verè virtutis opibus emanat, nullumque virtutis genus aut specie pulchrius, aut fructu salutarius, aut amplitudine magnificetius esse potest: quod tandem in omni natura decus animo cōcipiemus; quod sit cum decoro Christi Regis in crucem pro salute omnium sublati aliqua ex parte conferendum? Nec solum in cruce immensæ bonitatis opes explicauit: sed etiam vim diuinam nobis conspicēdam exhibuit. Humanū nam que scelus sacrī fanētisimis expiauit: inuete ratam maculam sanguine suo delauit: tyrannidem illius perennis hostis extinxit: atq; tandem effecit, ut in ipsa cruce, quæ ad extremū supplicium & ignominia desigi solebat, sint modo clarissima trephæa ad temp'ernam cælestis numinis gloriām constituta. Cum ergo crucem illam insignem & illustrē inuenimur, clarissimæ victoriae monimentum, amplissimum laudis ornamentum, cælestem atque diuinum splendorem, summissima salutis, & dignitatis humanæ præsidia conspicimus. Tantum vero & tam excellens decus, tanta dignitatis præstatiæ illi tantum cōueniebat. Quod Paulus ad Hebreos scribens: quem Deus inquit, summus nostri dignitatis & gloriæ, principem, authorem, & ducem constituit. Idem Paulus alibi, cum diceret Christum usque eo patri

LIBER QVINTVS. cxxxiii  
patri obedientem fuisse, vt mortem etiam in cruce iussis illius parens exciperet: subiunxit: Propter quod Deus illum extulit, & ita nomen illius amplificauit, ut supra omne nōmē & gloriam collocaret, vt omnes tandem cælestes, terrestres, & inferi, vim illius, & natale statem diuinam sentiant, atque fatigantur vniuersi I.E S V M in omnium rerum domitia, summiq; patris gloria constitutum. Hæc Pauli sententia perspicitur, quantū in illa cruce fuerit gloriæ immortalis instrumentum. Illa enim Christus id nōmē adeptus est, quod cælestes admittentur: nationes ultima vereantur: sedes inferæ pertimescant. Quod si gloria tunc apparet, ut in principio disputatum est, cum virtutis elegatiā, utilitatem, & amplitudinem insignis amor, grata voluntas, & ingens admiratio consequitur: nihilque potuit esse aut illustrius, aut fructuosius, aut magnificetius: satis perspicitur, erucis gloriam, omnes res quantumuis ampla dignitatis specie fulgentes obscurauisse. Nulla enim orationis facultate explicari potest admirabilis ille orbis terrarum motus. Vbi enim primū Christi fama, quæ quidem incredibili celeritate omnes terræ fines peragravit, ad exteræ nationes peruenit, incredibilis hominum multitudine ingenti admiratione perculta, & amore

## DE GLORIA

tam diuinæ virtutis incensa, reliq;is inueteratis, atq; penitus insitis opinionibus, pristinis institutis omnino repudiatis, omib;usq; vitæ cōmodis neglectis, ita Christum per omnes flamas secuta est, vt nullis minis, nullis terroribus, nullis exquisitis supplicijs ab illius coniunctione diuelli potuerit. Factum est igit; tar, vt homines quos neq; ratio, neq; leges, neq; discipline, nec postremo ulluni remediu humanæ rationis opibus excogitatum & inventu à flagitijs auocare poterat, diuina Christi gloria incepit, illiusque nomine concepit, mox ad veram virtutem inflamato studio raperentur. Ex quo facile perspicitur, gloriani antea deuersam Christi ope è flagitorij fluctibus emersisse dignitatisq; lumine extinctum reuixisse hominumque genus dignitate spoliatum dignitatem amissam recuperasse. Neq; enim modo hominibus glorie viam ostendit, sed etiam in illos omnia diuinæ claritatis ornamenti concessit, & vniuersas nationes in suæ gloria sodietatem convocauit. Ab illo igitur tanquam à sanctissimo quodā atq; per regni fonte decoris, laudis, & dignitatis, huius opus est, qui lucem, qui nominis celebritatem, qui gloriam nullis seculis interiterum ardenter expetunt. Nam cum verum decus in illis tantum insit, qui verè virtutis ornamētis exculti

## LIBER QVINTVS.

cxl

exculti sunt: vera autem virtus sine Christi praesens ope obtineri non possumenmo certe aliquam verè gloriæ rationem sine Christi præsidio atq; numine cōsequetur. Ille namq; folus nobis lucem obtulit: maculas omnes abscessit: virtutis verè disciplinam tradidit: vires etiam confirmauit, quib; illum sequi, sanitatem colere, diuinis opibus instrui, & ornari valcamus. Illi igitur tantam omni laude erunt in perpetuum cumulati qui se Christo consecravere: qui primum quidem cum sine inanissimis ornamentis nudati, plerumque vulgo contemnuntur. At vero paulo post explicitata illa virtutum omnium lapellestile, ornatu que diuino in oculis omnium constituto, Christe sanctæ, qui clamores hominum, quæ studia consequuntur? Illuc enim non fucatus niger, non clementius cultus: non forma medicainētis ullis infecta: sed insignis pulchritudo, cælestes claritas, diuina lux hominum inctibus obuersatur. Quis enim Christum intuetur quotidie magis illius lumine collument. Ut enim speculum Solis splendore percussum tantam lucem accipit, ut in eo Solem ipsum te intueri putas: ita mentes Christi radijs illustratae tanta luce completae sunt, ut in illis Christi formam atque claritatem agnoscas. Minime igitur mirandum est, ho-

S iiii

mine

## DE GLORIA.

mines tantis opibus, atq; præsidijs mirifice redundantes bellum contra omnium gentium mores & instituta suscepisse, & orbem yniuersum Christi imperio subiugasse. Si enim natura honestatis imagine commouemur, & ardenti studio vel obscuram similitudinem dignitatis arripiamus: quid tandem euenire putandum est, cum honestatem ipsam mentis oculis usurpamus? Ergo postquam haec diuina lux in terris effusit, & veram honestatem aspeximus: umbris minime delectamur: inanes effigies non miramur: antiquitatis facinora contemnimus, eosque solum mirifice laudamus, & extollimus, qui pro vera religione, pro iustitia & sanctitate extremum spiritum ediderunt: aut in tam præclaro certamine ingenititia pericula subicrunt: aut omnibus euiris liberi & soluti totos se rerum diuinarum cognitioni dicauerunt: atque postremo fuerunt in terris celestium vitam altitudine mentis, & ardore pietatis imitati. Haec igitur demum est illa stabilis & firma laus, haec gloria constans, & æterna, quæ verè virtutis splendore sanctissimo Christi numine expressa, diuinæ claritatis effige continetur. Hanc intueri, hanc expetere, hanc omni impetu, consecitari debent omnes, qui ad laudem & dignitatem aspirant. Ex quibus facile concludi potest,

gloriam

## LIBER QVINTVS.

cxlj

gloriam esse maxime cum Christiana pietate, atque cœlestis virtutis studio coniunctam. Hic Augustinus, equidem, inquit, ita sum affectus glorie dulcedine, ut non libeat vterius orationi tuae repugnare. Nam cum ab incunente etate multa illius causa fecerim, ægre ferebam, cum iuspicarer eam tantis flagitijs infestam esse, ut timerem, ne me ad se rapiendo, tanquam aliquo Charybdis æstu, temeritate insane cupiditatis absorberet. Nunc libenter audio illam non modo carere omni crimine, verum etiam ad cœlum ducem esse. Quamvis igitur aliqua mihi in mentem veniat, que adhuc contra dici fortasse possint, animo tamen libenti conuiueo, maloque tibi cedendo gloriam amplecti, quam diutius refrangando ab illius studio retardari. Me quidem, inquit Metellus glorie amor quoquidem sum nimis in cœlus, nūquam impedit, quo minus tibi seru pulum, qui mihi adhuc restat obijcam. Sic enim accepimus, fundamentum Christianæ pietatis esse humilitatem. Humilitas autem significat animi infractionem, atque demissio nem: ergo cum glorie studium non conueniat nisi animis maximis, rerumque maximarum cupiditate flagrantibus, & omne Christianæ pietatis officium in humilitate cernatur: res linquitur nihil tam pugnare cum Christianis

S V insti-

## DE GLORIA

institutis, quām gloriæ appetitum. Immo inquam, nihil est copularum magis: eaque sola est ad gloriam via, quæ in humilitate hac sanctissimis literis exornata consistit. Est enim gloria cælestis decus animi, atque diuinum beneficium apud homines propriâ imbecillitate agnoscentes, atque diuinam opem requirentes, diuina benignitate collocatum. Habetum igitur dignitate & gloria florēt: cum interim illi, quos vel genitū nobilitas, vel abūdantia pecunie, vel corporis robur, vel formæ pulchritudo insolentes & superbos efficit, ope diuina destituti corruant, tanto maiorem infamiam in ruina subeuntes, quanto fibi maius decus opinionis errore preponerant. Tanta est autem huīus amplissimæ virtutis, quam humilitatem appellamus, altitudo, ut in celum etiam penetreret. Nam continent omnium virtutū decus & excellentiam. Primum enim singulari sapientiæ munere continetur. Cum enim fragilem hominum natum, flexam & caducam vitæ conditionem, humanarumque rerum varietatem, & inconstantiam animo reputantes, & hominum insiggni fortuna florentium miserabiles exitus in memoriam reducentes, omnibus corporis & fortunæ bonis omnino dissidiosus, ita ut nunquam secundis rebus, & ad voluntatem nostram

LIBER QVINTVS. cxliij  
nostram fluentibus extollamur, tum maxime prudentiæ munere truimur. Nunquam enim sapiens affectus est, nemp̄ qui se natum hominem meminerit, atque communis lege naturæ multis cladibus expositum. Deinde cum se ipsum agnoverit, nunquam alienum decus appetet, aut honorem parum sibi conuenientem usurpabit: quod ad iusticiæ officium pertinet. Hinc etiam temperantia, atque moderationis ornatus oritur. Qui enī imbecillitatem naturæ considerauerit, quamvis omnes opibus & potentia vincat, nunquam insolescet, nec aliquid cum temeritate, & amentia geret, nec se cuiquam anteponet. Nunc vero quomodo humilitati cum animi etiam magnitudine coneniat, videam⁹. Hoc est, inquit Metellus, quod intelligere cupio: Difficile namque videtur res inter se nomine discrepantes sententia cōglutinare. Nihil, inquam, facilius. Cum enim virtutes ita copulatae sint, ut qui unam habuerit, opus sit reliquias omnes habere: & cōsler humilitatem tres illas virtutes esse complexas, consequēs est, ut etiam cum alti & innicti animi magnitudine coniuncta sit. Quod ut classius videamus, ipsius nominis sententiam explicemus. Est igitur humilitas affectio animi parua & exigua de se ipso sentientis magnum autem

## DE GLORIA

autem & paruum sine comparatione intelligi non potest. Si enim collerm editum & excelsum cum humiliore conferas , rite magnum appellaueris: si cū Appennini cacumine, fortasse parvum. Sic etiam magnam lacertam apellamus, quæ in genere suo magnitudinē ex cellit: & elephātūm pusillum qui ad alios collatus breuis est, quamvis sit aliorum animantium longe maximus. Hæc tu ex Aristotele, si Catygorias cognouisti, intelligere potuisti facillime. Cum igitur omnis ratio breuitatis aut magnitudinis, è comparatione ducatur: & humilem cum appellemus, qui sua omnia paruipendit: relinquitur id ex eo cuenire, quod se cum rebus multo maioribus, & altioribus conferat: ex quo sequitur omnes humiles esse magnanimos. Nam quæso, quis tibi maioris animi esse videtur? is ne qui nimis alta suspicit, & sibi in omni genere exempla maxima proponit? an qui nescit oculos ex infinitis rebus atollere? Is, inquit, qui altiora semper aspectat. Ergo inquam, cum humiliis ideo se non magnificat, quia maiora quædam intuetur: restat ut intelligamus illum esse magnō animo præditum: superbum autem & insolentem minuto & angusto. Satis enim constat, nunquam à rebus exiguis ad amplas & magnificas animi aspectum retulisse. Nam si

id

LIBER QUINTVS. cxliij  
id fecisset, numquam tati se ipsum aestimaret veluti si quis in pago, aut in parvo municipio principem locum tenens insolecat: is vbi prium Rom. m , aut in aliam ciuitatem simili splendore florentem venerit, & tatum hominum celebratam aspicerit, atq; ibi viderit, se nec cuan mediocri dignitate præditis esse conferendum, ingentes illos spiritus, quos arrogantia non ferenda sumplerat, statim deponet. Quod quidem in omni genere cerni potest. Etenim, quis est poëta paulo Sanior, qui non se, cum in Homercum , aut Maronem respicerit, protinus abijciat? Quem oratorem Demosthenis aut Ciceronis vertetas & amplitudo, non modestum reddat? Cuius imperatoris insolentiam, res ab Alexandro aut à Cesare gestæ, non frangant? Cum igitur hæc natura rerum sit, vt semper nos nostri poeniteat, quoties metis aciem ad altiora convertimus: qui tandem Christianis hominibus cœnturum suspicamur? Est enim hominis Christiani in unus, non modo mundi ornatum & magnificentiam intueri: sed lōge altius extolli, naturæque totius architectū assidue contemplari. Sic igitur sit, cū animus in corpore manens, è corpore tamen studio & agitatione mentis excedit, & quo ad fas est diuinæ virtutis lucem videt: vt se repente, suaque omnia, & quic-

## DE GLORIA

& quicquid antea amplum & illustre censem  
bat. humile & obscurum iudicet: nihilque in  
vita pulchrum & honestum existimet, quod  
non senserit esse claritate illa diuini luminis  
illuminatum. Omnes igitur humanas opes, si-  
ue illae ad corporis cultum, siue ad ornatum  
animi pertincent paruisfaciens, ita exardeſcit  
ad illius diuinæ formæ cupiditatem, ut nihil  
aliud cogitet, nihil amet, nihil cupiat. sed po-  
tius omnibus corporis & animi viribus ad  
summū illud bonū fruēdum incitetur. Hoc  
aut tam illus tristis spectaculo multo clarius in-  
dies atq; altior fit. Cum enim amore Dei fla-  
gret, mentem ad illius aspectum ardenter ex-  
citat. Quo aut magis illo aspectu quantū po-  
test in hac vita fruitur, eo vehementius infla-  
matur. Sic autem euenit, ut progressio in diui-  
næ naturæ cognitione amoē augeat: amor  
autem auctus clarius in dies cognitionē effi-  
ciat: atque ira tandem hominis alta quadam  
mente præditos ad sui contumitionem quo-  
tidie magis inducat. Auget etiam interim ve-  
hementer humilitatē, quod in illa cœlesti lu-  
ce multa nostra vitia, quæ antea latebant, cla-  
re cernimus, ita ut quo magis immensam sum-  
mi illius rectoris bonitatē agnoscimus, eo fa-  
cilius nostrę nature imbecillitatem, atq; cor-  
ruptionē agnoscamus. Inde autem fit, ut eadem  
opera,

LIBER QUINTVS. exliij  
opera, & Deū ardenter amemus, & in nostri  
odium quodammodo veniamus. Accedit de  
inde, quod intelligimus non posse nos virib⁹  
nostris aut virtutem colere, aut dignitatē vl-  
lan tueri: sed immanē libidinem, & insignem  
turpitudinem ubi primum à Deo scelere no-  
stro sciungimur in animis nostris dominari.  
Tum illud quantum valet etiam ad infringendam  
hominū insolentiam, ingentes illas cœ-  
litum copias diuino splendore lucentes animo  
contueri? Qui enim illorum siue præstantem  
naturā, siue pietatem excellentem, siue digni-  
tatis amplitudinē cōsiderauerit, se ipium abij-  
cier, animaduerteſ nihil in rebus humanis eſ-  
ſe cum illa tanta claritate comparandum. Po-  
stremo videmus etiam innumerabilem homi-  
num multitudinē diuina quidam virtute, at-  
que gloria florēt, & in terris quodammodo  
calitum dignitatem moribus & institutis  
vitæ consecutam, ad quā respicientes necesse  
est, ut nos ipsos pro nihilo reputemus. Quod  
si illa angelorū agmina diuino splendore ful-  
gentia Dei cōparatione pro nihilo sunt, & si  
universum genus humanū ad angelos colla-  
tum abiectum natura, & humile iudicamus,  
quid tandem facietis, qui viderit ſe ne cum  
hominibus quidem summis esse cōſerendum?  
Quomodo enim is qui Deū ſibi ſequendum  
& imitandum eſſe ſentit, insoliter eſſeri po-

## DE GLORIA

terit, cum intellexerit, sese à multis etiam hominibus in hac vita manentibus dignitate vivum, atque superatum? Homo cum his excubans atque pernoctans curis, nullo modo turgebit vñquam inani iactatione furenter elatus, & inflatus, vt iij faciunt qui nihil amplius cogitāt: sed potius omnes suas opes valde despiciet. Contemnet enim sese contemnet homo excellenti ingenio, animoq; maximo p̄dūtus: qui si mētis oculos humi desixos haberet, idque tantum magnum existimaret, quod esset fragile & caducum, & istis bonis, quæ hominum vulgus inaniter admiratur, abūdaret, quām sibi ipsi placeret? quām fastidose tenaciores despiceret? quām intoleranda superbia & amentia duceretur? Ergo vt superbia nascitur ex animo abiepto, & in terrā demerso: ita humilitas ortū habet ab animo magno, nihil quodquidem non sit diuinis & æternis opibus exaggeratum magnū & excelsum indicante. Considerate igitur quām excellenti animo sint iij quos nostra loquendi consuetudine humiles appellamus. Nihil est enim in rebus humanis quātumvis insigni specie dignitatis excultum, quod non facile contemnant, & infra se positum esse ducant: nullis opibus, nullis facultatibus, nullis ornamētis humana industria & studio paratis cōtēti esse possunt

ipsam

## LIBER QVINTVS.

clxv

ipsam denique gloriam à virtute vera professam, quæ hominum cōmemoratiōne viget, non aspernantur illi quidem, cum se ad virtutem natos, & gloriam esse comitē virtutis intelligat, sed eam nescio quomodo, multo maiora sibi proponentes, quotidie magis despiciunt. Nam omnia quantumvis magna, & excelsa exigua putāda sunt, cum est aliquid amplius & magnificētius. Licet igitur ad omnes homines, qui vbique sunt, quacumque in ora atque parte terrarum, eorum fama permanere possit: nihil tamen quod quidem sit terra spatijs inclusum illis magnum esse potest, qui cæli etiam complexum angustissimum putant. Neque possunt vlo modo omnibus huius vītæ bonis satiari, qui semper immensas opes & infinitas desiderent. Nihil enim optant ardenter quām humanis opibus spoliari, vt diuinis compleantur. Hæc illos cura sollicitat: hic ardor illorum mentes inflammat: hoc illos defiderium in lachrymis & fletu versari facit. Qui quidem fletus, non est imbecillitatis, sed diuinæ virtutis argumentum. Cum enim diuine conditionis participes fieri concupiscat, molestissime ferūt, sese corpore diutius, quasi quodam ergastulo detineri, & nō protinus ex ijs terrarum angustijs in illam cælestem regionem euolare. Illius autem gloriae cupiditatem

Tatere

## DE GLORIA

tate incensi rapiuntur , quæ non per uulgato  
virtutis splendore , aut prædicatione homi-  
num continetur : sed quam diuinæ lucis cla-  
ritas efferet , quam cælestis dignitas excita-  
bit , quæ vigebit memoria sæculorum omnium :  
de cuius amplitudine numquam æternitas  
ipsa conticescet . Hanc igitur expertentes , an-  
gelorum theatrum sibi proponunt , omnesq;  
cælestes , quos sanctæ literæ principes , & po-  
testates , & diuinæ maiestatis sedes , alijsq;  
nominibus ardorem & sapientiam signifi-  
cantibus appellant , ante mentis oculos statuant :  
his iudicibus seruiunt , his spectatoribus pla-  
cere , horum testimonio cōprobari cupiunt :  
atque postremo quod est longe maximum , in  
illius summi domini testimonio , & senten-  
tia omnem gloriæ magnitudinem sitam esse  
conspiciunt : & ad illam incredibili animi  
curlu , studioque contendunt . Spe igitur il-  
lius claritatis creti gaudia maxima percipi-  
piunt , intelligentes in illius demum gloriæ  
studium esse omnibus viribus incumbendū ,  
quæ Christi beneficio , nūmiae & laudatio-  
ne continetur . Nam si laudatoris amplitudo  
ad dignitatis amplificationem pertinet , quid  
esse potest Christi maiestate magnificentius ?  
Si verum iudicium in certa gloriæ ratione  
requiri possumus , Deus solus intimos hominum  
sensus

LIBER QVINTVS. ex vi  
sensus perspectos habet . Si laudantis constan-  
tiam attendimus : diuina mens nullam in o-  
mni æternitate potest habere mutationem .  
Si lucem & celebritatem consideres : tunc cla-  
rorum hominum laudes coram omnibus an-  
gelis , & hominibus illustrabuntur . Si ad  
diurnitatem animaduertas : nullum finem  
sunt ullis vñquam seculis habiturae . Quid  
igitur illa gloria diuinis , quam naentes ca-  
sta in illa cælesti regione consequentur ? Est  
enim dignitate laudatoris immensa , specta-  
torum celebritate clarissima , diurnitatē  
temporis infinita . Hæc est cælestis illius ciu-  
tatis conditio , in quam tandem omnes qui  
verè laudi seruiunt , accipiendi sunt diuinis  
laudibus abundare , splendore diuinæ lucis  
illustrari , diuina gloria florere . O sedes illas  
beatissimas , diuinaque domicilia , in quibus  
homines pietate præstantes locati , nec vitijs  
infici , nec deformitate maculari , nec tormentis  
inuidiæ conuelli poterunt : sed expertes  
omnium malorum , æternisq; præsidjs & or-  
namentis magnificentissime redundantes , glo-  
ria immortali circumfluent . Saluete ciues cæ-  
lestes , qui ab hac ærumnosa vita in illam æter-  
nam domum exœsistis , in qua diuinis opi-  
bus exculti , suramisq; bonis affluentes æter-  
nis gaudis triumphatis . Vos soli demum

T ij estis

## DE GLORIA

estis beatissimi iudicandi, quorum vita est omni bonorum copia cumulata, quorum laus emori non potest, quorum nomen nulla unquam obscurabit oblitio. Vestrum decus omnes cælites intuentur: nomen vestrum summus ipse Deus qui vos sibi adoptauit amplectitur, à quo lucem accipientes, & in illius naturam quodammodo conuersi diuinæ formæ pulchritudinem estis illius beneficentia consecuti. Quis hanc gloriam animo perpiciens non optet quam primum ab hac turba, & colluione discedere, & in cælum continuo migrare? Quanta enim tandem voluptas ei it inter angelos numerari, piorum animorum cœtibus interesse laudibus diuinis extolli; atque postremo, quod caput est, summò illi cœli dominatori nutu omnia regenti, puraque mentes immensa luce collusfranti, & summis æternisq; laudibus cumulantि perpetuo copulari? Sed de gloria illa, atque diuinis premijs pijs hominibus à Deo constitutis ineptum erit fortasse plura differere. Nec enim oculis cerni, nec auribus accipi, nec mente & cogitatione comprehendi in hac vita possunt. Superat enim, atq; longissimo quidem intervallo superat eorum magnitudo omnem humanarum cogitationum intelligentiam & facultatem. Hæc igitur

L I B E R Q V I N T V S. cxlvij  
tur verbis exprimere nō possumus: at eorum cupiditate incendi, & incitari possumus. Quare si nos excellens decus allicit: si pulchritudo laudis inflamat: si stimuli gloriae concitant: veram virtutem, è qua sola verum & æternum decus emanat, ardenti studio colamus: & Christum Optimum Maximum totius honestatis & gloriae cœlestis architectum castissime veneremur: & ab illo supplicibus verbis contendamus, vt nos ad immortalē gloriam extollat, neque solum cœlestibus bonis afficiat, sed etiam Deos faciat. Hæc mihi in mentem venerunt, quæ degloria disputarem: quæ quidem, vt videtis ab initijs naturæ profecta, piorum hominum mentes in cælum tandem dedit. Tu igitur Augustine si perstas in sententia, vt gloriam vituperandam existimes, non quod te dignū est facies. Animi enim tui indoles postulas, vt eam quantum possit ornæ, & augeas, & interim ad summum immortaleque decus adspires. Tu quidem, inquit Augustinus, cum orationis longitudine, tum conclusonis elegantia, & gravitate perfecisti, vt nec iam liceat, nec libeat sententiam tuam refutare. Nox enim nos, vt videtis, nec opinantes, opprescit: & epilogus iste tantam mihi voluptatum attulit, vt omnem cogitationem

T iii contrà

## DE GLORIA

contrà dissenserendi sustulerit. Reliquum igitur est, ut ad gloriam illam, quam in fine orationis attigisti, omnibus velis & remis contendamus. Quàm vellem, inquit Me-  
tellus, vt Calcena noster atque Lu-  
pus adessent, vt aliquem etiam  
fructum ex hoc sermo-  
ne perciperent.

FINIS.



HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE NOBILITATE  
CIVILI LIBER II.

E I V S D E M DE  
NOBILITATE CHRI  
STIANA LIBRE.  
TERTIVS.

Ad Ludouicum Principem Cla-  
riss. Emanuelis Lusitaniae  
Regis. F.

B I L B A O.

Excudebat Mathias Mares.

Anno. 1578.

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE NOBILITATE CI  
VILI LIBER. I.

**P**O STE A quam beneficio tuo, Lodouice Princeps clarissime, consecutus sum, ut me ad pristina studia reuocarem, in lite rarum meditatione multò ardenter quam antea versari ceipi. Principio enim natura tantum impulsus, ad eorum artium studium me applicabam, quibus instrutus, patriæ meæ fructum aliquem meæ eruditonis afferrem. Nunc autem cum humanitate beneficentiaq; tua incēsus omnes meas cogitationes ad tuam dignitatem & gloriam cōferendas esse statuerem, maiore animi impietu mihi enitendum existimau, ut aliquem doctrinæ gradum peruenirem. Nec enim id elaboro, ut ingenij aliqua laude fruat, sed ut incredibilem meam erga te benevolentiam, singularemq; grati animi voluntatem, si non referenda, at saltem prædicanda gratia declara-

LIBER QUINTVS. cxlx  
rem. Nō igitur mihi decero, quādiū aliud præstare non possum, quin hoc saltē scribēdi generē meum in re animū plenissimum pietatis ostendā, perficiamq;, vt me in omni loco me morem gratūq; esse cognoscas. Non me fallit quā id pro meo singulari erga te studio, quo qui dē sunt mirabiliter inflamatus, exiguum sit: Sed non debent qui magna præstare nequeant, parua negligere: & qui in rebus majoribus vñi esse nō possunt, ob id in leuioribus s muneribus apud eos quos præcipue obseruant collocandis diligentia remittere: præsertim cū in omni genere officijs pluris animi voluntas, quā muneris magnitudo facienda sit. Cū igitur et cōmodiū tuæ dignitatis amplitudini seruire possem, styli exercendi gratia multas questiones Aristotelicō more disputandas suscepissim, tū in primis de nobilitate mihi dixerendū esse putaui. Et propterea quād ea materies mihi tanto principe digna visa est, & hi nostri de nobilitate cōmentarij erant paulo diligentius elabori, eos tibi dicere cōstituti. Ac eo libenter feci, quo maior quædā, ac illustrior inter nobilitas elucet. Nā si genus ad dignitatē pertinet, nihil in rebus humanis est regio nomine sublimius, & corū præcipue regū, qui ex Christi OPT. M. A. X. voluntate res humanas administrat: quales ij

T V certe

## DE NOBILITATE CIVILI.

certe fuerunt, ex quoru[m] es stirpe generatus. Si virtute tantum nominis gloria comparatur, nihil est animi tui magnitudine nobilis, nihil laude tua liberalitatis illustrius, nihil ingenij tui flore præstantius. Ut interim omittam pietatem in fratrem tuum, Regem omnium iustissimum, & optimum patriæ parētem: humanitatem deinde in omnes: & postremo (quod caput est) ardens quoddam, & singulare Christiane religionis studium. Sed reprimā me, nec enim huius temporis esse statuo, animi tui doles egregias debitibus laudibus celebrare. A te vero contendere non desistam, princeps amplissime, ut hos nostros conatus boni & æqui facias, scriptaq[ue] nostra qualiacunq[ue] sint protu singulari humanitate libenter legas. Equidē si ea tibi nō ingrata fore intellexero, ad alia maiora gradū faciam: nec ullo vñquā labore defatigabor, modo habeam exploratū fore, ut haec nostra studia tibi nō inincunda cōtingat. Cum itaq[ue] variae dissensiones inter eos qui ijslē legibus instituti, eademq[ue] iuris sociate decūncti sunt, frequenter orientantur, nulla certe frequentius vniuersitate reipub. otium perturbat ea quæ inter nobilitatem, & multitudinem concitari solet. Haec autem cōtentio sic quam plurimas ciuitates imperio, atq[ue] gloria florentes affixit, ut sèpè numero totius reip.

statuum

## LIBER QUINTVS.

cl

statum immutare cogeret: qua quidē re, nulla perniciösior communi saluti excogitari potest. Si enim ea quæ sunt mandata literis, memoria repetamus, vix ullam ciuitatem tam bene fundatam reperiemus, quæ non fuerit haec discordia ciuili, inter primores atque plebem ora, nimis sèpè conuulsa, & in diuersas partes dissipata, ita ut modo pauci præfessent ciuib[us] vniuersus: rursus verò paucorum imperio sublati, rerum summā multitudinis furor occuparet. Quæ quidem mutationes, neque sine ferro, & cede multorum fieri poterant, neq[ue] sine summa morum pernicie. Nemo enim, qui modo esset paulo audacior, dubitabat, dū sibi eam reip. conuersionem fructuosam putaret fore, imminuere legum gravitatem, instituta maiorum violare, omniaq[ue] tandem perturbare, atq[ue] commiscere. Non persequar hic quantas ruinas ediderit hoc discordiæ genus inter principes atq[ue] plebeios excitatum: cū illud constet, quām plurimas ciuitates propter hāc partium contentionem funditus corruisse. Dū enim populus nobilitatis imperium tanquam violentum & superbum exscindere conatur, rursus nobiles, vim populi sequam atque vehementem armis reprimendam, & summa imperij seueritate coercendam putat: nullum est adeo pestiferum

## DE NOBILITATE CIVILI.

rum facinus, ac inhumanū, quod non ab vtris que in reipub. suspiciatur: animisq; semel hostili odio imbutis, ita dimicant, vt etiā publicā salutem, & propriā libertatē hostibus suis interdū prodere minime recusent. Idque est eo mirabilis, quod & ciuitatis cōmunione cōiuncti sunt, & studio vita dissimiles; ita vt nihil relinqui videatur, quod animorū certame accendat. Id enim quod in ciuitate plurimū valet, ad benevolentia coniungendā, nempe cōmunis periculi, atq; publicæ incolumitatis societas ab vtrisq; retinetur: quod aut non parum offendit habet in rep. & acerbissimū ciuiū inter ciues odīū creare solet, eo quidē carent. Simultates enim, atq; inimicitiae, ex iuidia, & æmulatione cōceptæ, in eos tantum exercentur, qui cum genus idem vita secuti sunt, eadem omnino cōcupierunt. Optimati bus vero cum obscuris hominibus, nullum eiusmodi certamen esse posse videtur, in tanta vita dissimilitudine, & tam dispari studiorum ratione, atque voluntate. Ille enim imperium & gloriam expetunt: hi dum vita cōmodis abundant, non ita magnum fructum in decoro, & dignitate ponendum arbitrantur. Cū igitur tam diuersa præmia respiciant, nulla causa cōtaminis atq; odii subesse videatur: maxime cum neutra pars possit ad ea

quæ

## LIBER QVNTVS.

clj  
quæ omnibus modis intuetur peruenire, nisi cum alterius auxilio. Neque enim vulgus vi-tam securè traduxerit, si non fuerit in tutela bonorum: neq; boni poterunt vllis ornamen-tis gloriæ illustrari, & amplificari, nisi sit vul-gus & multitudo, cuius patrocinij suscipiat. Ita vt praesidiū multitudinis in clarorū ho-minum virtute constitutum esse videatur, & ipsi rursus homines clari, non solum ad opes suās muniendas, verum etiam ad gloriam at-que dignitatem cōparandam, auxilio multi-tudinis indigent. Hæc cum ita, & natura & le-gibus ad concordiam conglutinandam insti-tuta sint nullum tamē maius odium ex histo-rijs accepimus extitisse: neq; quod maiores strages ederet rerumpub. quā id quod à ple-be contra nobilitatem, & à nobilitate contra plebem sèpè numero susceptum est. Quæ omnia cum animo necum agittarem, in ea co-gitatione versari cœpi, discordias fere omnes eorum flagitijs, & improbitate, qui se princi-pes in Rep. dici cupiunt, esse cōcitatas. Quam uis enim nihil sit amentius, neque magis fu-riosum atque turbulentum, quam corrupte multitudinis studium, illa tamen ipsa vicia, quæ multitudo concipit, summis viris adseri-benda sunt. Nā cum omnes nobilium imita-tores existant, nunquam plebis tatis flagitijs

scipiam

DE NOBILITATE CIVILI.  
scipiam inquinasset, nisi fuisset ad immensam  
luxuriam, & infinitam cupiditatem, exemplo  
nobilitatis incitata. Ita sit ut ciuium libidines  
quas amplissimi viri vel solo exemplo conti-  
nenti frangere debuissent, vitę turpitudine  
augeant, atq; vehementer incendant. Vbi ve-  
ro plebis animi flagitijs, atq; nefarij cupidita-  
tibus infecti fuerint, nullis legibus, nullius au-  
toritate, nullo supplicij metu, à furore, & au-  
dacia cōtinebuntur: nec vlla ratione prohibe-  
ri poterunt, ne erumpat aliquādo in totius rei  
pub. perniciem. Omne itaq; malum videtur  
a summis viris tanquam à fonte defluere: in  
quorum potestate situm erat, nascentē popu-  
li cupiditatem, & virtatis exemplo, & legum  
seueritate refrenare. Venit interim in mētem  
nihi admirari, quibus rebus adducti pleriq;  
mortales tantum generis splendori tribuant,  
vt eum summis honorib; decorandum, &  
omnibus ornamentis afficiendum esse putēt.  
Nam aut nobilitas natura nihil habet amplū  
aut magnificum: aut maxima pars istorum,  
qui vulgo nobiles appellantur, quorū animi  
tam multis modis impediri sunt, longe mul-  
tumque distant à vera illa germanę nobilitati-  
tis ratione. Nec enim dubiū est, quin si nobo-  
lilitatis studium extaret in vera gloria compa-  
randa, multi virtutem illius amarent: omnes

auctori

LIBER QVINTVS. elij  
auctoritatem nō inuiti sequerentur. Nam ne-  
mo est qui non virtutis admiratione commo-  
ueatur: & omnes existimant communem salu-  
tem clarissimorum homiaum virtute, atque  
prudentia contineri. Qua propter non alienum  
arbitratus sum, ipsius nobilitatis vim, ra-  
tionem, originem, & reliqua ornamenta, que  
verē nobilitati affixa esse videntur indagare:  
vt ijs explicatis, quantum instrumenti habeat  
ad dignitatem, & quātum inter illam, atque si-  
mulationem nobilitatis intersit, statuere pos-  
simus. Cum autē hoc nomen multo latius pa-  
teat: hic tantum usurpabitur à nobis, vt gene-  
ris claritatem significat.

¶ Primum omnī illud in dubium vocari po-  
test, sit ne nobilitas in bonis numeranda. Mul-  
ta namq; adduci possunt, quibus fiat verisimi-  
le, hanc generis celebritatē, nec vllam digni-  
tatē habere, nec vlo modo posse ad aliquod  
bonorum genus reuocari. Quātum enim ad  
naturā attinet, & humānę vitę cōditionē, vix  
intelligere possim⁹, quē fructum ferat hęc no-  
bilitatis admiratio. Simul enim vt in hanc vi-  
tam fragilem, & calamitosam ingredimur, ita  
legibus ijsdē tenemur vniuersi, vt nemini da-  
tur libertas recusandi mala quā plurima, qui-  
bus hęc mortalis cōditio afflcta est. Omnes  
viuēdi principiū à lachrimis & acerbitate faci-

mus:

**DE NOBILITATE CIVILI**  
mus omnes infinitis miserijs, & anxietatibus implicati, in metu atque dolore versamur, atque tandem varijs casibus ad mortem imus. Tantum vero abest, vt ab ijs pestibus tuta sit nobilitas, vt multo grauior sit eius cōditio, & exitus multo acerbior. Si quidem ut fumus semper summa petit: sic morbi, cædes, insidiae, & reliqua vita mala, eos potissimum persequuntur, qui sunt in altissimo gradu collocati. Sin autem animum ad corporis naturam cōuerteret: ne in illo quidē quicquam inesse compieret, quamobrem nobilitas sit plebijs familijs anteponenda. Nec enim viribus est valentior neq; celeritate pedum velocior, neq; valetudinis firmitate robustior. Immo quo deliciatus viuit, eo corpus reddit infirmius: & maiora morborum cruciamēta pati cogitur. Quod si nec in fortuna, nec in corporis præstantia, est id quod hominū inter homines distinguitur, & tanquam in classes distribuitur: certe in bonis animi est id quod à principio ordines hominū varie distinxit, aut nusquam est. Nec enim aliud gen<sup>o</sup> honorū præter hæc tria inuenitur, ad quod hic nobilitatis splendor retinocari poscit. Cum autem videamus adiutum ad virtutem patere omnibus, & sæpē numero qui claris natalibus orti sunt, ad turpis sima flagitia delabi, & ignotos homines interdum

**LIBER PRIMVS.** clij  
dum ad virtutis laudem vehementius excitat: reliquā est, vt suspicemur, hanc quam vulgo nobilitatem appellat, prorsus inanem esse & à sola multitudinis opinione ineptissime constitutam. Hæc sunt quæ possunt contra generis claritatem disputari. Attamen, cum videamus vniuersum genus hominum, quamdiu est animi perturbatione liberum, mirifice consentiens ad honores amplissimos certis gētibus deferens, id non temere euenire arbitramur. Si quidem omnium gentium in re aliqua consensio, lex naturæ putāda est. Quod quidē ut melius perspici posse ab ipsa natura exordium capiemus. Princípio igitur in naturæ vim, & vniuersi conditionē intuenti nihil sane occurret, quod nō vel cætera vitat dignitate, vel ab alio rerum genere supereretur. Hoc enim in rebus omnibus incredibiliter natura fabricata est, vt cum omnes rerū formæ sint inter se dispare, atque dissimiles, tum in nullis instat eadem omnino vis & potentia: sed alia aliorum impetu & vi mouuntur: alia impellant & moueant. Primum enim si rem ipsam altius contemplari velis, cælum que diligentissime suspicias, nihil in eo videbis, quod vel in eodem loco reponi, vel eadē venustatis laude censeret debet. Sydera namque cernimus non tatum ordine, atq; specie,

## DE NOBILITATE CIVILI.

Verem etiam virtute, & potentia inter se longe dissimilia: ita ut alia quidem quasi imperium exerceant, & reliquis afferant splendorē & dignitatem in alia vero lucem à praestantioribus accipiat. Deinde videmus etiam ignem omnium elementorum facile principe tu summo loco collocatum, cuius vi, subiecta corpora concitantur: quorum rursus: eiusmodi ratio est, ut sit inter illa, maxima virtutis & potentiae dissimilitudo. Quid autem (ut ad hæc inferiora descendamus) de plantis aut animantium genere dicam? An in omnibus eadem facultas inest, atque natura bonitas? Et hoc dictum non in ijs dumtaxat cernere licet, quæ sunt dissimili specie & ratione: sed in ijs etiā quæ eadem natura continentur & forma. Nec enim omnes eiusdem generis arbore, vel eadem in specie venustatem habent, vel eundem utilitatis fructum: nec omnes equi pari perniciitate prediti sunt: nec omnes leones eodem virium robore innunti. Denique nullum genus animalium, arq; adeo rerum est, in quo non extare, & eminere quandam nobilitatis effigiem perspiciamus. Hec autem naturalis excellētia in rebus sempiternis semper manet: in ijs autem quæ oriuntur, & occidunt, virtute quadam seminis in sobolem ipsam infunditur. Quod summus ille poëta dicebat.

*Forces*

## LIBER PRIMVS.

*Fortes creantur fortibus & bonis.  
Est in iuueniis, est in equis patrum.  
Virtus.*

Ergo cum hæc tanta vis naturæ sit, tantumq; iuris habeat, ut res mutas, belluas rationis expertes, reliqua denique omnia complectatur, quid tandem conuenit, eam in homine animalium reliquorum principe fingendo minus efficacem arbitrari? Quid è q; iali arbore surculus defringatur, è quali genere sit canis suscepitus, aut equus generatus, magni interest. Si putamus? Qualibus autem parentibus homo procreatus sit, nihil ad rem pertinere existimabimus? Certe si id contentionis studiū negare vellemus, res tamebit ipsa nos aperte coauinceret. Pespicum est enim yniuersas ferme gentes, eisdem studijs semper oblectatas, & eisdem moribus præditas fuisse. Quod sane facit indicium, hanc naturæ vim, sic in singulis nationibus esse desixam, ut nulla conditione euelliqueat, hominiq; mores ad posteritatem traduci. Cernis Gallorum nationem ut amens iracundia, & furore in aciem feratur? et tandem contra placabilem, & ad levitatem in communī vita propensam? At semper hæc natura gentis fuit, ut facile suscipieret inimicis, & facile deponeret. Germani vero truculēti semper habiti sunt, & qui in

V ij trepide

## DE NOBILITATE CIVILI.

trepide morte oppererent. Hispanis ut olim, ita etiam nunc industriam ad res strenue gerendas omnes adscribunt, & ad certamen in eundum alacritatem. Italis summum ingenium, & summam facundiam. Nulla deniq; natio est, quam natura non fixerit aliquis, vel vitijs, vel virtutib<sup>o</sup> insignē, quæ virtute semin. sposteritati ingeneratur. Hoc autē multo clarius in certis familijs semper eluxit. Id enim erime videmus euentre, vt iij qui illustri loco nati sunt, eas virtutes studiose persequātur, in quibus sui maiores aliquā laudem cōsecuti sunt. Ita ut qui haç sunt stirpe generati sint manu prōpti, & insignib<sup>o</sup> pugnis clari: qui alia, liberales, atq; munifici: alij verò rerum ciuilium prudentia cumulati. Ex qua quidem re, id efficitur, virtutem non tatum moribus, studio, & cōfuctudine, sed etiam natura, genere, & inge-  
nio cōtineri. Id autē nobilitatē esse dicimus, quod quidem nihil aliud est nobilitas, quam virtutis p̄fstantia, in aliqua gente cōstituta.

Nobilitatem igitur non opinione, sed na-  
tura contineri expositum arbitror. Quod si sic  
est accipendum, ut perinde ac agri vberes, &  
frugiferi, non per se, sed frugum expectatio-  
ne in summo p̄recio sunt: sic gentem aliquam  
præcipue amplectimur, quod vberem virtutis  
frugem s̄epius effundat. Sed iam facili-  
mum

## LIBER PRIMVS.

clv  
mum erit, ipsam rei vim, & naturam intueri. Est autem nobilitas splendor generis, in quo frequēter magnē virtutes enītuerūt. Sed quo-  
niam non omnem virtutis sp̄ciem amplitudinis atque dignitatis gloria consequitur, hęc desinitio videtur amputāda. Nec enim iij qui sapientiae studio dediti, cōctus hominum res linquunt, & otium persequuntur, possunt ea sapientia splendorē nobilitatis obtinere, quā tumuis egregijs virtutibus cumulati, & maxi-  
marum scientia rerum admirabiles existant:  
quod scilicet eas artes, quibus probe ornati sunt, non facile conferre queant in communis salutis studium. Nec enim illa vñquam fa-  
milia generis amplissimi nomen adepta est,  
quod extiterint in ea permulti ingenio singu-  
lari, qui cum hominum celebritatē studiose  
vitarent, omnem operam in geometris, vel in  
physicis, vel in musicis contulerunt. Que tam  
dem igitur est ea virtus, quæ gentem claram  
redit, & splendidis titulis insignem? Ea nem  
pē quæ ad communem utilitatem refertur:  
quæ desidiaz inimica totam se dat ad homi-  
num cōctus colendos, & conseruandos: ut in  
reb<sup>o</sup> bellicis fortitudo: in domesticis iustitiae,  
& æquitatis studium: addē etiam eloquentiae  
magnitudinem, & iuris ciuilis sciētiām, & re-  
liqua eiusmodi, quæ ad ciuilem disciplinam

**DE NOBILITATE CIVILI.**  
pertinent & in repub. dominantur. Est igitur nobilitas, dignitas generis, in quo maximæ virtutes extiterunt, vita communis salutares, & commodæ. Huius autem duæ species traduntur. Alia est enim ciuitatis, vniuersæ, alia familiarum singularum. Sic nobiles Athenæ ducimus, propterea quod viros permullos aluerit, qui consilio, & sapientia tempub. regere, & cōseruare possent: qui singulari virtute animi hostes arcerent, imperijque fines propagarent: & innumeris denique beneficijs patriam obstringerent. Hoc modo Spartam nobilem dicimus: hoc etiā Carthaginem: hoc postremo Romam omnium ciuitatum que vnguam fuerunt nobilissimam. Ea propemodum ratio in singulis etiam familijs considerari solet: vt ea egregie nobilis habeatur, quæ frequentia clarissimorum hominum maxime illustrata est. Ita sit, vt eadem vis in utroque genere insit, re tamen subiecta distingua tur. Ad istum enim modum Fabiorum, Claudiorum, Corneliorum gentem illustrem, & claram fuisse accepimus. Hacum autem partium duarum, ejusmodi ratio est, vt qui non fuerit natus utramque, vix sit in nobilium numerum adscribendus. Nec enim sieri potest, vt in obscura ciuitate familij illustres existantur. Qui potuisset enim ea ciuitas in tenebris delitescere,

**LIBER PRIMVS.** clv  
litescere, si lumen aliquod diuinæ cuiusdam virtutis habuisset? Nam enim non obscura sed illustris haberetur, neque si aliquis in ea extiterit præstanti virtute ciuis, potest it facile secessere ab illa caligine, qua patria vniuersa demersa est, in lucem atque dignitatem vindicare. Primum igitur naturæ beneficium est, vt in clara patria natus, & educatus sis: deinde vt claris parentibus ortus. Scitur enim illud Themistoclis dictum i ymodem Aphidnao, in iutgio obijcenti quod non propria virtute, sed propter splendorem patriæ fuisse à Lacedæmonijs singularibus ornatus honoribus recte sanè inquit Themistocles. Nec enim ego si Aphidnaeus essem, tanta virtutis insignia fuisse consecutus; neq; tu si es Atheniensis clarus esse vnguam potuisses. Quod etiam ad hanc rationem transferri potest. Nec enim nobilis esse quisquam potest, in ciuitate clara ignotis parentibus ortus: nec in ignota clarus, quamvis genere sit, vt in illa ciuitate præstantissimus. Id circa iij nobiles in suis tantum sedibus, & à suis nūcupantur. Absoluta autem nobilitas nūquam loco dimouetur: & ubiuis gērium fuerit, semper altis desixi radicibus animis hæret: & eandē apud omnes nationes dignitatem habet. **Quis enim vnguam Romanorum, cum Roma imperio rerumque**

V iij gesta-

**DE NOBILITATE CIVILI**  
gestarum gloria florebat, Cilicis & Bithyniae  
principes magno pere admiratus est? Contra  
Barbari Romanos, quasi quædam numina sæ  
pere venerati sunt. Poterit igitur nobilitas ad  
huc etiam modum diduci: ut alia sit omni  
ex parte absoluta: alia vero domi tantum lo  
cum habeat. Hæc itaque in solo tatum patrio,  
& inter suos eminebit, magis opinione vulgi  
quam veris dignitatis luminibus illustrata: il  
la vero quæ & patria claritate, & virtute gen  
tis exculta est, apud omnes homines splendo  
rem retinebit. Hic illa Theodectæ Helena  
cum inter alienissimos versaretur, loqui ta  
men magnifice sibi concessum arbitrabatur:  
sic enim inquit.

*Veraque stirpe maximis ortam deis*

*Quisquæ putet vilem, atque seruam nuncupet?*

Est hoc sane insitum perfectæ nobilitati, vt  
numquam in rebus turbulentis animo frang  
atur: nec ullo vitæ periculo dignitatis obli  
viscatur: vsq; adeo, vt nulla res magis indicet  
generis claritatem, quam animi magnitudo,  
qua cernitur in laboribus, & periculis. Quod  
sapienter à Virgilio existimatum est: apud  
quem dido sic Aeneam singulari laude cele  
brat.

*Credo quidem, nec vana fides, genus esse deorum.*

*Operæ pretium est videre, quid illi venit in  
mentem,*

**LIBER Q. VINTVS.** elvis  
mentem. Aeneam sanguine, & affinitate diis  
coniunctum existimare. Vide quam ratio  
nem alsignat.

*Degeneres, inquit, animos timor arguit.*

Nihil potuit verius ab illa confirmari. Ut  
enim generis celebritas, in aduersis rebus, co  
stantia atque virtutis laude perspicitur: sic  
getis humilitas, timideate & turpitudine se  
ipsam prodit. Tum demum haec oratione lau  
des Aeneæ concludit.

*Heu quibus ille*

*Iactatus fatis, qua bella exhausta canebat?*

Incredibile videbatur, vt qui tantas bello  
rum tempestates inuicto animo pertulisset,  
humili generi affinis esset, quod quidem antea  
ostenderat, formidine, & animi imbecillita  
te demonstrari. Cum igitur, (vt ynde sumus  
digressi redeamus) duplex sit nobilitas: altera  
quidem perfecta & absoluta, quæ tum pa  
triæ tum generis claritate commendata est,  
& vbiq; retinet eandem dignitatem, nec ab  
animi magnitudine vñquam deseritur: altera  
vero, quæ domi tantum suspicitur: qualis est  
earum gentium, apud quas iacent maxima  
rum virtutum studia: nos illius prioris orna  
menta perseguemur. Atque vt illius ortum à  
fonte repetamus, de illius origine alio sum  
pto principio disseremus.

## DE NOBILITATE CIVILI

Natura in animis hominum singulis, summam coniunctionis ratione habuisse videtur. Non in eo solum, quod homines ipsi de muneribus mentis & cogitationis ornatos, & generis similitudine, cognationeque inter se deuinctos, sic instruxit ad eandem vitæ rationem, ut nullus animal magis sociabile reperi possit: sed in hoc etiam, quod dum eorum ingenia varie distinxit, id effecit, ut homines ad societatem natos incredibili etiam necessitate colligaret. Cum enim artes innamerabiles existant, ad communis vita cultum, & in columnitatem maxime necessariae; neque posse vnum homo omnibus illis inservire: id fuit à natura diuinitus excoxitatum, ut alios alij artibus instrueret, aliisque munerialibus præceret: ita ut dum quisque præstisset operam suam, & in comune contulisset; ipse vicissim propriam indigentiam, quam suis non potuisset, alienis opibus sustentaret. Nec enim omnes Hippiae Elei similes esse possunt: quem gloriari solitum accepimus, nihil esse villa in arteriæ omnium, quod ipse nesciret: Neque solum eas artes tenere, quibus in genere doctrinæ, & sapientiæ studia continentur: sed eas etiam quæ in sordida & liberali ratione versantur: ita ut anulum quem habebat, pallium quo amictus incedebat, soccos, quibus

LIBER PRIMVS clvij  
quibus induitus erat, se sua manu cōfecisse diceret. Non est inquam facile cuius, tantum ingenio præstare ut tam multa munera solus sustinere possit: ipsumque Hippiam opinor haud satis commode tam dissimilia inter se studia exercere potuisse: qui præter quam quod incedenter liberales & ingenuas disciplinas, cum sordidis & humiliibus coniunxit: non omnes artes enumerauit, quo rum præsidio vita confirmatur. Nec enim (ut alia omittam) fecit villam mentione disciplina militaris: in cuius tutela reliqua oēs acquiescunt. Rei autem militaris studiū, nulla ratione poterit ab uno Hippia, præsertim tam multis negotijs implicato, strenue nauari. Est igitur nescire, ut alij quidem principes sint, & rectores, qui sapientia & equitate omnium salutis prospiciant: alij autem vel arma tractent, vel eas artes persequantur, quibus in rebus magnis reipub. vsui esē possint: alij postremo sedulo terram colāt: aut fabrili artificio aliquid cōficiant, eorum, quæ ad communem viram, cultumque pertinent. Cum igitur in humana societate sit omnino oporteat homines & ordine, & vita studio dissimiles, atq; dissimiles: id prouidenter agit natura, ut ingenia essent etiā omnino dissimilia. Siç factum est, ut qui busdam diuinam mentis aciem, & excelsum animum

DE NOBILITATE CIVILI.  
animum singulari sapientia, & industria præ-ditum elargita sit: quo quid vniuersitati expe-diret, & videre prudēter, & perficere constan-ter possent. Hanc aurē ingenij atque seduli-tatis præstantiam, aurū diuinum appellat So-erates in Phædro. Cuius auri copia circum-fluentes animos, deorum quasi agnitione te-neri, & ad regnādum maxime natos esse pu-tat. Hos itaque collocavit in summo gradu dignitatis ipsa rerum parens natura. Alios au-tem nō tanta virtutē excellētes effecit: ala cri-tate tamen, & invicto animi robore firmauit, vt possent imperata strenue perficere: in maxi-misque rebus legibus obtemperando, pa-triam iuuare. Quosdam postremo humilitate animi deprestos ad sordidas & infirmas ar-tes abiecit: quales sunt ij, quos opifices & ope-rarios appellamus. Sic enim diuino consilio effectum est: vt dum pro se quisque cæteris auxilium fert, & vicissim aliorum artib⁹ atq; facultatibus seipsum tuetur, ius illud humāng societatis sanctū permaneat. Hoc autem in-geniorum discrimen, iam inde abeo tempore perspectum est, quo genus humanum erat ad hoc in montibus atque fyluis dissipatum: cum nullis esset ciuilibus institutis, aut domesticis moribus excultum. Excelluit enim maxime tūc vñus, aut alter, corum quos natura finxe-  
rat

LIBER PRIMVS. clix  
rat in genio & prudentia præstantes, qui di-sperfan illam multitudinem vnum in locum congregauit: & ex immanni agrestique vita, ad humanitatem & honestos mores exco-luit. Id quod homines doctissimi fictis fabu-lis memorij prodiderūt: Orphæ cantu sylvas, ferasque omnes vnum in locum confluxisse, voluptate illa eximia cōmotas. Sic etiam tra-ditur Amphion, cantus suauitate lapides im-pulisse quo vellet, vnde vellet deduxisse: quo significatur, homines illos agrastes, atque fe-sos, qui vel ingenij stupore, vel immanitate morum, lapidum atque ferarum instar habe-rent, paucorū ingenio fuisse moribus huma-nis, & ciuilibus institutos. Hoc opere The-seus qui primus Atheniēses per pagos disper-sos in vnū locum cōpulit, & legibus, ac insti-tutis deuinxit, est immortalem gloriam con-secutus. Ut nūkl interim dīcam de illis, qui Thesco lōge vetustiores extiterunt, à quibus ciuitates fuerunt initio conditæ & constitu-te. Inde igitur cœperunt homines intellige-re, quātum generosus animus, & excelsus, hu-milibus anteiret. Tantaque extitit virtutis ad miratio, vt quamdiu in vita manebat ij à qui-bus beneficium illud accepérat, omnem illis sui regendi potestatē traderent: mortuos ve-ro diuinis honoribus afficerent: corumq; li-beros

## DE NOBILITATE CIVILI

beros omni caritate amplectēdos statuerent. Primum mouebat homines recens memoria principum, à quibus tam multis fuerant obstricti beneficijs; eorumq; posteritati gratiam referendam esse putabant. Deinde vbi experientia didicerunt, inesse in liberis paternam effigiem; non tantum corporis lineamētis, quantum animi indole euidenter expresse; iam non solum parentum memoria, sed etiam indolis admiratione prouocati, gentem illam prēcipue coluerunt, eique reipub. gubernacula libentissime tradiderant. Si igitur tempus queris, à quo primum tempore nobilitas esse in honore ccepit, scito, cum primum hominum ceteris iure sociati extiterunt, nobilitatem suspici coepisse: idque dupli ratione fuisse conlectatos homines summo loco natos: Primo parentum meritis: deinde magna virtutis expectatione. Fuit enim prisci illis hominib; maxime persuasum, virutem paternam in posteritatem in fundi, morumque præstantiam esse claræ gentis indicem: quod est ab Euripide sapientissime dictum.

*Egregia dignitatis indoles, nota*

*Insignis est nobis generis amplissimi.*

Hez autem opinio tantum valuit apud antī quos, vt qui maximo loco natus esset, eūdem

conti-

## LIBER PRIMVS.

ex continuo sperarent maximis fore virtutibus exornatum. Quod si cuiusquam virtus adeo esset admirabilis, vt extra communem hominum sortem posita, & collocata videretur: is humana cuncta despiciens, sc̄que longe inferiora reputans, originem suam ad deos auctores referebat. Hoc autem vt posset multitudini persuaderi, nō tantum imperitia, atq; supersticio, quibus illa rudis antiquitas obligata erat, quantum virtutis admiratio faciebat. Fiebat enim illis verisimile, diuino semine suscepimus esse, quē cernerent diuinis virtutibus esse euangelatum. Hinc illi prisci heroës extiterūt, quibus Homeri Ilias referta est: inter quos, nemo erat, qui nō decorum aliquem in suis gentilibus numeraret. Ut Hector ille, quo uno dum viueret res Troianæ nitebatur, de quo Neptunus ita Græcos all. quitur.

*Hac timeo peccatum ne Gr̄iūs inferat hostis.*

*Namq; si uenit animis flāmæq; similimus Hector qui loue se natum fert, hac nunc agmina ducit.*

Ipsaque Priamus eximijs confectus angori bus, cū in tenebris & luctu ob Hectoris mortem versaretur, eius virtutem incredibilem laudibus in cælum efferens illum inquit, eam opinionem cūtis ciuibus Troianis attulisse, vt virum tam singulari virtute præditum, nō humano sanguine ortum, sed diuino semine

pro-

## DE NOBILITATE CIVILI.

procreatum existimaret. Quid autem hic referam illas heroum contentiones, quibus & sui generis celebritatem ostendebant, & eo nomine se cunctis alijs præponebant? Quale est illud Achillis in Asteropeum Axij fluminis nepotem.

*Sic morere Asteropæ: grauo est, et flumine natis  
Progeniem lous in bello contendere contra:  
Sis licet ipse fatus tam late flumine, nobis  
Cede tamè, quidò est nostru genus ab Ioue sumo  
Me genuit Peleus: illi est pater Neacus ingens,  
Què genuit quondam summiregnator Olympi.*

Quid illud? quod in medio armorum discrimine Teopolemus Lycium Sarpedona contigit insectorum, quod falso Iouem patrem nominaret. Quam vanitatis maculam Sarpedon ille non tantum dictis, quantum factis delevit: Tlepolemo viro fortissimo, & Hercules filio vitam eripuit. Nec enim vlla re magis potuisse egregij generis celebritatem tueri, quam illo virtutis egregiae documento. Sed dicit aliquis, quorundam attinet tam multiplices deorum partus enumerare, & reliqua poëtarum deliramenta sermoni admittere, qui fuit veritatis inquirendæ gratia suscepimus? An est quidquam apud Homerum, ut alios omissimus, quin risus ingentes moueat? Apud quem & genitus deorum exaudiuntur: & turbæ ins-

ecili

## LIBER PRIMVS.

cixj

eglis nefarij commouentur: & vulnera si dijs placet, vel potius vt reor, iuinitis ipsis dijs saepè infligantur. Quid igitur cōuenit, eam orationem, quæ ad philosophorum morem instiuta est, his poëtarum mendacijs inquinari? Hæc inquā mihi aliquis obieciet. Cui sermo- ni imperito vt respondeam, velim dari mihi veniā, si tantisper à proposito digrediar, dum de studijs humanitatis breuissime disputem. Hoc autem eo facio libentius, quod Homeri testimonio mihi sèpius vtendum puto. Equidem is sum, qui poëtas omnes verâ scripsisse credam: Homerum autem arbitret omnium poëtarum fuisse verieatis amantissimum. Hoc certè viri Græcorum grauissimi sta tuerunt, cum duos Homeris versiculos secuti, litem secundum Athenienses dederunt, cum fuisse de Salaminis possessione, inter Athenienses & Megareses ingens controversia constituta. Id arbitrari sunt doctissimi viri, qui tam crebro authoritatis Homericæ presidio scripta sua munierunt, viri in omni genere laudis præstantissimi. Nec enim quod istos homines minime mallos fecellit, eadem veritas exigitur, & à poëta, & ab historico. In historia namque res tantum gestæ describuntur, ut hominum memoriaz commendentur. A poëtis autem, quibus est aliud propositum,

X multa

**D E N O B I L I T A T E C I V I L I**  
multa etiam ad honestam aurum voluptatem referunt ut idcirco, in historia p̄cipua virtus est vera simplexque rerum gestarum expositione, locis, personis, temporibusque distincta. Poëtarum autem oratio, ut muneris est astricior: ita in rerum expositione liberior. Alia tamen in illis est veritas requirenda: in qua si quid est offensum, non solum omnes erudi, sed theatra tota reclamant. Est autem poëtarum manus, hominum mores, fortunæ ludibria, & communis vita conditionem, quasi quodam penicillo, versibus vere & eleganter imitari. Quid in vita sit illustre, quid obscurum, quid honestum, & graue, quid turpe & flagitiosum, quid expetendum, quid fugendum, sententiarum lineis, & orationis color b̄ depingere, & illustrare. Qui munus istud suscepit, & susceptum ita præstiterit, ut ad naturæ similitudinem proxime accedat: hunc non mendacio condemnari, sed verum dici, & haberi est valde consonaneum. Quis autem est tan sine mente, ut cum legat Ulyssis errores, varios casus & anicipites, naufragia sexcenta, adde Charybdis immensam illam voraginem, & tabiem Scyllam. Antiphatem præterea, & Polyphemum, quis inquam est adeo excors, ut cum ista legat, arbitretur, ea sic ab Homero in scriptis relicta,

**L I B E R P R I M U S.** clxij  
relicta, quasi id fieri potuisse defendere? illud tamen diuinum ingenium docti omnes admirantur: à quo tam verè virtutis vis & ratio expressa est, quæ nullis unquam fluentibus obri, nullis blandimentis potuerit ab instituto cursu reuocari, nullis periculis animo frangi, aut debilitari potuerit. Sic in Achille virtutis militaris effigiem intuentur: in Nestore autem viuam sapientiæ simulacrum. Hæc autem non subtili, & spinosa oratione perfecuta est, quæ legētibus satietatem attulisset, quod est à philosophis factitatum: sed incredibili potius atque diuina dicendi venustate quo facilius homines ad studium virtutis alliceret. **Quis** igitur Homerum mendacijs insimulare poterit, cum tanta vere, cumulateque præstiterit eam fidem, quæ erat ab illo requirenda? Cum igitur illius testimonio vtimur, id facere videatur, ut hominis diuina mentis acie cuncta perspicientis autoritatem sequamur. Non quidem ut res omnino sic gestas esse, perinde, ac ab illo scriptæ sunt arbitremur: sed eos propemodum fuisse hominum mores, ea gentium instituta, eam rerum vim & naturam, & reliqua denique omnia, quæ admodum sunt illius monumentis illustrata. Sic igitur (ut me iam ad nobilitatis rationem referam) cum Achillem Thetide procreau-

**D E N O B I L I T A T E C I V I L I**  
tum, Aurora Memnonem, Ioue Sarpedona  
scribit, id illū sic arbitratum fuisse, & eadem  
opinione yniuersos illius etatis hominis im-  
buitos esse credimus, vt viros maximos, non  
nisi diuino consilio ortos, atque adeo semi-  
pediuino suscepitos existimarent. Haec au-  
tem opinio efficit, vt Theseus Neptuni fi-  
lius haberetur: Romulus item Martis. Ale-  
xander autem Magnus se multis post etatis-  
bus Louis filium dici concupiuit: quod etiam  
de Scipione Africano existimatum est. Fuit  
enim de illo viro, rumore quadam vanissi-  
mo dissipatum, quod prius in Alexander  
Magno vulgatum fuerat: Nempe, anguem  
immanem persæpe visum in matris cubicu-  
lo: cumque hominum interuentu repente  
ex omnium oculis elapsum, neque postea vs-  
quem comparuisse. Inde consecuta est opi-  
nio eiusmodi, anguis illius concubitu, Scipio-  
nis matrem grauidam esse factum. Impu-  
dens inquires mendacium. Quis quo se est  
tam ignarus omnium disciplinarum, aut chri-  
stianæ pietatis expers, vt ista vera esse in ani-  
mum inducat? Verum istud mendacium ab  
ea opinione minime falsa natum est, que ma-  
gnam virtutem, & excelsam, magnis & clari-  
bus natalibus assignat. Hinc iam facile potest  
perspici, quanto in honore fuerit apud pri-

scos

**L I B E R P R I M U S.** clxij  
scos illos homines inclytum genus & excel-  
lens. Et merito quidem. Nam si quid in illa  
etate extitit preclarare gestum, dignumque me-  
moria sempiterna, plurimum ab hoc ordine  
gestum est, quod satis est manifestum vetera  
scripta memoria repeti. **Q u i s n e c i t H e r a c l i -**  
**d a r u m g e n t e m i t a m a g n i t u d i n e a n i m i p r e s t i -**  
**t i s s e , v t P e l o p i d a r u m p o t e t i a m c o p i i s e x i g u i s**  
**f r e g e r i t , & r e b u s A t t i c i s i n v l t u n u m d i s c i -**  
**m e n a d d u c t i s s e p e l u c e m a t t u l e r i t ? T a n t u m**  
**q u e v a l u i t o p i n i o n o b i l i t a t i s , v t q u i s e v i d e -**  
**r e n t a b i l i s a d i u t o s , n o h u m a n i s o p i b u s , s e d**  
**d e o r u m n u m i n e s e c o n s e r u a t o s e x i s t i m a r e t .**  
**Q u i d h i c P e r s e i d a s r e f e r a m ? Q u i d A e a c i d a -**  
**r u m r e s i m m o r t a l i t a t e d i g n i s s i m a s ? I a m s i t e**  
**A t h e n a s a n i m o c o n u r t e r i s , v t r e s m e m o r a -**  
**b i l e s v i d e a s , q u e s a b i l l a c i u t a t e g e s t e s u n t**  
**o m n i e s m a x i m a e x p a r t e v i d e b i s , a v i r i s m a x i -**  
**m o g e n e r e o r t i s , & m a i o r u m g l o r i a c o n c i t a -**  
**t i s e d i t a s e s t . V t e n i m r e g e s p r e t e r e a m , q u o s**  
**s i n g u l a r i v i r t u t e f u i s s e c o n s t a t , c e r t e C l i s t h e -**  
**n e s q u i t y r a n n i d i s d e l e n d e p r i n c e p s e x t i t i t ,**  
**M i l t i a d e s , C i m o n , A r i s t i d e s , P e r i c l e s , &**  
**m u l t i p r e t e r e a q u o s i n f i n i t u m e s s e t r e c e n s e -**  
**r e , a q u i b u s t a m i n u l t a s u n t s u s c e p t a f a c i n o -**  
**r a , t u m c o t r a B a r b a r o s , t u m e t i a m a d u e r u m**  
**G r e c o s , d i m i n e i s t i f e r m e i n a m p l i s s i m a fa -**  
**m i l i a n a t i s u n t . I d e m e t i a m a p u d T h e b a n o s ,**

X iij & Spar-

DE NOBILITATE CIVILI.  
& Spartiatas, & innumerabiles alias natio-  
nes accidisse compertis. Sed lingua nam hæc  
aliena, & ad nostra veniamus. Si animum ad  
sacras literas adieceris, quantum ibi nobilitati  
testimonium, & discrimen generis inspi-  
cies? Ut enim reliquos omittamus, cōstat eos,  
qui à Iuda procreati erant inter omnes He-  
brei generis homines, splendore virtutis, at-  
que nobilitatis excelluisse. Quis quidem, iam  
inde ab eo tempore, quo fuerunt ab Aegyptio-  
rum impotenti dominati, in libertatem vin-  
diciati, magnam multis in locis virtutis egre-  
gia significationem dederunt. E quibus ad-  
modum pauca referā. Cum rex Aegypti mul-  
tis iniurijs Hebreos laceraret, nec illos vlla  
conditione missos facere vellet, vt erat à deo  
iussus: immo quotidie magis gentē affligeret,  
tandem ineritas impietas poenas persoluit,  
apparuitque Dei optimi maximī numen. Pri-  
mū igitur agri devastati: omnesque fruges  
teterima clade consumpta: deinde per diui-  
næ severitatis ministros cædes fieri cœptæ  
sunt, & innumeræ strages editæ. Postremò  
Rex tantis malis edoctus, vt videbatur, gen-  
tem viire sacrificatum dimisit. Hebrei igitur  
inde digressi, cum castra ad Rubrum ma-  
re pusissent, inopinatum malum sibi inten-  
di animaduertunt. Nam cum primū illi Aegy

pti

LIBER PRIMVS. clxijij  
pti finibus excessere: pœnituit regent consta-  
hij, quo fecerat illis abeūdi potestatem. Cum  
que insita animo superbia, in instituta animi  
impietate permaneret: eos quois tam multis  
prodigijs cœlesti præsidio septos esse cognou-  
nerat, bello perseguendos statuit. Furore nā  
quæ sceleris agitatus, haud potuit videre ma-  
lam sibi pœstem esse comparatam. Magnū igi-  
tur equitatum, magnū peditatum parat: quan-  
tas maximas pōtest copias edicit: incredibili-  
celeritate Hebreorum agmina rōntequitur.  
Ibi Moses cum dei pacem exposceret, & opē  
tautis malis imploraret, virga illa, quæ diui-  
næ virtutis significationem habebat: & quam  
semper in manu gestabat: fretum vei berat  
& in medio mari viam aperit. Aqua enim im-  
perio numinis obediens, sic ex utraque par-  
te instar muri constituit, vt medio interrecto-  
spatio, securum, & facile transitum pre-  
beret. Tantus autem terror ( vt quibusdam  
Iudeorum scriptis memoriae traditum est) in  
sacris enim literis nulli sit de hac re mentio:  
tradum igitur, tantum terrorem Hebreos  
oppellsisse, vt neque tam presenti ope nu-  
minis ostenta, se committere aquis auderent.  
Afferunt autem, tunc eorum qui à Iuda orti  
erant valde virtutem eniuisse: nec ullam mo-  
ram interposuisse, quin Moses vestigij, ani-

X iiiij mo

## DE NOBILITATE CIVILI.

mo magno ingressi; reliquos omnes ad sequē  
cūm excitarent. Quid autem post illam insi-  
gnem cladem, qua rex impius, dum acerbissi-  
mo imbutus odio, nefarioque scelere, obcecta-  
tus in mediū mare præcepit ruit, cum vniuer-  
so exercitu, deletus est? Nunquid nō in omni  
genere laudis hæc gens egregie præter cæte-  
ras versata est? Inde constitutum fuit, vt inter  
duodecim principes (singuli enim à singulis  
tribubus rectores deligebantur) primus habe-  
retur, qui esset ex Iuda stirpe generatus: hic  
primus agmen ducebat: primus vota facie-  
bat: primus immolabat: huius imperium, &  
authōritatem reliqui sequebantur. Vnde plu-  
ne colligitur Molem verē nobilitatis ratio-  
nem duxisse, cum sic statuit, vt certa genti,  
honores amplissimi mandarentur. Ab hac fa-  
milia ortus est Caleb: qui sibi primo gloriā  
ingentem peperit, cum orationi turpisimæ  
aduersatus est eorum, qui de reditu in Aegy-  
ptum cogitabant: satiusqæ esse dicebant,  
Aegyptiorum contumelias, atque superbum  
dominatum pati, quām vitam in armorum  
discrimen adducere. Hic Caleb suæ virtutis,  
et que constantia lumen ostendit; magnis  
clamoribus id agens, vt hominum spem, eo  
genere orationis fractam, & debilitatem exci-  
tarat: eosque ad prælium incenderet. Vbi par-

rum

## LIBER PRIMVS.

cixv

rum absuit, quia ab impia, & formidolosa cō-  
cione fuisse indignissimo cruciatu laçeratus.  
Hic etiam sub Iosue, cum esset natus annos q̄  
etwaginta quinque, ita se gesit, vt nemo fure-  
rit illo, vel manu, promptior, vel imperator-  
ijs artib⁹ instructior. Qui ne filiam quidā  
forma excellentem, nuptiū dare voluit, nisi  
ei qui facinus aliquid egregium suscepisset.  
Negavit enim se filiam vlla cōditione delpō-  
surum, nisi illi, qui ciuitatem quandam ho-  
suum munitissimam pugnando, cepisset: &  
cepit eam filius fratris ipsius Caleb. Vnde  
perspicuū est, virtutem cum vera nobilitat⁹  
plerumque consociatam esse. Generum vir il-  
le maximus non genere, sed virtute prestante  
tem sibi diligendum prudenter existimauit.  
Nam gentis nomen & dignitas non aliunde  
quām à virtutis laude professa est. Id tamen  
euénit, vt virtutis splendor à genti: claritate  
non discederet; nec aliud proprius accederet  
ad virtutem Caleb, quām is, qui communio-  
ne sanguinis erat illi, conjunctissimus. Quid  
post mortem Iosue Non fuit Dei optimi ma-  
ximi iussu, omnis cura belli, & gentis impe-  
rium Iudaicæ tribut delegatum, ætas me de-  
ficeret, si vellem, omnes: huius stirpes viros  
egregios recensere. Quod si vera est ea de-  
scripti⁹ nobilitatis, à nobis explicata, min-

X v me

**DE NOBILITATE CIVILI**  
me dubium est, quin sicut ea gens perfectam rationem nobilitati assedit. Inde enim belli duci innumerabiles extiterunt: inde viri singulare sapientia, & exequitatis laude praediti exorti sunt: inde per multa Reges regionis longe dignissimi: atque ut de reliquis sileam, sanctissimus & fortissimus David rex inde natus fuit, vniuersum pietatis atque virtutis exemplum. Denique propter virtutis excellentiam, mansit in ista familia regnum, quandiu res Iudaeorum steterunt. Ut autem ista prisa mittamus, certe constat, in sanctissimi illis monumentis, quibus Christi optimi maximi gesta consignata sunt, aliquam duci etiam nobilitatis rationem: cum in congreßu aliquius sit istius celebritatis mentio, quasi ad ornametum eius, cum quo sermo suscipitur, pertinere videatur. Veluti cum coelesti ille huius inquit, Joseph fili Davidis, nullum tumore: & rursus illud, Iesu fili Davidis, miserere nostri: item Paulus ad Romanos, cum veriusque naturae splendorem, & dignitatem in Christo celebraret, cum secundum conditionem humani generis, atque seminis, a David Rege procreatum esse commemorat. Paucissima ex infinitis decerpsi, dum breuitati studio. Ex his tamen paucis liquidè perspicere potest, hanc generis claritatem, & hoc gen-

LIBER PRIMVS clxvj

tis discrimen, diuinis etiam scriptis comprebari.

VI. Nam quantum fuit in nobis, vim & originem nobilitatis explicamus, cuius ortum ab illa naturali inde repetentes maximis animis ianata: quæ quidem si excitetur, & temporis etiam vetustate confirmetur, perficit illū vniuersi generis splendorem, & claritatem. Mirum est enim, ut de hoc etiā aliquid dicamus, quantum dignitatis adiungat etiā nobilitati, temporis antiquitas: nempe, quæ rebus omnibus hominum memoriae commendatis, maiestatem constituat incredibilem. Fiunt enim quodammodo, ea quæ à praesenti memoria sero ta sunt, ipsa vetustate sanctiora ita ut maius quiddam de illis suspicemur, quam quæ tum nostræ ætatis homines, omni studio possint imitari. Hinc exitit illa scriptorum monumenti celebrata contentio, inter varias gentes, atque nationes concitata: dum aliae se ante omnes mortales in lucem editas esse contenderent, aliae rui suis ea antiquitatis gloriam ad se traducere nitentur. Aegyptij solis Phrygibus antiquitatis laudem ingenuè concedebant: aliorū autem hominum se longe vetustissimos esse iactabant. Arcades autem ad fabulas usque progressi sunt, se ante Lunam natos esse confirmantes. Quid de Atheniensibus

**D E N O B I L I T A T E C I V I L I .**  
bus dicam? Qui quidem tantum sibi hac ve-  
tustatis laude tribuebant, vt vel eo solum no-  
mine, se in Græcia principatum obtinere pu-  
tarent. Nā cum aliorum Græcorum primor-  
dia, vel literarum beneficio, vel monumentis  
aliquot fuissent memoriae mandata: solus  
Atheniense nomen exitit, cuius principium,  
& origo, nullis vestigij indagari potuisset. In  
de cū leip̄sos omni memoria antiquiores es-  
se cernerent: in eam opinionem descendere-  
runt, vt se non aliunde dilapsos, sed ex Attica  
terra principio genitos: nec ex varia hominū  
colluione, vnum in locum confluxisse: sed  
eandem semper regiotem celuisse putarent.  
Ob idq; reticulo, quodam, aureis cicadis di-  
stincto caput ornabant: vt ostenderent, se in-  
star cicadarum, è terra quā in colerent, fuiss<sup>g</sup>  
generatos. Vnde etiā hautoētōes, dicti sunt,  
duplii itaque nomine sibi platebant: tum  
quod nihil in maioribus suis, vel barbarum,  
vel peregrinum agnoscerent: tū etiam quod  
antiquitate reliquis Græciæ gentibus anteiu-  
rent. Hoc in familijs etiam magnam vim ha-  
bere cernimus, vt in contentione nobilitatis,  
magni interesse videatur, ytra sit antiquior.  
Videtur enim rationi consentaneum, vt illæ  
maxime illustres habeantur, quæ plurimis an-  
nis ita se gesserunt, vt decoris, atque dignita-  
tis

**L I B E R P R I M V S.** clxvij  
tis possessionem, virtute perpetua tuerentur.  
Inde fit, vt generis nouitatem contemni ple-  
rumque videamus. Fit hoc quidem à multis,  
insolenti quodā fastidio, atque superbia non  
ferenda: non tamen omnino sine ratione fit.  
Nouitas enim, quantumvis sit omnib<sup>g</sup> rebus  
ornata, nō habet tamen illam ætatis canicie  
cui præcipuum honorem tribuendū putant.  
Perinde enim ac insingulis hominibus habet  
auctoritatem senectus: sic in nobilitate, claræ  
gentis antiquitas. In qua tamē opinione, sunt  
aliqui finis, & termini cōstituendi. Quemad-  
modum enim summa senectus mētis vim, at-  
que consilium debilitat, & afferit interitū di-  
grediatis: sic etiam nobilitatis splendor ange-  
tur mediocri vetustate: extrema verò senecta  
conficitur. Quod quidem vt accidere soleat,  
inferius explanabimus: nunc verò quod in-  
stat persequantur.

**VII** Cum iā multa, & præclara nobilitatis or-  
namenta cōplexi oratione simus, illud nunc  
consideratione dignum videtur, sit ne plebi-  
commudum, nobilitatis imperio gubernari.  
Iniquum enim multis esse videtur, cū omnes  
homines ad libertatem nati sint, hanc ita abij-  
cere, vt non suo arbitrio vivant, sed aliorum  
auctoritatem & nutum sequantur: præsertim  
cum permultos eorum, quos vulgo nobiles  
appel-

## DE NOBILITATE CIVILI.

appellant, nimis insolenter honoribus vlos,  
& dominatidi cupiditate precipites ad omne  
facinus vehementer incitatos esse videamus.  
Ut autē id melius explicari valeat, videndum  
est, non tam quid singulis hominibus præsen-  
tem afferat utilitatem, quām quid ad vniue-  
ritatem conseruandam, & in longum tempus  
propagandam, sit accommodatius. Id enī  
quod ciuitatis vniuersae salutem constituet:  
& plebis etiā fortunas, & commoda tuebitur.  
Nec enim vbi vniuersus reipub. status corruat,  
potest sanitas in aliqua reipub. parte perma-  
nere. Si autem aliquis incolumi repub. fuerit  
vehemēter oppressus: poterit certe multo fa-  
cilius, quām in commui omnium rerum per-  
nicie, in pristinas fortunas restitui. Ut antem  
id apertius inspiciamus, par est, in exempla ci-  
uitatum earum intueri, quā omnium ferme  
opinione præstantissimæ sunt existimatæ.  
Athenæ post Codri Regis mortem, fuerunt  
optimis legibus, atque moribus à Solone cō-  
stituta, qui tamen in hoc à multis excellenti-  
bus ingenio atque doctrina viris reprehendi-  
tur, quod popularem reipub. statum institue-  
rit: & libertatem plus nimio parem effecerit.  
Itaque status ille propriam imbellitatem in-  
dicavit: cum intra finem anni quadragessimi,  
plebis temeritate conuulsus, Pisistrati tyran-  
nidem

LIBER PRIMVS. clxvij  
nidem percessus est. Postquam verò sublatis  
tyrannis, ciuitas in pristinam libertatem re-  
dijt, aliquot annos in Græcia, & magna Aliq  
parte rerum potita est. Quod tamen impe-  
rium non ita diu tueri potuit, ambitione quo  
rūdam, qui se populares esse, & haberi cupie-  
bant: Inter quos enumeratur Pericles: Qui  
quidem licet fuerit in dicendo admirabilis,  
& imperatorijs artibus instructissimus: non  
vidit tamen, quantum mali patrī moliretur,  
eum plebem principibus equaret: & hoc mo-  
do miscēdo infima summis, auctoritatē Areo  
pagi immisceret. Nec enim est aliud vulnus  
& multitudinem principibus libertate parcs  
efficere, quām effrenatę cupiditati, ad perni-  
ciem arma largiri. Vide autem qui casus sint  
illam ciuitatem consecuti, postea quam adar-  
bitrium libidinemque plebis, omnia admini-  
strari cœpere. Primo quidem omnibus spe-  
ctatis hominibus, qui rempub. conseruarant,  
& auxerant, pestis & exitum per obscuros &  
flagitos homines affrebat. Nec enim  
fuit vñquam Athenis, post illam reipub. for-  
matam, vir aliquis ad laudem insignis, qui non  
inuidia tandem ingratę patrī conflagraret.  
Multi bonis omnia bus euersi sunt: multi in e-  
xiliū cieūti: multi etiam morti multati: quo-  
rum virtute fucrat Atheniensi populo, salus  
& gloria

## DE NOBILITATE CIVILI

& gloria quæsita. Hoc iam certe non mediocre malum est existimandum, nudari videlicet urbem opt. morum præsidij: & nobilium industriam, qui suorum exemplo ad patriam iuuandam inflammati fortasse erant, infringe re. Eigo cum bonorum auctoritas cœcidi set, & populi vis nūquam cōfilio, & ratione, sed impetu semper, & dementissima temeritate duceretur, nullum tantum malum ex cogitari potuit, quod non fuerit in illius reipub. calamitate. Nam cum Athenæ maximo, periculosisimoque bello fuissent implicatae, omnisque Græcia in ciuitatis illius perniciem conspirasset: populi cupiditate, atque furore fatum est, vt eodem tempore, aliud bellum non minus graue cōtra Siciliam susciperet. Nicia contradicēt, & omnibus bonis reclamantibus. Merito igitur in illa luctuosissima Syracusarum oppugnatione, non modo imperij, sed etiam fortunarum omniū naufragium fecerunt: & in grauiissimos atq; acerbissimos luctus inciderunt: atque tandem domesticis seditionibus agitatæ, & innumeris cladibus afflicte, libertatem misere perdiderunt. Postquam verò triginta tyranni reipub. dominatione semoti sunt, quid alio d collectas reipub. reliquias dissipauit, nisi plebis cupiditas & licentia? quæ nullis iam legibus poterat ad commun-

## LIBER PRIMVS.

clxix

communium rerum curam, & studium impelli. Immō cum vnicuique ciuiū licuisset, de publico sumere, quod in priuatos vsus conuerteret: omnes ab industria, ad desidiam vocati, & ad theatra atq; fabulas cōuersi, & reliquas voluptates, quæ virtutis neutros incident, omnē Attici decoris, & antiquæ dignitatis metropoliam depōsterunt. Itaq; non multis post annis, gens illa quæ innumerableis Persarū exercitus fuderat: quæ tantas res gesserat: quæ Græcī imperio potita fuerat: armis Macedonū, quorum nōmē sane obscuram ad id tempus extiterat, oppressa est, omnesq; imperij opes de manibus elapsae sunt. Huius autem calamitatis principium nō aliunde natum est, quam ab illa plebis petulātia, & improbitate. Apud Spartiatas autem, vt de his etiam aliquid dicamus. Reges & Principes multa memoriabilia, tum domesticis in rebus, tum vel maxime in bellicis effecerunt, & reipub. salutaria, & immortalitate dignissima. Ephori autē (qui quidem magistratus erat ē plebe) contrā dum omnia priuata utilitate metiantur, mala quam plurima ciuib⁹ suis inuixerunt: & teterram patriæ perniciem machinat⁹ sunt. Nec est enim aliud leges, quibus publica certe salus continetur, labefactare, & infringere, quam vniuersam reipub. iugulare. Cum autem Ly-

X

curgua

## DE NOBILITATE CIVILI

curgus universos ciues ad industriam, virtutem, & morum seueritatem sanctissimis legibus instruxisset. Ephori multis post annis, questus & voluptatis gratia (quae duas sunt maxime omnium rerum pub. pestes) inclytas illas leges sublulerunt. Quo factō Spartanā illa virtus subito extincta est. Cum verò Reges aliqui voluissent Lyceurgi leges cōstituere, ciuiumque mores in antiquam disciplinam reuocare, fuerant ab Ephoribus indignissime trucidati. Ita factum est, ut ciuitas illa, quæ Heraclidarum dūctu, & auspicio, optimatumq; sapientia, tam multos annos imperium habuerat, & incredibili virtute atq; fide Græcia libertatem defenderat, in sangue plebis opera crudeli tyrannoū dominatu premeretur.

viii Quid autem hic Romanos commincarent? cum illud inter omnes constet, non ob aliud suisse Romanam rem pab. funditus cui fami, quam propter temeritatem multitudo nis, in nobilitatem concitatate? itaq; imperium illud, quod per Reges primo, deinde per optimates & principes partum & amplificatum erat, breui fuit vulgi furore & amentia dissipatum. Cum enim plebis cupiditas ita crevisset, vt nulla ratione, alii metu coerceti posset, & turbulentis hominum popularium orationibus, ad spem ingentis prædæ suisset, ychener

menter

## LIBER PRIMVS.

clxx

menter excitata: non dubitabat, dum auaritiam expleret suam, omnia iura diuina, humanaq; violare. Inde illæ tribunitia seditiones, & agricæ legis actiones, non sine magno reip. malo a tribunis agitatæ, donec ad Græchos ventum est, à quibus est natum principium omnium calamitatum, quæ postea rem pub. consecutæ sunt. Eiusmodi enim seditiones consequentia quadam exceperunt Marianā tempora: quæ cum per se tatis grauia, & leuosa reipub. fuissent, tum etiam ad ærumnas sexcentas, atque tandem ad Cæsarī dominationem viam munierunt. Vides igitur Athenas, Spartam, Romam, à principibus cōditas, constitutas, & conseruatas fuisse: à multitudine verò, vexatas, direptas, & funditus excisas. Nec id in ijs duntaxat ciuitatibus accidisse competies, sed in omnibus ferme alijs. Ut enim quisque status maxime à plebis arbitrio sciuncetus est, ita videbis eam maxime stabilem, atque diurnum. Inde fit vt populari status facilime conuellatur, & vix horribilis atatem ducet: optimatum vero potestas diutissime permaneat: regnum autem immutabile propemodi, atque perenne sit. Hic aliquis fortasse, mihi Alcibiadē, & Critiam obieciet, qui exitiū & vastitatem patriæ intulerunt: aut Pausaniam, qui nefaria cœsilia pro

Y ij

dendg

**DE NOBILITATE CIVILI**  
dendæ totius Græciæ suscepit: aut Syllam,  
& Cæsarem, & alios præterea innumerabiles,  
genere quidem illos, & industria excellentes,  
ita tamen cupiditate principatus incensos, vt  
suorum ciuium libertatem armis optimiere  
minimo dubitarent. Fateor equidem, mala  
quam plurima fuisse per viros egregios rebus  
publicis importata. Nec enim temper illa ani  
mi elatio, quæ in claritate generis eluet, est  
cum virtutibus æquitatis, & continentie con  
sociata. Id tamen defendo, nullam vñquam ci  
uitatem fuisse ab humili plebe rite constitu  
tam. Animus enim generosus, & excelsus, ha  
bet arma, quibus posset & violare rem, nem  
pe ingenium, industriam, & fortitudinem. Con  
tra plebs, vt plurimū est temeraria, & impro  
uia, animique nimis, abiecti, atque demissi.  
Potest igitur temeritate, & furore patriam la  
befactare, non tamen vñquam in columnen cō  
seruare, neq; collapsam in pristinam dignita  
tem restituere potest. Vnde perspicuum est,  
quā male sit ijs ciuitatibus consultum, in  
quibus claris hominibus infimi præferuntur.  
Cum verò id acciderit, vt nobilitas omnibus  
verè nobilitatis ornamenti redundet, neque  
solum altitudine animi impellatur ad res ge  
rendas: sed multo etiam magis in iustitiae at  
que temperantiae studio versetur: & omnem  
operam,

**LIBER PRIMVS.** clxxi  
operam, euram & diligentiam, ponat in suo  
rum ciuium salute, atque libertate tuenda: &  
vt uno verbo dicam, omnibus germanæ nobi  
litatis officijs summa opere perfungatur. **Quis**  
erit tūc ita profligatus, atq; perditus, qui eius  
imperium repudiet? **Quis** non potius illud  
vniuersis ciuibus, omnibus modis expeten  
dum existimet? Nam si quisquam est, qui nul  
lo modo putet utile, vitam ad alicuius quam  
tumuis moderati, atque prudentis arbitrium  
instituere, & conformare: is non libertatem  
obtinere, sed omnium flagitorum licentiam  
consequi cupit, omnemque viuedi rationem  
scelere suo perturbare. Nec est enim quic  
quam in vniuerso genere rerum, quod sit ad  
naturæ ordinem accommodatus, quām le  
ges & imperium: sine quibus, neque domus,  
neque ciuitas, neque natio vlla stare diutius  
potest. Attamen grauissimum, inquit, est ser  
uire. Evidet is sum, qui seruitutem extre  
num omnium malorū esse arbitratur: sed aliud  
est seruire, aliud parere. **Quemadmodū** enim  
inter dominum & rectorem plurimum inter  
est: Rector enim in salutem eorum quos te  
git intuetur: dominus autem omnia ad suam  
utilitatem referit: sic etiam liberi hominis obe  
dientia, & obsequium plurimum à seruitute  
distat. Seruitus enim ea est, qua mancipia suo  
**X** iiiij arbitrio

## DE NOBILITATE CIVILI.

arbitrio proorsus carentia heri nutum sequuntur, neque suam sed unius domini voluntatem inuici respiciunt. Liberi autem hominis officium est, ijs velle parere, qui valent ingenio & industria, & quibus intelligit esse curam lalutis communis antiquissimam. Ut igitur aegrotus medico minime seruit, sed sua sponte obtemperat, quia id sibi salutare iudicat: ut vetor gubernatori: ut mile imperatori: sic etiam munus in corruptae multitudines esse debet, ad verè nobilitatis imperium voluntatem suam applicare. Plebs enim, neque quid in communè statuat, neque quid sibi conveniat, ingenij tradititate potest explicare: contra vero excelsus animus, non tam praesentia comprehendit, sed etiam in impenitentia multo antea prospicit, & ad omnia mala præcauenda, sumam adhibet diligentiam. Deinde cum plebs non sentiat ullam gloriarum suavitatem, nisi legibus & imperio refrenetur, omni studio lucri fordes, atque flagitia consequatur, & ad pericula pro patria tuberculata mollis, & languida est. Contraria nobilitas sola cupiditate gloriarum, & lati dis incensa, turpitudinem ipsam omnibus malis peius odit, & libertissime pro republica, res magnas suscipit. Quod sapienter Homerus (cuius auctoritate sapienter & liberter vitiorum) multis in locis ostendit. Sic enim induxit Re-

## LIBER PRIMVS. clxxij

gem vario sermone Graecos adhortantem, ut heroas & principes, laudis & dignitatis commemorationem, ad certamen aquarum: multitudo in verò, si metu mortis abscedat à pugna, vite cruciatum, atque necem denunciet. Ut igitur equi virtus, tum maxime eluet, cum prudentis equitis arbitrio gubernatur: ut animu tum rectissime constitutum arbitramur, cum voluntas rationis dicto obediens est: ut familiam tum deum saluapi, & incolumentem fore putamus, cum diligentis patris familiæ imperium sequitur: sic plebis salutem tum constitui, atque confirmari existimamus.

Quodcumque enim arbitrius, dum est, cum lui regendi arbitrius, & arbitrii trium, atque tanquam habentes, in omnibus, verè nobilitati tradiderit.

**Y. iii. HIE**  
admodum prædicti arbitrii, quodcumque in qualibet causâ, prædicti arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus,

admodum prædicti arbitrii, quodcumque in qualibet causâ, prædicti arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus, & quodcumque arbitrii, quodcumque arbitrii, & arbitrii trium, in omnibus,

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE NOBILITATE CI-  
VILI. LIBER. II.



V AB sit vis, & ratio nobilitatis, Ludouice Princeps, & quemadmodum ab ingenij diuinitate, virtutisque præstantia nata & alta summos honores cœsecuta est: & opinionem attulit antiquitati, genus clarum esse cum dijs sanguine, & affinitate deuinatum: quantis denique gloriæ ornamenti, atq; præsidij, in omnib; bene constitutis nationibus red undauerit: non modo fabulis, & exemplis ex omni memoria repetitis, sed etiā sacrarum literarum testimonio confirmamus. Deinde cum essemus oratione persecuti, quantum etiam conferat ad dignitatem generis vetustas: demonstrauimus postremo, homines verē nobiles ad imperandum non solū natos esse: sed etiā plebem ipsam, tum demum pace, firmissimoque præsidio muniri posse, cum omnia sunt in clarorum hominū potestate.  
Sed quoniam nihil est in hac vita firmum, stabile & diuturnum: sed oiania sunt fluxa, cedula,

LIBER SECUNDVS. clxxij  
duca, & fragilia: fieri non potest, vt hoc genetris ornamētum in perpetuum permaneat. Est itaque nobilitas mortalis, vt sunt pleraq; bona mortaliū. Perinde igitur vt aliarum rerum sic etiam nobilitatis est quidam flos, & iuventa: quam deinde maturior ætas excipit, & senium deinde consequitur: mors postremo sic occupat, vt ne vestigium quidem ullum apparet prīcæ nobilitatis. Alias itaque familias videm⁹ ad laudē excitari, & incēdi, quæ prius ignotæ fuerant: alias maiorum gloriā vix tueri: alias magis, magisque la bi: deinde p̄cipites ad ima deuolui: postremo sempiterna obliuione deleri. Quod Glaucus Homericus Diomedi his versib; significat,

*Quid genus inquiris Danaū fortissime nostrum?  
Nam genus humānū est solijs par, tēpore verno  
Hec nunc fundit humāni aur a lenis sibilus; illę  
Sylva virōs nutrit, renouat dū frōdis honorem,  
Sic genus humānū viget hoc nunc: exedit illud.*

Ecquod modo vestigium intueri possumus antiquarum familiarum? Omnes Iulij, Fabij, Metelli, Scipiones, yna cum fortuna populi Romani ita sepulti sunt, vt si aliquis existat, qui se ab illis ortum asseueret, perinde irridetur, atque si Pythagoræ somnium defendat. Post illa vero gentium nomina, quæ supra me

Y v morau;

## DE NOBILITATE CIVILI.

moraui, alia multa floruerunt, & interrerunt: alia rursus extiterunt, quæ nunc iam omnino deleta & extinta iacent. Id autem duplice de causa solet accidere. Prima est naturæ conditio, qua sic comparatu est, ut nihil insit in rebus humanis cōstans, & perpetuu: sed omnia ut paulo superius expofui, infirmitatis, & imbecillitatis plenissima: ita ut vel fortunæ telis in medio cursu obruantur: vel certe senio cōfeda, tandem in teritu consumantur. Deinde vitia sunt in causa persepe, ut illud gentis lunæ longe citius, quam postulet ipsius naturæ cursus, extinguatur: ut illis accidere videamus, qui vino, & lustris obruant corporis valetudinem, & immodica luxuria, quasi quodam existiali veneno, morte sibi ipsis cōsciente. Quo circa non alienum erit percurrere, quib⁹ artibus nobilitas ipſa comparetur: sic enim erit factillum intueri, quibus virtutis amittatur. Sed iam veror, ne sit hæc nostra disputatio, plurimum reprehensionis habitura, quod prima specie sibi non cōsentiat: propteræ quod statuere principio videbamur, neminem esse nobilē, nisi qui suisset illustri genere susceptus. Quod si verum est, nec is qui est insimo loco natus ad nobilitatis splendorē aspirare poterit: nec qui amplissimo, nobilitatem sibi comparabat, sed à maioribus traditam omni cura tuebitur.

LIBER SECUNDVS. clxxij  
tuebitur. Hæc sunt quibus adductus aliquis, fortasse orationem nostram inconstantiae nomine vituperabit. Ergo vero is nullo modo sum, qui eos tantum ad virtutem natos esse credam, quos vulgo nobiles appellat: cum sit omnibus ad laudem cursus apertus, qui res magnas, & magnopere expetendas concupierunt. Id tamen disterni, plurimum instrumenti nobilitatem habere ad dignitatem cuiusdam omnis ratio est à virtute petenda. Quis admodū enim in semine cauſat esse scimus stirpium, atque arborum: sic etiam maiorum satu, ingenerari plerumque posteris egregie cuiusdam virtutis indolem suspicamur: quæ tamen tunc demum appetit, cum optimis studijs, & exercitationib⁹ exultata est. Cum autem generis splendorē ob id dicimus amplectendum esse, quod in eo frequenter virtus emineat, ipsam certe virtutem, unam nobilitatis effectricem, singulati studio calendam arbitramur: quæ tamē interdum à nobilitate deserit, ab hominibus nulla majorum cōmentatione notis, magna cōtentione suscipit videamus. Nec enim semper verum est, in hac nobilitati illam animi elationem, qua qui prædicti sunt, in laudis studium ardenter incitari solent: neque id nos confirmare voluimus: sed id quod frequenter eueniunt, in disputatione nostra

## DE NOBILITATE CIVILI.

nostra ponendū esse duximus. Virtus tamen à nobilitate, splendore virutis illustrata, hac ratione differt: quod virtutis laus in singulis cernitur hominibus: nobilitas autem, vniuersam gētem amplectitur. Poterit igitur aliquis homo nouus existere omni virtute cumulatus, qui ita versetur in studio dignitatis, vt inter omnes excellat: quia tamen in ea gēte primus numeratur, non erit in numero nobiliū. Postquam verò in ea familia, multi exemplis illius incitati, in gloriæ cupiditatē incubuerint, tum deūlū elucere incipiet, illud nobilitatis eximiae lumen. Primus igitur generofus, & magnificus, non tamē nobilis appellari solet: vt sit ea omnino differentia, quæ est apud Græcos inter chugenī & genaiō. Hoc enim ad animi præstantiam refertur: illud ad familiæ celebritatem. Ut igitur vnum, nō numerum, sed numeri principium dicimus: sic illum primum omnibus summis honoribns dignissimum, non nobilem, sed authorem, & principem nobilitatis existimamus: quod nomen haud equidem scio, an sit longe multumque præstantius. Quare perspicuum est, neque id falsum esse, quod anteā fuit à nobis constitutum, & quod modo explicare ingredimur esse verissimum. Nem ille vir magnus, qui primum ingenium suum ad gloriæ studiū adjun-

LIBER SECUNDVS. elxxv  
xit, quāuis nō appelletur vulgo nobilis, cum tamen ingentem laudem sit adeptus, & virutis insignia posteritate relinquat: videtur sa né præclare iecisse fundamenta nobilitatis, atq; virtute sua omnem posteritatem illustrasse. Restar igitur vt videamus quibus artibus, hoc generis ornamentum, ab illo principe generis comparetur. Ijs certe, vt breuiissime dicam, quibus conseruatur. Est autem dictum, nobilitatem esse genus maximis virtutibꝫ ex cultum. Eas autem virtutes auctore viro doctissimo Aristotele, maximas appello, quæ se ad ciuilem statum, & hominum salutem accōmodant: & quibus societas hominum, & vitæ quasi communitas continetur. Qui autem in stitutis domesticis, & optimis moribns institutus est, is bonus vir rite haberi solet: nondū tamen sibi, ijs artibus, egregiæ dignitatis laudem pariet, si eas non contulerit in communis vitæ societatem. Si enim tantum nostra ipsorum causa nati essemus, satis esset ad summan dignitatem, nostros animos recte componere, & familiæ nostræ prospicere. Cum autem natura nos ad reliquos homines iuuādos impellat, & exusciter: is videtur munus sibi delegatū omni ex parte præstítisse, cuius studiū erga rem pub. magnis in rebus perspetuū fuerit. Non quidem, vt illa boni viri

## DE NOBILITATE CIVILI

virtus sit vlo modo contenenda : nam si non tota, aliqua certe reipub. pars, nempe illius dominus & familia, eius consilio conseruatur. Sed cum intra domesticos parietes continetur, ne que sese vltterius effundit, haud videatur illis amplissimis honoribus valde digna, qui tribuuntur illis, quorum virtus latissime patet, & rem publicam vniuersam amplectitur. Nec enim vñquam tanta fuisse hominum conuersio ad paucorum virtutem diuinis laudibus ornadom, nisi cerneret vniuersi, se illius opera fuisse magnis in rebus adiutos. Ergo ciuitatium disciplina, ad istam nominis claritatem perueniri poterit.

xj Huius autem disciplinae præcipua quidem pars est iustitia, in qua virtutis maximus splendor inest. Eius enim admiratione cōmoti, initio mortales oēs opes certis hominibus detulerunt. Sic enim, cum de iustitia queritur, disputari solet: fuisse quoddam tempus, cum genus humanū vitā in sylvas, & agris nullo certo more traducebat: nullā colebat religionē: nullum humanitatis officium tuebatur: nihil deniq; ratio, vel disciplina, sed pleraq; vis, & furēs animi impetus administrabat. Cum igitur latrocinia, atq; caræs infinita fierent: & ij qui viribus plus valebant, affligerent imbeciliores, eflctq; omnis vita maliis innumeris circumuenta:

## LIBER SECUNDVS clxxvij

circumuenta, omnes ij, qui iniuriam acceperant grauiorem, confugiebant ad præsidium alii, cuius præstantis ingenio viri, in quo lumen æquitatis clucere perspexerant. Is cum misceros & supplices in suam fidem recepisset: studiū inque suum extinguedi latrocinijs, reprehendeq; cedis, & iniuriaz vindicandæ declarasset, & potentes cum tenuioribus paratiure retinueret, cueniebat, vt omnes qui otium, & securitatem amabant, omnia vita præsidia, in eius virtute, & imperio constituta putarent, quem animaz dueretur, esse iustitia laude florissantissimum. A iustitia igitur fonte regia protestas orta est: hinc optimates, & principes extiterunt: hinc prima nobilitatis principia nata sunt: nec ullum omnino genus claritatis, aut antiquius, aut præstantius hac Regum natione reperitur, qui primi virtute sua humanam vitam excoluerunt. Horum diuinitatem admiratus Hesiodus, Reges à Ioue procreatos esse, in Theogonia scriptum reliquit. Quæ opinio fuit etiā ita à multis usurpata, vt cum gentilē deorum existimarent, qui virtutis huius præstantia clarus esset. Aeacus enim, Minos, & Rhadamanthus, iustitiae magnitudine, filij Iouis habiti sunt. Qui etiā, vt est in fabulis, ymbris date iura dicuntur. Adeo ne apud inferos quidem, putauit antiquitas, vñ  
Iam

## DE NOBILITATE CIVILI

Iam multitudinem sine grauitate legum, & se  
ueritate iudiciorum, permanere vlla ratione  
posse. Pittacus ille Mytilenaeus, ijs æquitatis  
artibus, ad imperij fastigium peruenit. Quod  
etiam Numæ Pompilio Romæ accidit. Hoc  
enim iustitiae, & æquitatis studio dignus est  
omnium suffragio iudicatus, qui secundus à  
Romulo clavum teneret. Quid referam hic  
Lycurgum, Draconem, & Solonem? vt inter-  
rim illos vetustiores omittam, Mercurium, &  
Phoronem, & reliquos, qui cum leges, & iu-  
ra describendo, salutem suis ciuibus attulis-  
sent, amplissimos honores sibi quaesierunt, &  
nobilem stirpem in multos annos propaga-  
runt. Quod autem nullius virtutis laus illu-  
strior esse posse, vel hoc indicium facit, quod  
reliquæ omnes, si non sint cum iustitia cōiunctæ,  
nullæ possunt habere commendationem:  
hæc autem, etiam à reliquis sciuncta, suam  
semper retinet dignitatem. Hoc autem innu-  
meris exemplis intelligi potest: ego tamè bre-  
vitatis causa, duobus ero contentus. Aratus  
enim Sicyonius, cum nullus imperator esset,  
eam tamen est gloriam iustitiae pulchritudi-  
ne confecutus, vt cum omnibus summis im-  
peratoribus sit omnium iudicio conferendus.  
Qui dum vixit, bellum sibi cum omnibus ty-  
rannis, & improbis ciuibus suscipiendum pu-  
tanit.

LIBER SECUNDVS. lxxvij  
ravit nec vllum pro legum defensione recusa-  
uit vitæ periculum. Aristides autem qui hunc  
multis annis præcessit, iustitiae integritate tan-  
tum laudes est assecutus, vt neque Themisto-  
cles tantis rebus gestis, apud Athenienses clá-  
rior haberetur. Ex quo intelligi potest, nullā  
esse viam ad amplificationem honoris & glo-  
riæ cerciorem, neque quæ maioribus orna-  
mentis gentem aliquam afficiat.

iii Post iustitiam, ea magnitudo animi quæ  
cervitur in periculis, ad summum laudis fasti-  
gium, & meritum qui dem eucti est. Magnum  
est enim mortem contemnere, & pro dignita-  
te, atque salute omnium vitam libenti animo  
profundere, nec vllum patriæ vitæ periculum  
denegare. Iccireo omnes ferme, qui ad glo-  
riam incensi sunt, in re bellicæ studium præ-  
cipue incumbunt. Priscis etiam legibus, apud  
omnes bene constitutas nationes, plurimum  
honoris huic virtuti semper attributum fuit. ut  
scilicet ea gloria cupiditate, omnes alacrius  
arma caperent. Contrà vero ignauia, atque  
formidini, permulta probra fuerunt, legibus  
prudentissime constituta. Apud Macedones  
erat olim lege sancitum, vt qui nullum hostem  
in acie ceperint, capistro publice cingeretur  
Apud Seythas, nemini licet in sacris epulis  
en cumlatum proculum accipere, qui nullum

DE NOBILITATE CIVILI  
in re militari virtutis signū dedisset. Amazonibus non erat concessum vīla conditione nubere, nisi prius hostem pugnando interemissent. Solon autem statuit, ut eorum liberi, qui pro patria dī nicando mortem occubuerent, de publico aleretur. Quod etiam fuit in multis alijs civitatibus valde prudenter usurpatum. Sapienter enim ab ipso Solone Græciæ sapientissimo existimatum est: rēpub. salutem, p̄m̄io, & peccātū cōtineri. Hac enim improbi & facinorosi cōrēcentur: illo autē splendida ingenia, ad percipiendā virtutis studiū matore quadam animi impetu concitantur. Diuinitus igitur à prīscis legislatoribus institutum est, ut in quocunq; hominum genera ista virtus eluxisset, multis insignibus atq; titulis ornaretur: cōtrā verò turpitudō, & ignania, omni dedecore, & publica cōtumeliā afficeretur. Hoc autē cū legibus instituebant, nihil aliud efficere videbatur, quām ad nobilitatis splendorē viam omnibus aperire, qui essent egregijs virtutibus exculti: turpes aut, & nimivm formidolos homines, etiam si in amplissima familia natū fuissent, nobilitatis ordine more. Quid autem de Romanis loquar? Equis enim tot equestres imagines, tot coronas murales, castrenses, ciuicas, triumphales, enumerare valeat? Equis tam multa virtutis

LIBER SECUNDVS. cxxxvij  
virtutis insignia atque laudis ornamēta poterit explicare, quām multa Romanorum legibus fuerunt olim virtuti militari proposita? Ergo minime mirum est, si ciuitas illa, ad tantam imperij magnitudinē peruenierit, in qua virtus tam multis honoribus, & p̄m̄ijs attingebatur: ad quorum cupiditatem, non modo nobiles, verum etiam multi ē plebe, ita vehementer exarserūt, vt nullum pro repub. vitæ periculum recusaret. Atque (vt ex innumeris paucos ad modum recenseam) duo Decij plebi quidem fuerunt: propter tamen singularem animi virtutem, amplissimum honoris gradum in repub. consecuti sunt: qui tandem pro salute patrī, victoriæ sc̄le libertissime defuerūt. L. Marcius, ille qui rempub. Romanam in Hispania collapsam restituit, humili genere suscep̄tus erat: virtute tamē est assecutus, ut ad summos honores, atq; gloriam perueniret. Quid hic referam M. Portium Cato nem virum insigni virtute: atque singulari sapientia clarum? Quid M. illum Marcellum, qui primus Hannibalis impetum repreſſit: omniaque tādem virtute vinci docuit? Quid fortissimum illū Marium, & sexcentos alios, humili loco natos, qui tamen propter virtutē militarem, & imperatoriam, alieenderunt ad honores amplissimos, posterisq; suis nobili-

**D E N O B I L I T A T E C I V I L I**  
tatis gloriam pepererunt. Hinc etiam hæc nobilitatis insignia, quæ nostris etiam temporibus circumferri videmus, ortum habuere. Nam cum aliquis operam egregiam in bello præstisset, erat illi ab imperatore cœcessum, ut nobilis haberetur: & insigne virtutis gestaret aliquid, per quod nobilitaret genus, & posteritatem ad similis facti memoriam excitatet. Alij igitur tot castella depicta gestant, quod illi generis principes pugnando cœperunt alij circulos, aut quiduis aliud pronomero hostium, quos in prælio aliquod durissimo interfecerunt: alij ut fortasse ostenderent, se lucem rebus patriæ afflictis atulisse, stellis scuta distinxerunt: alij denique alia assumperunt, quibus virtutis sue memoriam proderent. Hæc omnia eo pertinent, ut facilius intelligamus, semper huic virtuti fuisse aditum apertum ad summam totius generis claritatem.

iv. Multi etiam liberalitate, & magnificencia, illustria sanè claritatis fundamēta fecere, dando, largiendo, amplissimisque beneficijs complures ciues obligando. Sic enim priscus ille Tarquinus, exul & ignotus, Romæ clarum nomen est adeptus, & ad regni fastigium pervenit. Hoc etiam magnificientia ratione, isto multo antiquior Pelops, barbarus & aduena, in ea Græciæ parte, quam à nomine suo Pelo ponnesum

**L I B E R S E C V N D V S.** clxxix  
ponnesum appellavit, rerū summam tenuit. Atque ut etiam recentissima commemorem. Cosmus Medicis, huiusq; nepos Laurentius, tantum hac liberalitatis laude præstiterunt, ut & Florentiæ principatum, & apud omnes nationes, amplissimum dignitatis nomen obtineret. Nec est enim illa virtus ad nobilitatis conditionem accommodator, neq; quæ maiores amicitias, & studia maiora pariat, atque conseruet: sine quibus, neque suas opes firma re, neq; gloriam ullam cōsequi, quicquam potest. Hoc autem mihi secuī videtur ij, qui nobilitatem tradiderunt, esse virtutem generis cum abundantia pecunia. Nam cum hæc una laus beneficentia videatur esse propria nobilium (sunt enim eorum plerique propensiores ad benigne faciendum) & eam laudem nem o possit adipisci, qui non sit auxilio pecunia instrutus, existimat viri doctissimi, pecunia ipsam tanquam liberalitatis materiam, in definitione nobilitatis ponendam esse. An recte ea definitione vis & natura rei fuerit explicata, minime laboro: dummodo ex ea etiā intelligitur, esse hanc virtutem ad gloriam comparandam, & totius generis ornamenti consequendum apprime necessariam.

v. Multi etiam & nostra, & priscorum memoria, tum eloquacij magnitudine, tum etiā

**DE NOBILITATE CIVILI.**  
Iuris civilis prudenter, sunt ingētem gloriam adepti. Eiusmodi enim artes inter eas numerantur, quę merito semper in repub. plurimā dominatæ sunt, & sine quibus civilis status non pot. si diu permanere. Frustra namque sunt foris arma, nisi res sint domi, consilio, & pacis attiquis constitutę. Sunt præterea multi, qui vel principum gratia, vel liberæ civitatis consensu, in nobilitatis ordinem asciscantur. Hoc autem prima specie, minime videtur veritati, atque rei naturę & consentaneum. Nobilitas enim, aut nuditur opinione: aut virtute, & moribus constata: aut natura simul, & industria continetur. Opinionis levitatem semper graues homines pro nihilo habendā putarūt: virtutis laus nobis ipsis pariēda est, nō alium de sumenda: generis autem, & naturę vis, ea est, vt minimē principū imperio fleſli posse. Neq; cuim est facilius principum beneficio ex ignobili, nobilem quemquam effici: quam ex stulto sapientem, ex elingui discretum, ex ignavo impigrum, & audacem. Quod etiam in dandis ciuitatibus considerari potest. Nā si ciuis est natura (vt multi suspicati sunt) nulla ratio est, cur in ciuitate recipiatur hospes, & peregrinus. Vnde Gorgias Leōtinus Larissorum principes irtidens, quod multis exteris hominibus ciuitatem donarent, dicebat, perinde

**LIBER SECUNDVS** elxxx  
inde atque opifices, è quāvis materia cōficiunt mortaria, aut quid vis aliud generis eiū/dem: ita esse quosdam Larissorum artifices, qui ē quousquis hominū genere, Larissos ciues effingerent. Attrahit neque Gorgias sententia, ne que aliorū qui simil ratione regū, & principum benignitatē interclusi cupiunt, mīhi probari vñquam poterit. Nam cum omnes qui paulo elatiore animo prædicti sunt, ad vir autem, honoris & gloriae cupiditate incendātur: si honoris speciem debilitate vclis, virtutis omnino studia extingues, qua erat incitāda, & inflammandā. Quia quidem re, nihil omnino ciuili disciplina magis aduersarium est. Huc enim leges respicere, hoc omnibus bene constitutis nationibus, propositū esse debet: vt homines magnarum rerum cupides, quamvis sint saepē numero sua sponte adiungandam remp. incitati: gloriae tamen cupiditate, multo vehementius ad publica salutis studia inflamment. Nam & ea ratione, maxime firmari possunt opes ciuitatis, & iuris aquabiliitas conseruari. Quid enim esset indignius, quā nullum præmium propter magna merita, claris in repub. viris esse constitutum? Aut quod præmium excogitabis, quo virtuti satisficeri aliqua ex parte possit, præter hoc dignitatis, & glorie? Quid deinde magis regium est, Z iiiij magisq;

**DE NOBILITATE CIVILI**  
magisq; magnificum, quām virtuti debitum  
dare testimonium, & tūlīs honestate digni-  
tatem: vt hoc modo, tum iustitia cōseruetur,  
tum etiam complures in studium virtutis a-  
crius incitetur? Nec enim princeps, vt iam a  
illa respondeamus potest efficerē, vt vilis, &  
abi eccl̄us animus, ad nobilitatis claritatē per-  
ueniat: quæ videlicet nō gratia parta, sed à na-  
tura profecta, & optimis exhortationibus ex-  
ulta sit. Potest tamē generosum, & inuidūm  
animum, splendidis titulis exornare. Quod  
quidem non solum honestum est, & rationi  
cōsentaneum, sed ita necessarium, vt ea re, sa-  
lute Reipub. contineri existimandum sit. Au-  
thoribus quidem maximis, & regendæ reip.  
Scientissimis, ad istam sententiam vti possem:  
sed ego vnum tantum Platōnem adhibeo:  
apud quem Socrates in tertio de Rep. libro,  
cum fabula quadam de hominibus armatis ē  
terra editis, ad patriæ caritatem, & mutuam  
inter se benenolentiam, ciues impulisset: tum  
deinde, sic institutum sermonem continua-  
uit. Auēi, inquit ille reliquam partem fabulę.  
Omnes qui in eadem civitate viuitis fratres  
estis. Sed Deus cum vos informaret, ijs qui-  
dem, qui nati & apti sunt ad imperandum, au-  
tum immiscerit: ijs autem, qui principibus in  
comunione saluto defendēda, operam nauant,  
argentum;

**LIBER SECUNDVS.** clxxxij  
argentum; agricolis autem, atq; reliquis op-  
ificibus, æs & ferrum. Ita sit, vt cum ab eodem  
principio ortum habeatis, vobis similes ple-  
rumque generetis. Euenit tamen, vt ex aureo  
parente, interdum argētea soboles nascatur:  
ex argenteo aurea. Et similliter omnia ab alijs  
vicissim oriantur. Iubet igitur Deus, vt prin-  
cipes ipsi, primum atque p̄cipue, adeo ma-  
gnam curam suscipiant inuestigandi, & in-  
spiciendi, quid in animis liberorum suorum  
immistum sit, vt nihil omnino diligentius ani-  
maduertant. Quod si æneum aliquid, aut fer-  
reum insitum in filiorum sensibus inspexe-  
rint: non impedianter misericordia, quo mi-  
nus illis, minus eorum naturæ conueniens  
assident: & ad opifices, aut agricultoras dimit-  
tant. Si ex illis aliquid rursus aureum, aut ar-  
gentum extiterit, honori bus afficiant: & ali os  
quidem ad urbis custodiam, & imperium  
alios autem ad urbis auxilium, & militiam;  
euocent. Insidetaque in eorum mētibus fui-  
sse olim oraculo prædictam, ciuitatem touc  
omnibus bonis euerterendam, cum ea ferri, aut  
æris custodie commissa fuerit. Hec Plato de  
principis officio, per Socratis personam di-  
spuit. A quo reliqua omnia p̄clare, illa  
postremo diuinitus dicta sunt: omnes ciuita-  
tis opes funditus interituras, cum æs & ferrum,

## DE NOBILITATE CIVILI.

hoc est ingenium humile, omniq[ue] virtutis præsidio nudatum, reipub. gubernacula tra-  
stanta suscepit. Ob id igitur non solum homines industria, & ingenio excellentes, ex a-  
gris ad urb[us] custodiam euocandos, & nobili-  
tatis ornamētis afficiēdos, sed etiam amplissi-  
mo genere natos, si de generes extiterint, in  
inīsimā turbam coniuciendos esse statuit. Hoc  
autem tantam vim habere putat ad rempub.  
stabilendā, vt summa quadam religione, cum  
ab omnibus, tum vel maxime, à principibus  
ipsis, quasi diuinam legem, ad hominum salu-  
tem constitutam conferuandum esse censeat.  
Quod si verum est, omnia ornamenta qua  
cogitari possunt, virtutis excellentiae deberi:  
princeps qui Socratem audire voluerit, eos  
qui indigne patiuntur virtutem, in quocunq;  
hominum genere eniteat, omnibus ornamen-  
tis illustri: omnium primos in agros depor-  
tan dos, armentisque præficiendos esse decer-  
net. Nam si virtutis studio ipsius reipub. salus  
atque dignitas continetur, is certe qui virtuti  
aduersatur, reipub. opes infringit: & commu-  
nem ciuitatis gloriam labefactat. Ut igitur in  
institutum sermonem redeamus, non potest  
princeps efficere, vt abiectus animus, atq; de-  
missus ad rerum maximum gloriam atpi-  
ret. Potest tamen, magnum animum, & excel-  
sum

LIBER SECUNDVS. elxxxij  
sum debitis ornamentiis afficere. Itaque no-  
tam scribuit nobilitatem: quam iam præclare  
institutam nobilitatis rationē, & singularē  
animi magnitudinem, egregiæq; virtutis aut  
artis præstantiam, honoribus debitum hone-  
stam & illustrem reddit. Iccirco, cum antece-  
dunt merita, tum hæc grauissima principum  
iudicia rite cōsequuntur. Alter vero non erit  
ea nobilitas: sed inanis nobilitatis species, fu-  
co & q[ui]busdā medicamētis illita, & opinio-  
ne tantum multitudinis confirmata.

vi Cum igitur manifestum sit, æquitatis lau-  
de, virtutis studio, & beneficentia, & ijs arti-  
bus præterea, que semper in bene moratis ci-  
uitatibus floruerūt, nobilitati genus, facilē pa-  
lā siet, quibus virtutis, hæc generis claritas extin-  
guatur. Is nempe, que virtutibus illis aduer-  
fantur. Quis enim (vt expositū est superit) plerūq; cōtingat, vt qui sunt honesto loco na-  
ti, non mediocre sint ad virtutē indole: sitta-  
men interdum, & frequētus quidem, quæ es-  
set vtile rebus humanis, vt aut à clarissimis vi-  
ris degeneres oriuntur, aut faltem illud natu-  
rale bonū, quod animis nobiliū innatcif, vi-  
tio præg confuetudinis intereat. Itaque cum  
aliquis adeo malis moribus imbutus, & pra-  
va cōsuetudine deuinclus est, vt nullā hon-  
oristis rationē ducat: ipse scilicet in tenbras abdit  
& gen-

## DE NOBILITATE CIVILI

& gentem claram, quantum potest, obscuram  
& ignobilem reddit. Quemadmodum igitur  
æQUITATIS studiū multis nobilitatem compa-  
ravit: sic iniq[ue]itas iniuriæ indignæ in multos  
mortales contumelias, quam plurimos hono-  
ris possessione deicerunt: cuius quidem rci,  
calamitosi omnium ferme tyrannorum exi-  
tus testes esse posunt. Nec enim illis solum vi-  
ta eripiebatur, & dignitas: sed omnibus, qui  
erant illi sanguine cōiuncti: ita ut magna pars  
illorum eodem supplicio necaretur: reliqui  
vero fortunis omnibus spoliati, necem quidē  
exilio vitabant: non tamē ignominiam &  
decus effugiebat. Ut enim hic nihil dicam de  
Phalaride, omnium tyrannorum crudelissi-  
mo, in quem vniuersa Agrigentinorum mul-  
titudo impetum fecit: ut eos etiam qui simili-  
morum immanitate fuerunt, p[ro]termittant:  
certe Prisistratidæ non alia ratione principa-  
tum amisere. Nec enim Armodius & Aristogiton,  
tantum patr[ic]e liberandæ studio, quan-  
tum iniuriæ vlciscendæ causa, facinus illud egre-  
gium suscepérunt. Cum enim Hipparchus Pi-  
sistri filius, Armodium adolescentem for-  
ma & moribus elegantem, quem perditissime  
emabat, neque blandis sermonibus, neq[ue] ma-  
gnis promissis, in stuprum illicere potuisse:  
iniuit secum rationem, quemadmodū repul-  
se dolo

LIBER SECUNDVS. clxxxijj  
ſe dolorem vlcisceretur. Venit interim dies,  
qua solennis quædam pompa erat Athenis ce-  
lebranda: in qua delecte virgines, sacra quæ-  
dam calathis reposita, in capitibus patrio mo-  
re iustinebant. Hic Hipparchus venisse tem-  
pus ratus, quo tempore posset Armodio do-  
lorem grauissimum inurere, eius sororem, in  
earum virginum numerum adscribendā cura-  
uit. Deinde cum sacra fieri cœpissent, can-  
dem, tanquam sacris illis indignam cœcitur, ut  
facile appareret, non ob aliud ascitam fuisse,  
nisi ut eicet, illam publice cōtumeliā accipe-  
ret, quæ in Armodium redundaret. Erat autē  
haec apud Athenienses insignis iniuria: quæ  
quidem offensus Armodius, re cum Aristogiti-  
one, cur erat in amore cōmunicata: & alijs lo-  
cijs adhibitis, contra Hippiam Hipparchi fra-  
trem, natu maiorē, qui tyrannidē obtinebat,  
cōiurationem fecit: & Hipparchio ipsi necem  
intulit. Hec coniuratio quamuis tūc minime  
processisset, exercitauit tamē Athenienses ad  
Hippiam non longo post tempore expellendū,  
& libertatem recuperandam. Quid Tar-  
quinij? nunquid non ea ratione Roma fue-  
runt exterminati, quod nihil iure, pleraq[ue] vio-  
lentia, & immanitate gerabant? Itaque eum  
Sextus Tarquinius patris nefaria scelerata imi-  
tatus, post multas iniurias, quibus Romanos  
onerarat,

DE NOBILITATE CIVILI  
onerarat, Lucretiæ per vim stuprū intulisse cum patre, & fratribus in exiliū electus, sine vlla dignitate, & cū dedecore vixit. Sic etiam Zyonysius posterior, cū principio nionis postea Timoleontis virtute fuisse propter iniustiam, & improbitatem Syracusis expulsus, Coiinthi sordidam & ignobilēm ætatem exegit. Sic innumerabiles præterea, scelere & iniuitate, gloriam & imperium maiorum virtute partum, sibi ip̄lis destraxerunt: & vniuerſæ posteritati tenebras offuderunt. Hic non amplius immorabor, cum nihil magis perspicuum esse possit, quām semper iniustitiae scelus, genus obscurum atq; vile reddidisse. Quid deinde ignavia, & timiditate feediſs, aut turpius fungi potest, & à vera nobilitatem agis alienus? Quid miseriū, quām formidine perterritum à statu mentis ita discedere quemquam, vt ne que dignitatē tueri, nec vlla in re consillere valeat? Neque libet exemplis omnia confirmare, cum illud constet multarum gentium decora, propter animi imbecillitatē, & inconsuetudinā, de manib⁹ elapsa fuisse. Iam quid avaritie lordes persequar, & reliquias animi labes? quibus id moluntur persepe homines summo loco nati, vt libi dedecus & ignominia adiungant: illudq; generis ornancētum ita conuellunt, vt nihil malle videatur, quam in

turk.a.n

LIBER SECUNDVS. lxxxvij  
urbam cōiici, viliissimorum hominum?  
Cum igitur manifestum sit nobilitatē, & nasci, & occidere solere: profecto vt illi videtur laudibus in cælum efferendi, quorum virtute hic splendor generi comparatur: ita iij dignis simi certe sunt, quos oēs mortales odio persequuntur, quorum maculis, & turpitudinac, celebritas ista dissipatur, quando quidem neq; generis indole, neque maiorum exemplo, ad virtutē excitari potuerunt, voluptatis, & turpitudinis vinculis impediti. Quia propter sūt miseratione digni ( si misericordia, superbia & stultitia tribui potest) quidam homines simi periti: qui cum nulla ingenij laude florent, nulla vitæ dignitate, nullo amplitudinis fructu, ita tamen inani nobilitatis nomine sibi blandiuntur, atq; si cælo delapsi fuissent. Miseratione inquam digni sunt, qui se beatos & florentes putant, cum tam multis animi miserijs, & interdum etiam corporis agitantur. Operæ pretium est autem videre istorum in omni genere insolentiam: tunc autem maxime, cum in regia versantur. Famulorum pars antecedit: pars autem magno agramine subsequitur: ipsi vero ingressu, certis quibusdam numeris vtuntur. Cum autem à ianitoribus introducuntur, & omnia circum commouentur, tum derum sese felices, supra quām dici potest

## DE NOBILITATE CIVILI.

potesit existimant Credo quod illic tandem, cōtagione plebis minime violatur. Nec enim quemquam fugit, in quantam religionem veniat, si quicquid eorum, qui sibi heroës videntur, nec omnino nati, sed à deo aliquo efficiuntur, plebs homini familiariter admixtus incedat. Cunctas religiones pollui clamabunt omnes, & omnia nobilitatis sacra funditus interire. Quid in inquit mihi placeam, quando in amplissima familia natos sum? Quin tu igitur geris animum isto generis splendore dignum? Tu dignitatem illam maiorum virtute comparatam, tuis fecidis factis amissisti. Illi magnitudine animi, integritate, & beneficentia circumsepti, aut maximarum artium disciplinis erediti, magnum in republica gradum consecuti sunt: tu contra timiditatem, flagitijs, atque fodiibus, & omnium rarum infestitia, te ipsum in insinuam turbam coegeris. Quid est igitur in te, in quo possimus imaginem antiquæ claritatè agnoscere? Qualiscumque sum inquit, illustri, tamen genere natus sum. Num quam ne intelliges homo ineptissime, ornari virute genus, neque genere virtutem illustrandam: sed omnem generis dignitatem ex virtute querendam? Quid autem inanius est, hoc nobilitatis nomine, si virtutis ornamenta subtrageris, atque veræ gloriæ fructum? Virtute autem

## LIBER SECUNDVS. clxxv.

autem etiā à generis claritate sciuncta, nihil in vita præstabilis, nihil homini melius, nihil naturæ accōmodatius: quæ per se plēdet semper, & pulsa loco manet: nec ylo in tempore potest dignitatis possessione depelli. Sed quæ so videamus quæ tandem fructum feret istud nudū nobilitatis nomē, cū res publica in ultimum dicerimē venerit armorum: aut domesticis seditionib⁹ agritata fuerit. Ibi enim virtute & cōsilio res geretur: non fūnōsis imaginibus. Ibi saltē loco cedas necesse est isti nouitati, quā tanto fastidio floccipendis, si longo rerum vsu, & virtutis præsidio firmata fuerit. Immo inquit, locum cundē serpē obtinebo, in quo mei maiores collocati summa cum laude vixerunt: hi autē terræ silij in suis sedibus hærent, & eas artes persequantur quas si inus illorum parētes coluisse. Sapienter me hercle diūtum, & lepide, vt in rebus turbidis & afflītis virtutem contemnēdo, & ignauæ nobilitati auscultando, fœde percamus. Sed velim intelligas aliquando, te conuitum indignum ijs facere, qui tibi præclara ista nomina reliquerūt. Nam certe ille tui generis auctor, & princeps, à quo primū ista vestræ nobilitatis insignia profecta sunt, homo nouus fuit. Cum igitur eos homines maledictis insectari, qui tuis majorib⁹ sunt simillimi: & ea pro

**D E N O B I L I T A T E C I V I L I**  
bra ingeris, quæ possent in tuos retorque-  
ri, nō id tantum agis, vt dedecore tuo labem  
illorū laudibus aspergas, verum etiam ingra-  
te & impie te geris, dom̄ illorum splendorem  
conuijjs extreus, à quibus hanc speciem di-  
gnitatis accepisti. Sed horum iam magnifica  
verba, & ineptias omittamus, qui cū ab omni  
laude sint alienissimi, maiores suos in ore sem  
per habent. Quibus congruit illud à Diony-  
siōrō Trezenio frequenter usurpatum,  
quis patrem laudabit, nō liber infelices? Ego  
vero germanæ nobilitati, quæ & ipsius vir-  
tutis stirpe generata est, & eadem virtute niti-  
tur, summum honorem haberi per esse puto.  
Istos autem qui nobilitatis fabulam frigide  
nuntiis, & insulse peragant, yellem omnium si-  
bilis excipi, & theatro, perinde atq; dignissi-  
mi sunt explodi.

vii Posteaquam illorum vesaniam oratio-  
ne compresimus, qui nouos homines, indu-  
stria, & virtute preditos maledictis inseguun-  
tur, cum ipsi sint omnibus flagitijs inquinati:  
nunc illa quæstio relinquitur, ytri sint antepo-  
nendi. Iij ne qui nullo domestico exemplo in-  
icitat, famam tamen virtutis egregiæ consecu-  
ei sunt, an illi potius, qui gloriam maiorum  
virtute quæsitam omni pectore conseruant?  
Est enim quæstio ancesps, cuius ytraque pars,  
potest

**L I B E R S E C V N D V S** clxxxv<sup>j</sup>  
potest probabili ratione defendi. Potest enim  
homo nouus hoc pacto causam tueri suam.  
Ego nec vllis institutis domesticis, nec vlla  
maiorum meorum celebritate prouocatus in  
gloriam incubui: nec alienis opibus, sed mea  
ipsius virtute, id assecutus sum, vt ad honores  
summos peruenire, genusq; meum, quod an-  
tre in obscuritate latebat, illustrauit: posteris  
autem meis, nobilitatis initium dedi, & egre-  
giæ virtutis exemplum. Tu vero qui illustri  
loco natus es, plurimum instrumenti ad glo-  
riam habuisti. Primum stimulabant te exem-  
pla domestica, & status ille, quem tui tenuer-  
unt: deinde liberalis educatio, & institutio:  
postremo hominum expectatio: quæ omnia  
tibi quasi necessitatem attulerunt, vt virtutē  
coleres. Neque tanta est ea gloria, quam tibi  
peperisti, tuorum facta imitando: quantum  
illud dedecus fuisset, si domesticalaudis stu-  
dium turpiter omisisses. Ut igitur, atq; nec-  
essitate coactus magna gesisti. Mibi contra li-  
cebat in tenebris delitescere: præsertim cum  
omnibus illis instrumentis carerem, quæ ma-  
gnuna tibi adiumentum attulerunt. Cum igi-  
tur non vlla necessitate ad strictus, sed amore  
virtutis impulsus, animū ad res gerendas ap-  
plicui: idque tam multis difficultatibus impli-  
catus, summa cum laude præstigi: inuidiamq;  
Aa ij inimi

**PE NOBILITA. CIVILI.**  
inimicam nouitati, virtutis prestantia supera-  
ui: nihil causae esse video, cui sit nai hi nobilita-  
ti cedendum. Hæc homo nouus. Quid con-  
tra nobilis? Ergo tu me contratus omne, de  
possessione laudis deturbabis, tam multis æta-  
tibus confirmata? Non vides hereditatem  
eius gloriæ, quam mei maiores adepti sunt,  
non minus ad me pertinere, quam prædia:  
quām villæ: quām reliqua bona, quæ ad me,  
tanquam ad verum hæredem lege redierunt?  
Quid igitur obstat, quo minus huius dignita-  
tis fructum, & mancipium, in meis bonis nu-  
merare debeam, ciuisque possessionem omni  
contentione tueri? Quod si ita est, iam vides  
quā multis in locis, hæc laudis hæreditas fue-  
rit amplificata, antequam ad me perueniret.  
Quoties enim accidit, ut aliquis meorum gen-  
tilium pulchrum aliquod facinus susciperet,  
toties scito aduersum suisse hoc dignitatis pa-  
trimonium. Omnia igitur meorum gesta, ad  
meām gloriam reuocare possum: quandoquidem  
illorum vestigijs ingressus pugnauī, ut  
meorum decori non decessem. Tu igitur tua  
tatum virtute clarus es: ego non tantum mea  
sed etiam meorum. Quantum vero ad glo-  
riam domesticā attinet, qua dicis nobiles ad  
virtutem necessario excitari: immo plerosque  
videmus, gloria parentum cōtentos quiesce-  
re:

**LIBER SECVNDS.** clyxvi  
re: nec ultra quippiam moliri, quod satis ha-  
beat, frui laude labore alieno quæsita. Quorū  
cōsiliū, ut reprehendā, id tñ liquet, nobiles  
homines, nulla tantum re, quantum animi ela-  
tione, & magnitudine ad res gerēdas incitari.  
Hæc & alia multo plura possunt in vtrāq; sen-  
tentiam adduci: ita ut relinquatur ratio sane  
difficilis ad iudicandum, vtr̄ alteri sit præfe-  
rēdus, si videlicet vtriusq; virtus eque late pa-  
teat. Nam si faciamus ipsius honestatis contē-  
tionem, virtutēq; ipsam proprijs ponderibus  
examinemus, illius virtus esse videtur longe  
admirabilior, qui primus ē familiæ obscuræ  
latebris emersit in lucē, industriaq; sua lau-  
dē, & gloriā consecutus est. Si vcro vita fun-  
dis est aliiquid tribuē-lum, eorumq; memoria  
qui præclare de repub. meriti sunt, quod. &  
ratio postulat, & leges præcipiūt, est post illo-  
rum mortē omni studio cōseruāda: ij qui secu-  
ti ex: pla maiorum suorum, in gloriæ cupiditi-  
tē incumbunt, nō iniuria preferunt. Neque  
enim solum eorum industria, verum etiā parē-  
tum merita pōderātur. Est igitur aneps con-  
trouersia quā alijs dijudicandā relinquo. Mi-  
hi enim satis est demōstrare, id quod etiam  
fortasse sine ullius explicatione satis apertum  
est, omnem generis splēdorem, & familię cla-  
ritate m, à fonte virtutis ortum habuisse.

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE NOBILITATE  
CHRISTIANA  
LIBER. I.

ON erā nescius Ludouice Prin-  
ceps inuictissime , cū has nostras  
cogitationes literis mandare in-  
stituisse, fore , vt hic noster la-  
bor in doctorum hominum vītu  
perationem grauiissimam veniret. Quidam  
enim temeritatis & audacia nomine me con-  
demnabunt , quod tantam rem sim animo  
complexus , quantam vix homines exquisita  
doctrina, p̄stantique ingenio p̄diti sus-  
cipere ausi fuissent: quosdam autem offendet,  
quod neque rerum magnarum tractatione,  
neque orationis ornatu, videbor suscepti mu-  
neris magnitudini aliqua ex parte satisfecisse.  
Alij igitur iū me prudentiam, alijs vero in-  
genij, vim & acumen desiderabunt. Quibus,  
antēquam in huius operis disputationem in-  
grediar, breuiter respondebo. Equidem, & si  
nunquam ita me ipsum amauī, vt mihi vel in-  
genij

LIBER PRIMVS. clxxxvij  
genij laudem aliquam, vel doctrinæ alicuius  
p̄statiā assumerem, id tamen ingenui ado-  
lecentis, & in p̄clarā studia incubentis of-  
ficiū esse duxi , mediocribus rebus minime  
contentum, altissima , atq; vehementer ardua  
cōlectari. Nā ne ille summus locus est omni-  
no desperandus, & in medio non licebit insi-  
stere, nisi illi tantummodo, qui ad summum  
maximo animo contendet. Bene enim veteri  
proverbio admonemur : vt ad rerum fastigia  
nitamur , si media tenere cupimus. Quod si  
nihil animo, atque studio complecti fas homi-  
nibus fuisset, nū quod primum virium suarū  
imbecillitatē conuenire putarent , neminem  
existim vñquam , ad ullam artiū, non dicam  
perfectionem, sed ne mediocritatem quidem  
fuisse peruenturū . Nec enim Platōne ipsum  
opinor, cum primū scel ad scribendi studium  
applicuit, tantum de se sperasse, quantum po-  
stea periclitando, & andendo consecutus est:  
neq; Demosthenem, ingenio suo tantum ini-  
tio tribuisse , vt se fore aīquādo Pericle supe-  
riorem in animū induceret: neque Cicero-  
nem suspicatum fuisse, cum primum ad dicen-  
di studium excitatus est, sibi diuinę cuiusdam  
& incredibilis eloquentiæ palmam reservari.  
Sed cum vis cuiusdam p̄statiā naturæ illos  
admoneret , vt ad multo maiora conarentur,

## DE NOBILITATE CHRISTI.

quām quæ essent eo tempore viribus suis accomodata, summum illum eruditio[n]is, & doctrinæ gradum cōsecuti sunt. Quid autem de ijs dicam, qui mediocri doctrina culti, & eruditio fuerunt? Potuissem ne illum ipsum locum obtinere, nisi supra vires suas audendo, se ip[s]os ad maximorum hominum initiatio[n]em ardenti studio contulissent? Nunquam enim tam bene cum rebus nostris agitur, vt cōd[icitu]r quod cursor habemus, omnino feliciter appellare valeamus. Quo circa omnibus qui alicuius artis præclarę laudē admirati fuerint summa cōtentione extenditum est, vt non ad ea tātum, ad quæ peruenire cupiunt, sed ad alii tiora etiā contendant, quo tandem cōd[icitu]r, quod cursor instituerat, facilius prouehatur. Cum sit igitur exploratum, nemine in aliquo numero esse posse, nisi summa studiosissime sequatur nō ijs sunt in crimen audaciae vocandi, qui conatum adhibet, ad maximas res fulciendas, immo potius illorum, qui id nō tentant, ignavia, atq[ue] desidia est summopere reprehēdēda. Nec me illorum oratio à scribendo deterret, qui genus aliud dicendi vberius, & ornatus, quām id, quod pro ingenij nostri imbecillitate possumus in hac disputatione sequi fortasse requirent. Nā si ea tantum, quæ à nobis augeri literis, & illustrari queūt, tractare conceſſum

## LIBER PRIMVS. clxxxix

sum fuisset; nemo vñquam scribere aggressus esset, ea, quæ nō dico verbis exprimi, sed nec omnino concipi mente, atq[ue] cogitatione possunt. Quis enim tanta diuinitate ingenij, aut tam admirabili dicēti facultate præditus est, vt de Christiana pietate, & religione, de sanctissimis Christiani nominis mysterijs, in quibus magna ex parte nostra versabitur oratio: postremo, de Deo Optimo Maximo differe-re pro dignitate valeat? Atqui, tātum abest, vt ijs qui statim in initio, rerum magnoitudine franguntur, & hoc timore debilitati, se ad alia quæ uis potius, quām ad Christianæ dignitatis ornamenta stilo celebranda conserunt, verecum dñe sibi laudem asciscant: vt etiam, in reprehensionem interdum impietatis incurvant. Omnes itaque, qui aliquid de litteris consecuti sunt, & in vere pietatis studium fuerunt ardenter incitati, hoc animo semper extiterunt, vt scelus inexpiable ducerēt esse, in genium suum, ad res alias excolendas, quæ ab horrener à dignitate Religionis, adiungere: cum tamen viderent, nulla quātumvis admirabili eloquentia, posse res tantas, tamque divinas explicari. Multa igitur ab illis reliqua sunt ingenij monumēta, partim oratione culta, partim etiam horrida & impolita, plenissima tanie grauitatis, & ardentissima pietatis

Aa v significa

## DE NOBILITA CHRIST.

significatione commendata. Quin etiam mul-  
ti ex illis omnes dicendi festiuitates, & oratio-  
nis lumina, tamquam res leues atque pueriles,  
& religionis dignitati parum consonans negle-  
xerunt. Quocirca, minus est nobis laboran-  
dum, si conata efficere, & quo iam dudum cu-  
pit animus, adspirare non possumus: cum & re-  
rum magnitudine, & summorum hominum  
exemplo, & auctoritate defendamus. Illud au-  
tem admonere superuacaneum est, incidere  
sæpe multa in tractatione rerum sacrarum,  
in quibus non facile est tueri latini sermonis  
elegantiam: ijs præsertim, qui non sibi duris-  
simas quasdam leges impoluerunt, & animi  
sensa clare, & impolite, potius quam obscure,  
& eleganter expromere malunt. Nec enira  
vere or, si verbum aliquod interdum in ijs li-  
bris barbarū, aut peregrinum posuero, quod  
tamen si ex sacris literis depromptum, quin  
ea res mihi apud equos iudices fraudi sit futu-  
ra. Sed in epte facio, Princeps Ludouice, qui  
aliorum iudicium formidem in eo libro, quæ  
ad te vnum scribo. Nec enim est mihi dubiu-  
m, quin hæc nostra qualiacumque sint, magis ex  
animo quo scribatur, quam ex aliquo scriben-  
di artificio ponderanda existimes. Quamquā  
id quidē facio audaciū singulari tua humani-  
tate, & cōmemoranda beneficentia prouoca-  
tus.

## LIBER PRIMVS.

exe-  
tur. Cum enim libellum quedam de nobilita-  
te ad te missum, nulla quidē elegāia, neque  
doctrina perpolitum: illud animi mei in te ar-  
dēs studiū tibi nō ingratū cecidisse, nō solum  
munerib⁹ in me colatis ostēdisti, verū etiam  
quod lōge pluris facio, per honorisico sermo-  
ne declarasti. Nec enīm possum dīsimulare,  
me, quāuis minime laudis auidus sum, non ma-  
ximo tamen gaudio tum cumulatum fuisse,  
cum nō dubitarē, quin tanti principis, tamq;  
diuinis virtutibus ornati testimonium, omni-  
bus dignitatis ornamētis, ad gloriam antecel-  
leret. Primum itaque, amore quodam religio-  
nis incensus, deinde studio amplitudinis tuæ  
concitatus, aliquid multo amplius cōplexus  
sum, de quo, in ijs tribus libris disputarem. Et  
quamquam de nobilitate inscripti sint, longe  
tamen diuersa ratio est, quam in præsentia se-  
cūtus sum, ab ea, quæ commentarijs illis no-  
stris continebatur. Illic enim de naturali tan-  
tum vīrtutis indole, in certis gentibus elucen-  
te differuimus: quæ si excitetur, & exercita-  
tione confirmetur, perficit illum naturalem  
generis splendorē, quam nobilitatem appelle-  
lant. In quo quidē sermone, cum primum  
dialecticorū more nobilitatem definientes,  
& in partes tribuentes, eius vim & rationem  
explicare conati cōsemus, tum de illius origi-  
ne,

## DE NOBILITA. C HRIST.

ne, & antiquitate diximus, ab heroicis vsq; tē poribus omnē veterem memoriam repente-  
tes. Postremo cum nobilitas, vt humana om-  
nia, sit bonum varium, & cōmutabile, quibus artibus id generi lumē accederet, quibus con-  
trā vitijs, extingueretur, ostendimus. Omnis aut nostra disputatio, eō pertinebat, vt demō  
straremus, nobilitatē, virtutis radicibus inni-  
xā sustentari: virtute vero fracta, atque debili-  
tata concidere.

1 Sed quoniā, omnis illa virtus, in qua tum magna ex parte nostra oratio verlabatur: quā uis habeat speciem amplam, & illustrem, non tamen attingit illam perfectam virtutis ratio-  
nē: sed in ciuili quadam exer. itatione consi-  
lit, humana magis opinione cōiebrata, quām vero illo, diuinoq; lumine sa. u. titatis illustra-  
ta: visum est. mhi, altius repetito principio, in uestigare quā vim habeat vera, perfecta q; vir-  
tus: vt illa scilicet perspecta, possimus intue-  
ri, vbi cōsistat perfecta illa, omnibusq; numeris absolute nobilitas. Cum enim generis cla-  
ritas à virtute nascatur: cōsequens est, vt eam rātum magnā, & verā generis claritatem exi-  
stimus: quā ab illa certa, atq; constanti vir-  
tutis ratione profecta fuerit, quā scilicet non ostentatione, sed veritate tuetur dignitatem.  
In hoc igitur opere, primum illam virtutem,

quā

## LIBER PRIMVS.

ex ejus constat opinione, à vera virtute distin-  
guentes, illius nobilitatis ornamēta que diu-  
no munere Christiano generi concessa sunt,  
explicare conabimur. Sed cum virtutis vis in-  
telligi nō possit nisi fuerit ante cōstitutum il-  
lad ultimum omnīū bonorum, ad quod om-  
nia vitē cōsilia referēda sunt: siquidem virtus nihil aliud est, quām certa via, atque directa,  
dirigens ad illad summum omnium rerum expe-  
tendarum: cum igitur virtus sine ultimi  
finis explicatione intelligi non possit: princi-  
prio aggerdiemur explicare, quod sit illud hu-  
mani generis ultimum, ad quod destinati na-  
tura sumus, & vnde honestatis vniuersē ratio  
defluxit, & in quo summum hominis bonum  
cōtinetur. Nobilitas enim virtute spoliata,  
ne intelligi quidem potest: virtus vero nisi in  
verum finem respiciat, nulla censenda est: ita  
sit, vt nisi summi boni ratio penitus nota fue-  
rit nulla nobilitas cōstare queat. Deinde, cum  
generosi animi, atq; uaginisci sit, alta contue-  
ri, & infima omnia negligere: certum est, cum  
tantum nobilem, & splendidum dici debere  
qui summum aliquod bonum, & excellens in-  
tetur. De finis igitur illius ratione, itē de ge-  
neris humāni conditione & dignitate, postre-  
mo de illius ruina & occasu, in hoc primo li-  
bro scribere iussit, vt sic tandem aditus ad  
hominis

## DE NOBILITA CHRIST.

hominis perditi restitutionem, & nominis Christiani decus, mihi comparem. A te vero Princeps Clarissime peto, vt ea animi lenitate, singularique, & propemodum diuina benignitate, qua tuos omnes semper fuisti profectus, haec scripta nostra recipias. Satis enim magnū præmium arbitrabor esse meis laboribus persolutum, si intellexero hoc meum erga te in hoc scribendi genere studiū, tibi nō profruis iniucundum contigisse.

ii Ut igitur ab eo principio ordiamur, satis constat, omnes mortales in aliquem finem respicere, quo proposito in actiones incubunt. Hunc autem ultimum finem, uno ore omnes appellant vitam beatam, florentem, atq; felicem, omni genere mali vacantem, & omnibus bonis affluentem. In quo tamen insit ista felicitas, fuit semper inter mortales summa, perpetuaq; dissensio. Quali enim quisque animo praeditus est, talem de summo opinionem auctoratur. Principio enim, qui se totos corpori dediderunt, neque cernere oculis potuerunt pulcherrimam sui partem, ijs vel in diuinitijs, vel in corporis voluptatibus illud ultimum ponendum esse statuerunt. Partim enim existimabant, facilitatem omnium commoditatum affluentia contineri, easque commoditates, quas solas intelligere poterant, ijs diuinitariorum opibus

## LIBER PRIMVS. exciij

opibus parari videbant: partim, cum nullam maiorem suavitatem sentire potuissent, ea, quæ sensibus dulcem motum affert, ipsamque felicitatem, omni genere suavitatis completam esse ducerent, voluptatem corporis omni studio complexi sunt. Qui autem erant grauiore aliquo morbo corporis, aut fortunæ iniuria vehementius oppressi, in corporis integritate, aut in illius mali depulsione, quo acris virgebantur, summā vite beatae consistere statuerant. Horum autem omnium error, & in scitia, est execranda magis, quam verbis & oratione refellenda. Quis enim non videt, eorum amentiam, qui cum & animo & corpore constemus, alteram tantum sui partem, & eam quidem lōge multumque inferiorem, nobisque cum belluis communem amplectuntur: alteram vero, quæ formam & speciem diuinæ mētis habet, nihil pendas? Sunt deinde alij (vt ab isto hominum genere turpi, & abiecto discedamus) elatiōri animo prædicti pauloque acutius videntes naturæ vim, qui honores & dignitates omni diligentia consequantur. Est enim nobis innatum splendidum quiddam, atque magnificum, appetēs honoris, & principatus, quod in ijs qui excelso animo sunt, apparet facillime. Iste tū primum in eo graviterant, quod ex imperite plebis opinione pendens:

## DE NOBILITA CHRIS T.

pendent: & in insipientis multitudinis ruina re vera laudis pulchritudinem inesse consti tuunt. Deinde quod honores, & imperia tan quam ultimum vite praeium, & finem spe cant. Illud enim ultimum bonum, constans, fixum, & stabile, non varium, fragile, & caducum nec in quo vanum vulgi testimonium dominetur, ponendum est. Deinde qui conuenit in eo finem collocare, quod nunquam per se ex peti contingat, sed semper ad aliud referatur? Videmus autem omnes qui ad rem publicam accedunt, tribus maxime de causis honores ambire. Quidam enim, ut potestate maiore praediti, omni genere voluptatis, & in omnibus vita commodis potiantur: alij deinde ut virtutis nomen obtineant, valet enim plerumque civilis prudentia, ac egregiae virtutis opinio, in eo, qui est in maxima dignitate constitutus. Sic enim vulgo homines opinantur: non temere fuisse honores illos ad quempiam delatos: sed propter aliquod virtutis insigne meritum Postremo qui melius instituti sunt, ob id perpetu scep numero magistratus, ut in republica gerenda, omniaibus illis virtutibus quibus ornat, & instruti sunt, magnificissime perfruatur. Nam qui iustitia, integritas, & constantia fructu capere concupierit, non aliena de poterit yberiorem colligere, quam ex ea dignitati

## LIBER PRIMVS. excii

dignitatis gradu, in quo non sibi solum, sed ceteris vniuersitatis, in maximis rebus vni esse possit. Cum igitur quidam, ut possint faciliter modis, & voluptatibus expleri, quidam verò ut virtutis nomen aucupentur, alij postremo ut se in studio virtutis exerceant, serviūt honoribus: imprudentissime faciunt, qui in illis vita finem collocandum esse putant. Siquidem finis ultimus non aliò refertur, sed omnia propter finem expectuntur. Quocirca voluptates, corporis integritatem, & reliqua eiusmodi, in infimum bonorum ordinem (si bona illa appellanda sunt) coniicienda putemus. Honores vero, non ambitionis studio, sed ratione conseuerantur interdum, ut quam plurimis prodeesse possimus: non ut in illis vita praeium constituamus. Sed iam istas multitudinis opiniones omittam, ut ad eorum sententias, quae se vita magistros esse profecti sunt, gradum facere possum. Non tamen ad omnes. Efect enim infinitum, per se qui tam multas opiniones, quam multe philologorum montem, & literis mandatae sunt. Illos autem omnino pratermit tan, quorum tentatione nullo modo discrepant à multitudinis opinione. Nempe qui cum se flagitijs inquinassent, nihil aliud turpitudinis tenebris obsecrati videre potuerunt, nisi quod ad voluptates corporis, atque commoda per-

Bb tineret.

## DE NOBILITA CHRIST.

tinaret. Cyrenaicos igitur nescio quos Hieronymum Rhodium. Aristippum, & qui vtriusque sententias complexus est. Epicurum praeteribo. Nec enim digni sunt, qui veniāt in numerum eorum, qui doctrina & ingenio suat præstantes existimati.

iiij. Ut igitur ad philosophos veniamus, satis constat Academicos, atq; Peripateticos, tripli-cem bonorum rationē posuisse. In primo ordine illa collocant, qua animum perficiant. Quæ quidē rursus in duo genera diuidunt. Alla siquidē mentem instruunt, ad plurimarum rerum scientiā: alia vero voluntatē, ad omniae virtutē, quæ prudentiā moderatione gubernatur, erudiunt. Secundo loco ea numerant, quæ pertinet ad corporis perfectionem, & in columitatem. Postremo ea bona, quæ fortuna, & casu proueniunt, in insimum ordinem coniiciunt. His autem omnibus bonis in vnu collatis, compleri vitam beatam putant: ita tamē vt virtutem, vel virtutis vsum, recipue amplectantur: opes vero vel corporis, vel fortunæ ita retineat, quasi quasdam virtutis satellites, atque ministras: quæ illi ad nutū adsint, & sine quarā operis, existiment haud quaquam commode posse fungi suo munerre virtutem. Felicitatē vero ita definit summus, & doctissimus vir Aristotleles. Est inquit animi aetio,

secun-

## LIBER PRIMVS.

secundum maximam virtutem, per omne vi-tæ tempus suscepta. Virtutem autem maxi-mam, sine illis, vel corporis vel fortunæ bonis exerceri posse, minime cest. Nec is vlo mo-do est, qui vitam beatā dici debere putet, eam quæ aliquando est in maximos mcerores, & calamitates peruentura. Statuit itaque, vt oēs vitæ actiones respiciant, vt animi virtutes egregia cōparentur, deinde reliquis bo-ni s ita circunfluat is qui beatus esse studet, vt neq; vitæ cultus, & virtutis officium propter inopiam deseratur: nec ipse fortunæ & corpo-ris facultates, ad aliud prius quam ad decus & honestatē referantur. Hæc autem cum ad humanam vitam aptissime dicta esse videan-tur, ita sunt omnium ferme opinione compro-bata, vt nulla vñquam sententia à pluribus re cepta sit. Nam & virtuti primas defert, cuius splendore, homines bene instituti maxime du-cuntur: & cum reliqua bona vel corporis, vel fortunæ haud contempnenda putat, popularis efficitur. In qua tamē opinione, quam multa vitia sint, facile perspiciet, qui rem ipsam dili-gentius animaduertet. Maxime virtutis vsum in vita diurna, perfici vitā beatā putat. Age ita videamus, quæ tandem sit ista virtus vite felicis effectrix: aut quibus studijs eam nobis comparaqimus, quibusue notis honestatem,

Bb ij ab

## DE NOBILITA. CH.RIST.

ab honestatis simulatione distinguemus. Mihi enim nō venit in mētem suspicari, unde virtus intelligi possit, nisi prius ultimi boni rationē perspectam habuero. Nec enim virtus aliud est, quām rationis perfectio ad ultimum vitae consequendum. Rationem vero perfectam, tunc inquiunt esse, cū instar eius qui aliquo sagittā, aut hastam collimat: ita ratio aliquem finem propositum, tāquam signum intuitetur, in quod dirigas omnes actiones. Nullo igitur modo virtus percipi potest, nisi comprehendso, & percepto finis: quod etiā Aristoteles ipse decreuit: quandoquidē, antequam de virtute disputaret, ultimi boni rationē explicare aggressus est, vt scilicet illo cōstituto quā vis & natura virtutis esset, quidq; posset efficere cerneretur. Quod tamē præstare non potuit. Quero enim, quod sit summum illud bonum, cuius vt eompos efficiat, omnes sint mihi subeundi, & excipiendi labores. Hic mihi omnia bona enumerat, cuius copia vitam beatam cōtineri putat: & primo loco omnia virtutis officia. Iā hoc quidē præposterū esse manifestū est: finē ex virtute cognosci, nō ex fine virtutē. Sed demus id, vt tandem quid virtus sit dispiciamus. Virtus inquit, est constans animi affectio, consilio parata consistens in quodam medio, eoq; recta ratione cōstituto.

Longius

## LIBER PRIMVS. exev

Longius quæsto progredere, nōdum enim vir tutem video. Quæ tandem est ista recta ratio quam in virtutis definitione posuisti. Ea inquit alio in loco, quæ nullis tenebris impedita, facile eum finē cernit, ad quē sunt omnes actiones vita referendæ. Rursus me ad finis inuestigationem reuocas, quē vt probe tene rem, ab illo ad virtutis considerationem mereicisti. Quid quæsto aliud est, in orbē circumferri, si hoc nō est? Virtutem cam esse ponis, quæ dirigit ad finem. Rursus ita finem describis, vt his prius vim virtutis cognitam habeamus, quid finis sit, ne suspicari quidem possimus. Hærebo igitur, neq; quid virtus sit, neque quorū ferat, intelligo. Sed vt ista spinosiora linquamus, videndum est, num ea felicitas quem posuit Aristot. eiusmodi sit, ad quā valeamus aliquando peruenire. Nam si ea est, quæ neque parabilis est, neque alieui contingere potest, propter rerum humanarum incōstantiam, & imbecillitatem, quē fructum vi tæ communi feret ista beatæ vitæ descriptio? Præterea, cum omnia quæ sunt in rerum natu ra, sere semper suum finem assequuntur, vehementer absurdum est arbitrari, solum hominem, cuius causa omnia quæ videmus oculis creata sunt, numquam suum finem adipisci, quod est Aristotelii necessario confitendum.

Bb iij Cum

## DE NOBILITA. CHRIST.

Cum enim summissus bonum in hac vita ponie, & eam vim fortunæ tribuit, ut eius aliquo grauiore cursu, possit obtineri instituta felicitas: id videtur statuisse, omnes mortales esse sepe miseris. **Quis** enim est, cui data sit immunitas eorum malorum, quibus hanc vitam oppressam, & afflitam videmus? Ecquis, inquam, est adeo liber, & immortalis, quin gravissimis interdum malis urgetur: vel saltè nō extimescat eas clades, quibus vita beata, si modo illa beata est appellanda, corrumpti & amitti potest? Omnes enim mortales, ista conditione nascuntur, ut magnam vitæ partem exigant, in lachrymis & mætore, infinitis malis, & calamitatibus implicati. Nec ex omni hominum memoria, aliquis unquam inuenitus est, cui non multis partibus plura mala, quam bona contingent. Solon ille Græciæ sapientissimus, interrogatus à Croeso Lydiæ rege, quem putaret esse beatissimum, Tellum quendam Atheniensem retulit, qui in patria florente, liberos & formam, & viribus excellentes susceperebat: & postremo mortem clarissimam pro patria dimicantis oppetierat. Annoverauit etiam Cleobin, & Bitona Argios: qui cum egregio pietatis officio erga matrem functi fuissent, à vita digressi sunt: cum mater à Iunone, cuius erat sacerdos, precata esset, ut illis largiretur, quod

## LIBER PRIMVS. cxxvij

quod maximū homini præstari posset à Deo. Fuit illis igitur (ut ferat) mors, præmium proprietate constitutum. Hos ille tres, qui è corpore excesserant, beatos esse censuit. Nemini vero, qui in vita maneret, id concedi posse confirmauit. Longo enim tempore, inquit ille, multa quæ volumus, aspicere, & perpeti opus est, neque dies sequens, idem omnino afferat, quod atculit antecedens. Omnes igitur homo à Cræce est obnoxius calamitati. Tamen mihi quidem opibus abundare, & multis nationibus imperare videris: Illud tamen, quod à me quæsieras, nunquā tibi tribuendum putabo, nisi prius audiero, tecum dignitate, vitæ spiritum extremum edidisse. Nec enim ille qui plurimas diuitias cōgestas habet, illo qui in diem viuit, beatior esse potest: nisi eadem fortuna, rem bene gerentem, ad mortem, usque sequatur. Hæc tenus Solō. Cuius verba si perpendas, intelliges plane, ne illos quidem tres, fuisse illius sententia beatos. Sed cum vir insigni sapientia clarus, in communes hominum miseras inspexisset: cum ijs astum esse præclare existimauit, qui antequam grauiore clade, aut grumna premeretur, à vita discessis sent. Non itaque molestijs omnibus vacuos exitisse, beatos tamē præ omnibus alijs suis, quos in vita cernebat innunteris dolorib⁹.

## DE NOBILITATE CHRIST.

intercludi iudicabat. Quemadmodum inquietum futurum fuisse beatum Priamum, si non ita diu vixisset. Non quidem quod in etatis flore, omni doloris acerbitate caruisset. Fuerat enim captus ab hostibus, multasque iam in ea etate calamitates hauserat. Sed quia morte abstractus fuisset, ab omnibus illis cladibus lugubrissimis, quibus postea fuit, miserrime circumuenatus. Non vidisset inquietum, Hectora ad Achillis currum religatum trahi, sacras eges suorum sanguine funestari, ciuitatem viuferam crudelissime vexari, diripi, & incendi: omniaque sanguine, & incendio misereri, & reliqua, quae in illis heroicis calamitatibus recensentur. Sic igitur illi tres comparatione habitu sunt felices, quod morte tempestiva, illis gravissinis malis, quibus si qui diu viuunt, assidue cōflictantur, erexit fuissent. Qui potest igitur in ea vita suorum bonum esse, ex qua quod primum discedere, sit diuinum beneficium? In primis itaque celebratur vulgatissimum illud Sileni responsum, nempe optimum non nasci: proximum vero, quam primum ad mortem ire. Quod quidem refellissime dicitur, si ad communis vita miseras, & acerbissimos casus spectes, nec in alium finem respicias. Memorat esse quandam in Thracia gentem, quae infantes in lucem editos, micerore & lamentis excipiatis

piat:

## LIBER PRIMVS. xcvij

piat: suorum vero funera, tripudio & canta prosequantur. Initij enim vita, tamquam malorum omnium principio, lachrimas existimat conuenire: morti vero, tanquam misericordiarum fini gratulationem. Sed quid plura in hac sententiam dispuo? Non modo enim antiquorum testimonij, sed etiam nostrarum memoriarum infinitis exemplis perspicere potest: neminem unquam fuisse, qui non sepiissime curis, angoribus, periculis, innumeris morbis, & calamitatibus premeretur. Colligitur a viris doctissimis, pauci admodum, qui vulgo omnia mortalium beatissimi putabantur, quales fuerunt Metellus Macedonicus, Cesar Octavius, L. Sylla, & pauci admodum præterea. Horum autem variis casus, & anticipites percussentes, & ea mala, quibus sepiissime agitati fuerunt, enumerates, ostendunt facillime nobis humanæ misericordiae gravitatem. Nam si si qui fortuna valde secunda vis sunt, huius vita acerbitates effugere non potuerunt: quid erit de reliquis omnibus existimandum, qui sunt omnium confessione miseri? Quod si fortuna sit alicui adeo propitia, ut omnia vita commoda in eum conferat, hunc semper videbimus tragicos exitus, & vehementer calamitosos habere. Quod accedit illi Polycrat Samio, qui cum summa felicitate, per omne vitæ tempus vissus

Bb v fuisset:

## DE NOBILITA. CHRIST.

fuissest tādem hostium proditione, vita & fortunis omnibus fuit spoliatus. Quid hic Cyri mortem? quid Cambysis exitum? Quid Magni Pompeij tristissimam cādem referam? Quid alios innumerabiles percēseam, materialē prābentes ad grauiissimos luctus etiam in tragedijs & fabulis excitādos? Cum ipsa vita communis fateatur, nihil in tertis esse homine calamitosus. Si igitur quod Aristoteli placet, ista bona vel corporis, vel fortunæ, ad beatæ vitæ cultum requiruntur, & mala contraria vitam miseram efficiunt, nemo certe beatus esse poterit. Nemo est enim quin grauiissimis interdum malis vrgeatur, vel saltent, quod idem valet, ea quæ possunt homini cœnire, noctes & dies non formidet: instar corum, qui describuntur apud inferos.

*Quos super atra filex iam iam lajura cudent i  
Imminet asimilis.*

Frustra igitur vir tatus operari suam consumpsit, in eius beatitudinis explicatione, quam possunt quidē optare multi, nemo tamen affequetur. Quod si tantum ingenium, tantam industriam, tantum in explicanda rerum natura studiū fecellit, quid in vita sequēdum esset, minime mirum est si reliqui quorum neque simile acumen fuit, neque par indagatio ne veritatis industria, lapsi, & decepti sunt,

quales

## LIBER PRIMVS. cxviiij

quales Stoci fuerunt.

III. Horum autem princeps Zeno, virgines & cōtinens, & qui vt sibi quidē videbatur, cū aduersus doloris stimulos, & fortunæ fulmina solius virtutis armis egregie tectus esset corpus omnino contēpsit, omnēq; felicitatē animi bonis terminauit: ea tamen dicit, quæ à nullo viro sapiente, qui non esset eidem sentētiæ consecratus (fit enim sapientissime, vt multa non animi iudicio, sed cōstantiæ causa defendantur à multis) ea igitur dicit, quæ ue ab eruditis probantur, & irridentur ab indoctis. Vult enim vt sit animus ita constantia fundatus, & cōstitutus: vt ne tantulum quidem unquam communiceatur. Nefarium enim facinus existimat, angi dolore & sollicitudine, gratia aut misericordia flebit, impelli cupiditate, ira, odio, aut aliqua perturbatione metis incitari. In hoc autem statu, omni motu vacante, quā Gregorii hapathelian appellat, summū bonū contingi putat, ita, vt qui illum fuerit assecutus, sapiens, Rex, atque beatus sit existimandus: reliquos omnes tāquam stultos, seruos, & omnibus malis inquinatos cōtemnit, & pro nibilo dicit. Principio autem summum bonum in humana dignitate collocare, ita vt nullo dolore corporis, nulla grauiore calamitate p̄ficit illa virtus à beata vita deseriti, est hominis splendi de

## DE NOBILITA. C H R I S T.

de magis, & magnifice, quā sapienter & vere differenter. Nam cum animas ipse sit natura li amoris cōiunctione corpori deuinatūs, fieri certe nulla sapientia pōt, quandiu ista coniūctio manet, quin corpore doloribus oppreſſo, animus cōficiatur ægritudine. Si igitur re-  
Ac censem Stoici, animū ægritudine occupa-  
tū, in miseria esse: fateātur necesse est, si nō ve-  
ritatē extorquere, & sensibus vīti afferre ve-  
līnt, neminem quantauis sapientia præditum  
in totius corporis doloribus esse beatū. Nam  
si sensus nihil ad nos pertinerent, corpusque  
ipsum nō esset hominis pars, tunc potuisse  
cuius homini mediocri probare, eum eius  
corpus vtatur, nihilominus tamē esse beatum.  
Cum autem animo & corpore cōstemos, qui  
possimus quandiu hæc vita manet, summam  
bonum id existimare, quod alteram tantum  
noſtri partē amplectitur, alteram vero in ma-  
lis deserit? præfertim cum natura ita cogente,  
ipsa mala corporis, in animum redundant? Sa-  
pienter enim à viris doctrina, & ingenio præ-  
stantibus est existimatū, iram, & cupidita-  
tem, fuisse animis nostris à natura vtiliter in-  
ſertas: vt animi ipsi corporum, quorum cu-  
ſtodes esse debent, saluti consulenter. Ut sci-  
licet cupiditate ſalutaria corporibus appeten-  
tentia vero noxia, & incōmoda popularet.

Cum

## LIBER PRIMVS.

cixc

Cum igitur ſecundum natūrā ſit ira & appe-  
titus: necceſſe eſt, cum aliqua ſpecies maximū  
boni, aut extremi mali, animis noſtris obuer-  
ſabitur, ut animi ipsi maiori quodam impetu  
conicitati, vel in bonum alacrius ferantur, vel  
malum vehementius formident. Cum autem  
formido, vt de alijs motibus ſileam, cogente  
natura in animū inuaderit: ipsam Stoicorum  
felicitatem, quę in indolentia coniſtit, facilli-  
me diſsipabit. Iam vt ſuis argumentis omnia  
confiant, quid tādem ex eorum decretis, ad  
humani generis vtilitatē transferre poſſu-  
mus? qua vitam omni ratione labefactā, cum  
omnes motus noſtris animis innatos, & qui-  
bus ad virtutem interdum acuimur, euellunt  
radicitus. Quām facile id ſit omitto. Nemo  
eſt enim qui neſciat, i d humanae naturae repu-  
gnare: & qui ſtuporem illum, quem Stoici ap-  
pellavit tranquillitatē, animis iniſcere volent,  
eos nō hominis boauum cōſtituere, ſed omnē  
ſēsum humanitatis extinguere, & ſepelire. Id  
igitur quod notum omnib⁹ eſt ommittamus:  
& quām ſalutaris ea ſententia ſit hominum coe-  
tibus, inspiciamus. Hostium nunciatus aduen-  
tus ciues terret vehementius. Omnis igitur ci-  
uitas metu turbata in maxima cura versabi-  
tur, quo poſſit illud malū à ſe depellere. Prin-  
cipes ciuitatis coaſilio & auctoritate, cōmu-  
ni ſalutē

## DE NOBILITA. C H R I S T.

ni saluti prospicient, juuentutem in armis cōtinebunt, praesidia disponent, reliqui omnes pro se quisque sedulo efficient, quo illā exterrānam vim, quam quidem malum, & id non me diocre esse statuunt, à finibus arceant. Vir autem ille magnus, & grauis, in ea totius patriæ formidine, nullo modo is erit, qui priuato g̃tio publicum negotium anteferat. Cur enim sc̃, leuissimorum hominum causa, à sapientiæ studijs abducet? nullo modo faciet. Immo in eo ciuitatis vniuersitatem tumultu, constantiam illam suam retinebit. Irridebit interrim, atque contemnet eorum hominum levitatem, qui id tāquā malum formidēt, quod nulla ratione in malorum numero sit habendum. Iam vero cum vrbē obſidione cingi viderit, & sunmis vndiq; viribus oppugnari, risum tenere non poterit: animaduertens ciues suos trepidare metu, cōouolare, huc & illic discurrere, omnia periclitari, quo tandem à mōenib⁹ hostium impetu repellant. Immo in quiete, tunc nō opinione mali cōmotus, sed a nīni iudicio ductus, in hostiū castra irrūpet armatus. In quē finē quālo? nec enim vir sapiens quicquā temere efficiet, nihil nisi magno cōſilio aggreditur. Cuius igitur rei gratia actionem illam lūscipiet? an vt suis ciuib⁹ afflictis aliquid opis afferat? At ciuīs suos nō

alij;

## LIBER PRIMVS

alijs malis opprimenti putat: nisi errore opinio-  
nis & inanitate. Id autē cuius specie territos  
animaduertit, nullo modo in malis numerat:  
& quamquam asperum esse fateatur, non tam  
enī eiusmodi, vt pro statorum opinione sit  
extimescendum. Lente igitur, & negligenter,  
nō acriter, & animose certamen illud sibi pu-  
tabit esse subēdūm. Quis igitur erit fructus  
huius magnifica sapientiæ? Aut in quo tāde  
loco animi excelsi, & inuicti lumē ostendet?  
Illum o pinor exitum fabule spectabit, vt cum  
ciuitatem funditus eueriti, omniaq; agi, & fer-  
ri viderit, ostēdat se nullo dolore frangi, & de-  
bilitati, seq; in seruitute Regem, in omnium  
rerum inopia copiosum, indolore beatum, in  
seruātis florentem esse iactabit. Id etiam vt  
probet, & stultitiam, in qua vna summum ma-  
lum ponit, suis derrahāt, cōt orta & aculeata  
sophismata, quasi medicinā illius inanissimę  
opinioniā adhibebit, quibus probet, mortem  
exilium, egestatem, arbitatem, contumeliam,  
& seruitutem nō esse in malis habēda. Omnia  
certe (vt verum fateamur) magnifica & exel-  
sa, sed quē nullum omnino tructū ferant ho-  
minum cōunitati. Nec enim isto modo sa-  
piens impendentem belli molem prudentia  
prēcauebit, nec prēsentem acri animi impetu  
propulsabit. In reb⁹ inquieres ciuilib⁹ usui esse  
poterit,

## DE NOBILITA CHRIST.

poterit. In quibus in publicis ne? quomodo eū reipublicæ p̄ficies, qui nullum vel in san-  
ciendis legibus, vel in iudicijs exercendis, re-  
tū discrimē nouit, neq; minore supplicio ple-  
ctendum esse statuit eum qui deliquerit in re  
leuisima, quān qui parenti necem per sum-  
mum scelus intulerit. Quid autem dicam in  
priuatis? Hunc sp̄eres impelli posse, ad homi-  
nes miserios, & afflitos excitādos, qui miseri-  
cordiam frāti animi seruitutē esse cōstituat?  
Quomodo autem flagitiosos homines acris  
insectabitur, aut virtute excellentes ardētius  
amplectetur, is qui nullo vel odio vel amoris  
senſu ducitur? Quid autem (vt vno verbo di-  
cam) rebus humanis vtilitatis inueniet is, qui  
se hominem obliuiseitur: humanæque natu-  
ræ sensum repudiat? Cōmotions enim ani-  
mi, ratione resēcādæ sunt, nō radicitus euel-  
lendæ. Illud enim & salutare est, & in prudē-  
tia potestate situm, hoc autem, neq; fieri vlo-  
modo potest, & quamvis fieri potuisset, nō es-  
sed adeo optabile & experienti. Omnis enī  
virtus frigida nimis & languida est, quæ non  
existit ex animo maximis industria stimulis  
commoto, & concitato. Nam cum omne offi-  
ciorum genus ab animo conformetur, nihil  
poterit fieri acriter, animose, vehementer, ab  
eo, cuius animus ardore quodam non fuerit

incitatus,

## LIBER PRIMVS

incitatus, & non mediocriter incēsus. Quod  
autem pro concessio sumunt, omnipotē animi  
motionem else rationi cōtrariam, nemo faci-  
le dabit: cum videat ipsam rationem cunctis  
animi affectionibus leges imponentē, & quo  
usq; sit progrediendū, diligētissime praeſi-  
bentem. Ratione itaque irascimur interdū,  
odio aut amore ducimur, misericordia flecti-  
mar, timemus multa venientia, præsentia ve-  
ro cum dolore sustinemus, inflammamur stu-  
dio gaudio etiam efferrimur, & exultamus.  
Quæ quidē affectiones cum sese offerunt ion-  
gius, recta ratione frenantur & cohabantur,  
numquam tamen penitus extinguitur. Non  
semper igitur animi commotio, rationi aduet  
satur: immo sēpe numerō sequitur rationem.  
Vt igitur in mari, non ea tranquillitas optan-  
da est, in qua ne minima quidem aura fluat  
commouentur, sed illa potius, in qua, nauis à  
puppi secundis ventis impellitur: ita in ani-  
mo desiderandus est mediocris animorū fla-  
tus, quibus celeres cursus & certi dirigantur.  
Atq; vt prudēs, & alacris agitator, nō semper  
equum a cursu sustinet, sed aliquando longe  
sēpius admotis calcatibus immittit: sic etiam  
ratione concitantor animi appetitus, quo re-  
geramus alacrius. Quod tandem igitur est i-  
stud summū bonū, quod nulla ratione parari

Ce potest,

## DE NOBILITA. CHRIST.

poteſt, & quamvis poſſet nullam tamē ſalutē rebus humanis afferret: In eo vero quod diſputant, ſola virtute vitam beatam perfici, nō videntur animaduertere, qua sit iſtius verbi viſ. Beatū enim niſi explētū, & in ſuo genere cumulatum, nō intelligi quidem poſteſt. Quæ autem viſ, humana induſtria & ſtudio compaſſata, infinitā illam multarum & maximarum rerum cupiditatē, natura mentibus humanis iſtiam explore, & ſatiare valet? Qua queſio viſtute (vt alia omittam) ardens illud veri viſendi deſiderium, quo maxime anguntur iij qui ſapiēntes haberi volunt, minues atque lenies? Quiſ vnquā fuit, qui omnes artium diſciplinas, omnes naturalium rerum cauſas, omnē recipit, gerenda prudentiam teneret, atque perciperet? Omnia naturæ obſcuritate inuoluta ſunt, neq; fuit vnquā queſtio adeo prompta & facilis, de qua non fuerit inter doctos homines, ſumma perpetuaq; diſfensio. Illa etiam quætractamus, & in manib; habe muſ, atq; adeo noſtri corporis & animi natu- ram explicare nequimus, quod facile oſten- dit, quām tenui ex parte nos rerum ſcientia cōtingat. Quo pacto igitur ſapiens acquiesce- re in viſtute poſteſt, cum omnium ſcītiarum cupiditate flagret, nec ea tantum quæ cernit oculis, ſed multa etiā quæ voluit animo, com- prehe-

## LIBER PRIMVS.

ecij prehendere cupiat, ipſe vero, ne minime qui- dem alicuius rei naturam penitus notam ha- beat? Illum vero perfectū animi ſtatum, tunc fore putandum eſt cum animus ipſe, ita com- pletus omnibus bonis erit, vt nihil amplius requirat. Relinquitur opinor, nullo modo poſſe in viſtute iſta nuda, quā Stoici exornat beatā vita ſummā conſiſtere, cum nec in illa ſint omnia, quæ ad humana vitam, & cultum per- tinent, nec animus ea ſola contentus eſſe poſſit, præſertim cū ea cupiat, ad quæ quidem nullis humanis opibus vñquam perueniet. O- mnia nāque humana, ſive illa extrinſecus ad ueniant, ſive in corpore ſita ſive mentem in- ſtruant & exornant, parua & angusta ſunt, ani- mus autē ita natus eſt, vt ſemper aliiquid im- mālum & infinitū deſideret. Faciliusq; Aetnē incēdium ſilla extinxerit, quām ardentē illā cupiditatis ſitum, noſtri animis innatā, ſati- are poſſis. In quo quidē non ſunt improbi re- prehendendi, quād infinita cupiat, ſed quād improba cupiat. Illud enim iuſtū eſt in na- ſtra, hoc vero proficiſcitur à conſuetudinis de- prauatione, & improbitate. Siquidem nec iſ qui dignitatem acri animi ſtudio pretendam putat, modum in rebus honestis expetendis, ſibi ipſi conſtituat. Fingamus autem aliquem ea felicitate prædictū quam ſolam Zeno po-

Ce ij ſuit,

## DE NOBILITA. C HRIST.

suit, ita ut sit, omnium humanarum artium genere cultus, & eruditus, omniq; virtutum comitatu circumseptus. Addamus huic, si placet ea bona quae sunt in corpore, & extra corpus, quando Academicis, & Peripateticis visum est, ista tamen virtutis instrumenta minime negligenda esse: qualia sunt vires, pulchritudo, integri sensus, firmitas valetudinis, & reliqua generis eiusdem: deinde opes, & facultates, generis decus, & honores, filij omnibus rebus florentes & ornati, anici denique amoris conspiratione consentientes. Postremo si videtur, ut Epicuro obsequamur, demus operam, ut omnibus exquisitis voluptatibus animo & corpore potiatur, eaque doloris acerbitate atque metu, quantum humano consilio prosideri potest, liberemus. Huic fortasse dices, nihil deesse vel ad dignitatem, vel ad vitam cultum & elegantiam, vel ad voluptates. Verum si ab isto queras, an praeterea aliquid desideret, clamabit, si verba singula non vult, se tantis ipsis commodis quibus affluit, minime contentum esse. Hunc Zeno vexabit contumelias, cumque miserum, atque dementem esse statuet, vel eo lolum nomine, quod illam effrenatam cupiditatem, & immensam non prohibeat, quodque in tantis opibus, inopem se esse fateatur. Cui tamen qui iudex equus fuerit,

## LIBER PRIMVS.

ccij  
rit, ignoscendum putabit. Nam ut illius animis in eiusmodi bonis acquiescat, quod fieri nulla conditione potest, nec enim si omnia bona humano studio parta in animum coniicias, illius capacitatem expleueris, ut id tam in fieri posse concedamus, immortalitatis certe desiderio non fies & dies cruciabatur. Istud inquit non est fas optare sapienti: qui ita se suis finibus tenet, ut omnes actiones non cupiditate, sed natura metiatur. Quasi vero immortalitatem cupere, sit transire naturae fines: aut quicquam sit magis humanae naturae consentaneum. Vnde igitur tanta cura insita est hominibus, eorum quae post mortem futura sunt? Vnde & procreandę sobolis, & nominis propagandi desiderium? Vnde illa quae splendidis ingenij innata est, sempiterna gloria cupiditas? Non aliunde certe, quam ex immortalitatis studio. Nam dum videt homo, animal scilicet mentis & intelligentie particeps, nihil recte beatum appellari, quod non sit constans & eternum, & omnia quae amitti, & eripi possunt, esse à felicitatis ratione lōge aliena, mortem formidat, & ad immortalem vitam, flagranti cupiditate, & naturali quedam animi imperio concitatur. Cui dum diffidit, se verat huc & illuc, & in eam cognitionem totus incumbit, ut quacumque ratione possit, se se ab

## DE NOBILITA. CHRIST.

interitu vindicet. Alius igitur operam dat, ut filium sui nominis effigiem, tamquam alterum se post mortem relinquat. Alius in eo pugnat ut elogij, ingenij monumentis, reb<sup>o</sup> à se præclare gestis, cui memoria, quam maxime diuturna efficiat. Alius ædificijs magnificecentissime extructis, id molimur, ut se memorie hominum commendet. Quod satis indicium facit, omnes naturæ admonitu mōitem perhorrefescere, vitæque perpetuitatem omni ratione concupiscere. Cum igitur vitam conseruare nequeant, omnibus enim mors pariter impedit, calcandaq; semel via lethi (ut inquit Horatius) dāt operam, ut aliquam saltem imaginem vitæ, post mortē tueatur. Quo tandem igitur paclio eueniet, vt nō perturbetur metu mortis animal immortalitat<sup>i</sup>s cupidissimum? Quod si nullias cupiditates finiri, & terminari in hac vita possunt, nec enim fieri potest, ut finem facias cupiditati, nisi que concupieris adipiscere, facile constat, ad maiora magnificecentioraque ratos esse nos. Ob idque nō posse animos nostros, ijs bonis quæ sunt iu hac vita satiari, quod oīa minuta sint, & angusta, præ his, in qua tacita nature cupiditate ardenter incitamus. Ad horū autem honorū cognitionem, quæ sola summa & omnibus modis expetenda sunt, duplīc ratiōne, perueniemus.

## LIBER PRIMVS.

cciiij  
mus. Nam primum ipse nostri animi appetitus facile viam aperiet, deinde si ergo illa, ainq; fōs, unde defluximus, multo clarer id quod querimus indicabit. Nec enim aliud vnicuius rei sinent propositum esse putandum est, quam cum, in quem natura, noīt omnino depravata fertur, nec altum peti à nobis debet fatis beate vivendi, quam vnde vivendi sumus initium.

v. Primum igitur quæ sit humanæ mentis appetitio cōsiderandum est. Videmus autem omne genus humani alpernari dolorēs, consuetari etiā voluptates, opes & facultates caras habere, scientiarū cupiditate flagare, quas si multi propter segnitie non attingunt, admirantur tamē omnes atq; supiciunt, cūque, qui claris sumis artibus fuerit institutus, dijs simillimum iudicant. Deinde cernimus: vniuersi homines allici virtutis, & dignitatis splendore: ita ut imprebi etiā, & petulantem ipsa honestatis pulchritudine moueantur: in flagitioque comprehensi erubescat, malintque se iustos & moderatos haberi. Denique, sic omnes natū sunt, vt non uno tātum bonorum genere, sed omnibus simul expleri cupiant, omnique metu & ægritudine vacare. Deinde vt ornata illa summa bona sint, & immortalia, ardenter expetunt. Hoc autem quid aliud est, quam

Cc iiiij deo-

## DE NOBILITA CHRIS.

deorum conditionem postulare? Dei est enim proprium atfluere maximis & æternis bonis, suaq; virtute & sapiëtia gaudere , & ab omni mali cōtagione segregatum summis , perpetuisq; voluptatibus perfundi. Qui igitur omib; summis bonis fruitur cupit, eaq; vt perpetua sint, ardenter experit, se quasi in deorū numero reponi vult. Quid hic dicam de studio religionis vñiversis hominib; innato, quo sumni rectoris numc omnes quacunque ratione, & reverētur, & amant, seque ad illius cupiditatem aspirare, multis & certissimis signis testificātur? Nūquid non satis indicat inesse nobis cœlestē quiddam, atque diuinum, cuius impulsu, à terris excitati cœlestia atque diuina suspicimus? Nec est enim quippiam in omni genere rerum, quod cupiat aliquid, nisi naturæ suæ fuerit accomodatum. Si vero quisquam ita se corporis voluptati constringendum dedat, ita suspiciat humana , vt nihil ad cœlestia dirigit, hunc tamen habere in se aliquid diuini , vel ex eo facillime apparet, quod nullis voluptatibus , aut opibus satiari potest. Ita vt nullæ vñquā diuitiæ Crœso sati fuerint, nullū voluptatis genus Sardanapalo satisfecerit, nullæ res memorabiles in rebus bellicis effectæ illâ inexplicabilem glorię sitim, qua flagrabat magnus Alexáder extinxerit

## LIBER PRIMVS.

ccv

rit. De quo est illud verissime dictum.

Vnus peleo iuueni non sufficit orbis.

Quod satis arguit , nihil in terris inneniri, quod animi magnitudinē expelere valeat, cū omnia sint angusta, fluxa, atque mortalia, animus autem ad magna , constantia , & æterna, atque adeo ad diuinitatem ipsam , omnibus modis aspiret. Cum vero praua cōluetudine imbutas, à via declinat, & nihil studio sequitur nisi mortale, & caducū , & in his terrenis opibus vitâ beatam statuit, vt omnia adipiscatur, nunquam tamē satis habere poterit , sero que intelliget, fallacem se potius & inanem, quam veram & solidam felicitatis rationem fuisse consecutatum. Ut igitur ignis , & aquæ, reliquarūque rerum omnium, cum finem esse dicimus, in quem res ipse, si nihil obstat, in sua cupiditate feruntur: sic etiam hominis finis deus est, in quem natura duce ferimur, & cuius qui fuerint participes, erūt in omni genere iocūditatis beatissimi. Quod quidem erit magis apertum ex ipsius hominis origine , in qua omnia summa & inclyta conspicias.

vi Erit autem homines ortus, non expoētarū fabulis, nec ex philosophorum opinionib; repetendus, qui licet ingenio p̄fstantes extiissent, cōmunitibus tamen tenebris obcecati, verum aspicere non potuerunt, & pro ve

Cc v ris

## DE NOBILITA. C H R I S T.

ris ea tuebantur, quæ fuerat oscitantes hallucinati. Horum itaq; incertas, & vagantes opiniones omittamus, vt veritatem ipsam, non aliunde, quæ in ex sacris voluminibus, in quibus vera perfectaq; philosophia continetur, hauriamus. Atq; libet in principio poëtarum more, non tamen Musorum, aut Phœbi præsidium, sed ipsius summi atq; præpotentis dei numē inuocare, vt à nobis omnem labem eritis repellat, quo possumus rite, pure, & castæ tanta mysteria pertractare.

vii Excellens illud præstantissimæ mentis nūmen, summum, atq; sempiternum, quæ Deum quem perennem vitæ fontem, viuensque conditorem & opificem veneramus, & colimus, cum suæ sapientiæ opes communicare, & in complures diffundere statuisse: nihil enim magis diuinæ bontatis proprium, quam grauita beneficentia, principio mūdum inuisibilem creauit, altissimis mentibus illustratum quæ lucem illam diuinam perpetuo contemplantes, vita beatissima ævo sempiterno fruierunt. Ad quam tamen immortalem gloriam non omnes peruenere, sed illæ dumtaxat, quæ non tantum luce propria delectata, quantum lucis auctore & principe, omne incolumentis præsidium, & vitæ finem in domino constitendum esse putarunt. Nam quæ nimium se

aman-

## LIBER PRIMVS. ccvj

amantes, in Dei negligentiam prolapse sunt cultuq; optin-i domine, atque patetis omisso, omne bonum à leipsis petendum esse statuerunt, naturæ propriæ quasi diuinitatē tribuentes, illa luce, qua erat indignissimæ, penitus orbata, in sempiternam misericordiam, & perpetua noctis tenebras, inciderunt. Post illius autem mundi diuinum atq; præclarum opus, quod mente concipimus, hunc rursus, quem intuemur oculis, quem tam admirabili varietate, pulchritudineq; distinctum, & excultum cernimas ædificauit. Ad cuius operis fabri-  
cam, non alijs machinis vñsus est, quam pro-  
pria cogitatione, & voluntate. Persici enim ali-  
quid à Deo, nihil aliud est, quæ verbo præci-  
pi. Hoc est æternæ sapiæ consilio, quod ab  
infinito tempore destinarat, ad exitum tandem deducere. Principio autem queret fortasse quispiam, in quem vñsum tantum mundi orna-  
tum, tam illustrem rerum coelestium speciem  
tantam vim maris, atq; net terrarum creauerit  
summus ille rerum cōsitor & dominus. Non  
enim est illius immensa sapientia, aliquid ina-  
nie, & sine causa moliri. Cuius nam igitur gra-  
tia decetissimam hanc rerum dissimilium in-  
ter se consentientem naturæ admirabili ratio-  
ne construxit? Num ut haberet pulchri oræ ali-  
quæ domum, in qua cōmodius habitaret? At

non

## DE NOBILITA. CHRIST.

non impium solum, sed extremè etiam demētia est existimare, mētem illam beatissimam, qua nihil maius, aut perfectius intelligi pōt, cuius virtus & potestas est infinita, mole corporeā indiguisse, aut aliquid ei in præteriti tē poris spatio ad beatā vitā, & glorię cumulū defuisse, aut aliquot spatijs includi posse. Quid igitur est? Num propter illas æternas mentes? At illæ ab omni corporis coniunctione secrete, atque libera, nihil aliud expetunt, quām in suum cōditorem intueri, neq; possunt ex inferioribus rebus fructum aliquē percipere. Iam vero plantarum aut bestiarum causa, hāc rerum naturam constitutā arbitrari, est nimis absurdum. Qui decet eum Deum, propter res aut omnino mutas, aut certe nihil intelligentes, ob idq; cum diuino nomine nihil iuris habentes, tātarum rerum molitionem suscepisse? Non igitur sibi, nō angelis, nō plantis, aut animantibꝫ rationis expertibus mundi fabricam excogitauit, sed homini corporis atque mentis cōpoti, & ex his duabus naturis cōstituto, vt & sensibus mundi pulchritudinē notaret, & mentis aspectum ad tāti muneris artificem cōuerteret. Hominis itaq; causa fuit hic rerum ornatus, & vniuersi natura constituta. Primum vt domiciliū haberet, in quo & corpus varijs terræ opibus, quas largiter omni animanti

LIBER PRIMVS. Cevij animanti suppeditat aleretur, & animus ex tāta rerum varietate multa colligens, proprio animi pabulo, quod in veri videndi ratione consitit, sustentaretur. Neinde, vt cum ordo, ratio, atq; constantia tanti operis pelleret anum hominis vehementius, facile illum ad opificis contemplationem adduceret. Vt esset itaq; mundi pulchritudo quasi ludus quidam atque cuiusdā disciplinæ traditio, qua hominem ad Dei contemplationem, & cultum erudiret. Hominis igitur causa, fructus, & fruges quas terra summa largitate fundit, animantia, ac adeo terras vniuersas, maria crasso aère circumfusa, cælum deniq; , atque sydera, vnde tam multa fluunt humano generi salutaria summa ille Deus condidit, atque perfecit. Nondum erat editus homo, cum omnes istas opes, & diuitias, hominis causa compararet. Tandem post vniuersę natura cōstitutionem hominis corpus ē terra finxit: animum vero, sui imagine & similitudine decenter impressum, pulcherrimę figurę corporis inspirauit. Hinc iam videre licet excellētem & magnificam humanę mentis originem, quā nō aliunde, quām à Dei spiritu manauit, & in elegan- tissimum corpus inclusa, diuinam formā labe nulla infectam retinuit. Nullum enim tunc erat in corpore vitium, quod rationē perturba-

## DE NOBILITA CHRIST.

ret, aut mēti nō dē offunderet. Is itaq; primus homo omnē sciētiā tenuit, omnium rerum causas nouit, omnem viēdi disciplinam, nō ab alio doctore, quā à prin. ipse Deo accepit. Cumq; corpus eius incredibili specie excelle ret, tñ etiā multo clarior & illustrior pulchritudinis species in forma mētis elucebat. Nā & singulē partes erant collastrate lumine singulari, & ita inter se cōgruebāt, vt vix illi maior cōuenientia, aut elegantior vllus ordo venustatis excogitari posset. Nullus erat error in mente, nullus motus in sensu, qui rationis imperiū detrectaret, cū ratio ipsa quasi in perfecta rep. sic in illo trāquillo statu omnes affectiones facillime teneret. Nihil igitur animū impeditebat, quo minus rerum contemplationi vacaret. Intellectus autē vigens, acer, & excelsus, cum omnia quæ cēlo, mari, terraue abdita sunt crueret, & euolueret, nō satis tñ habebat reb⁹ ijs, quæ infra lunā sunt, & oculis cernuntur, insistere, nisi cælum etiā penetraret. Cum autem haberet naturam rectissime cōstitutā, tum etiam illis bonis, quæ naturam humanā superant abundabat, quibus assequebatur, vt facile se Dōcō coniungeret. Inerat autem in illo cœlestis illius iustitia, quæ animalium ad omnem sanitatē instrueret, fidissima custodia inerat firma, & stabilis virtutis constantia; in-

erat

## LIBER PRIMVS ccvij

erat excellens honestatis decus & pulchritudo. Voluntatē vero neque necessitate deuinētam, neque causæ alligatam, neque vlla perturbatione impeditam habebat. Deniq; cum Deus tam multa in hominem beneficia cōtulisset, cū terris omnibus p̄ficit, & in regio domicilio collocavit. Paradisum vocant Græci, locum irriguum & amoenum, omni florum varietate distinctum, & sempiternis arborib⁹ constitutum, aptissimum ad ætatem feliciter degendam. In ijs sedibus fuit homo constitutus vt ex eo loco, quem dicunt fuisse excelsum & editum, instar cuiusdam summi rectoris, non modo sui ipsi us clauim teneret, sed etiā cunctorum animantium gubernacula sapienter, & libere tractaret. Ius autem in regni administratione non scriptum, sed natum sequebatur, hoc est perfectam rationem, & aptam ad divini numinis naturam, quā sumnam legem appellant. Erat autem illi præmium constitutum, si numero sibi a signato pie, & iuste sum geretur, in cœlestes illas sedes profici, & illi summo bono, cuius desiderio in terris flagrabat, in cœlis conglutinari. Hęc fuit prima hominis institutio, hoc primum humānę nobilitatis initia & origo, in qua nihil agnōces, nisi inclytum & excelsum. Hinc iam facile perspicietur, quām miserauda caligo sit eorum men-

tibus

## DE NOBILITA. CHRIST.

tibus offusa, qui cum habeat mentem diuinam & consilio ortam, ac adeo Dei satu editam, in rebus mortalibus, & caducis vita fine posendum esse dicunt. Redissime autem fuit à veteribus, ac Stoicis præsertim, verbū illud usurpatum, ultimum bonum esse, natura cōuenienter vivere. Sed cum quid humanæ naturæ cōveniret ignorarent, cōsequens fuit, ut neque beatæ vitæ rationem ullam tencrēt. Ea igitur ignoratio genuit errores turbulentos, & impias, atque amentes opinions, cum qualement de se quisq; opinionem acceperat, talem sibi ipsi finem constituisse. Qui enim in se nihil etiam agnolcebāt, omnemq; animi sensum extingui cum corpore putabāt, res mortales, & ad corpus pertinentes, omni studio sectabantur. Qui vero aliquid quasi per caliginē videre potuerūt, non existimarunt vitæ fine in fluxis rebus, sed in opibus animi collocandū. Hoc recte sane. Sed videamus in quibus opibus. Si in illis quæ non aliunde quam a Deo summo deriuantur, & influum in animos nostros, immo in ipso Deo consistunt, idem dicunt quod nos. Si vero illis animi bonis percipi vitam beatam putant, quæ humana industria comparantur, & ad istum modum in se ipsis posunt omnia, iij neq; vim propriæ naturæ vident, & in Deum ingrati & impi cognoscant.

## LIBER PRIMVS. ccix

gnoscuntur. Nec enim intelligunt mētem nō ex se, sed ex Deo primordium cœpisse, qui finem vita non in Deo, sed in propria mente constitutum putat, & animo impudenter elato, studia vita, quæ diuino numini cōsecrare debebat, in hiis ipsorum cultum conferat. Si igitur in vita principio est vita finis cōstituendus, cui dubius est, quin illud sit nobis ultimum omnium rerum expetendarum, cuius beneficio in lucem editi sumus, & in ciuis cupiditate, impetu naturæ ardenter incitamus. In illum igitur fontem omnium bonorum, in exhaustum, at q; perennē, unde profluximus, & cuius beneficio conseruamur, celeri cōuersione redeamus. Nec enim dubium est, quin ubi orbem istū confecerimus, tum demū immortalis, atq; beata vita perficiemur, & omnis illa animorum nostrorum cupiditas explebitur, neq; quicquam præterea postulabit. Illuc igitur omnes actiones vita conferenda sunt, ut Dei optimi maximi compotes aliquando sumus. Nam si voluptas ad beatam vitam pertinet, tūc voluptates stabiles, & nullo anno in terituras capiemus. Si sapientia summum bonum cōtinet, tum demum illa insatiabilis veri visendi cupiditas satiabitur, cum omni caligine discussa, non modo rerum naturam, sed ipsum naturæ dominum perspiciemus & com-

## DE NOBILITATE CHRISTI.

templabimur. Si felicitas vita diurna perficitur; ea sola diurna est appellata, quae immortalis est, non quae etate & vetustate consumitur. Si postremo securitate beatitudinis definitio recte adiiciendam putant, tum enim in aqua denuo homo vita beatam; cum fuerit exploratus, illa bona quibus affluit esse permanens: si igitur sine securitate, beata vita intelligi non potest, illic tandem erimus omnibus curis, & agnibibus laxati, tum nullus terror aut metus impenderit, cum summum atque præpotentem Deum salutis custodem, & conservatorem habebimus. Sed iam ea quorum gratia sumus in hanc disputationem ingressi ratione cocludenda sunt. Fuit autem positum virtutem esse quandam animi perfectionem, ad ultimum omnium bonorum cursum suscipiens. Summum autem bonum ut ostensum est, nisi in Deo esse non potest. Efficitur itaque nullam animi affectionem, nisi ad Deum referatur, in virtutis rationem cadere. Deinde si nihil quod amplestitur vita beata, cadere & extinguiri potest, absurdum est enim id quod fluxum & instabile est, beatum existimare, homines autem omnes incerti, & instabiles, variisque voluntatibus & studijs agitati gratiam exigunt, non poterunt vello modo felices esse, nisi Deipresidios firmarentur: atque fulciantur.

Virtutem

## LIBER PRIMVS. ccx.

Virtutem autem esse beatæ vitæ effectricem, omnes colentient, nulla igitur virtus censenda est, nisi quæ nos Deo copulabit, eumque somnum intuebitur. In ea igitur sola decus vere virtutis eluet, & omnes aliae non virtutis, sed virtutum inanis imitationes putandæ sunt. Quis enim conuenit virtutem eam appellare, quæ non habet propositum virtutis finem? Ne gat Aristoteles veram, & solidam fortitudinis rationem in Diomedem cecidisse, cum Graecis omnibus infugam conuersis, ipse solus maneret, malleumq; summo cum periculo Hectoris imperium sustinere, quam ignominiosè fugie se mandare. Cur ita tandem? numquid non fuit pulchrum facinus, omnibus metu & formidine perterritis, Diomedem solum, aut cum paucis extitisse, qui turpi vite mortem præclarum anteponueret, maiorenque rationem glorie ducaret, quam salutis? Pulchrum sane inquit. Sed quia facinus illud egregium non ad debitum finem, sed ad popularis laudis ambitionem referebat: diebat enim vereri se, ne Hector in suatum laudum commemoratione Diomedem a se tugatum prædicaret, vere virtutis fructum non tulit. In eodem etiam numero Hectora reponit, quod aperte fateretur, formidare se cumores Troianorum & Troianarum, eaque decauta, pugna sibi alicuius capessendæ.

Dd. ij puta

## DE NOBILITA. CHRIST.

putabat. Hos igitur vir acutissimus, propterea quod non intuebatur solam ipsius honestatis pulchritudinem, quam potissimum vitam finem constituit, virtutis ordine mouet, & in eam cùdam classem cōsicit, in qua collocavit eam virutis imaginē, quae gloriæ studio turtur officium, & legibus atq; disciplina ciuili contineatur. A his igitur pēdet (vt Aristotelē etiam videtur) omnis honestatis ratio. Ea siquidem actio, & honestissime, & sineulla dignitate suscipi potest: interdū etiam cum dedecore, & turpitudine, pro rei proposita varietate. Ita sit ut viri fortes iij demū appellādi sint, qui in verum virtutis finem respicientes praelare mortem oppetuant, qui ruminculos intuēt, & ob id pericula s̄bebūt, ianæs & leues, qui vero nefaria libidine, & flagitiosa animi perturbatione, ad rem strenue gerendam impelluntur, improbissimi. Vnde id efficitur, illos minime fortes fuisse. Hectora inquā, & diomedem, Achillem vero, atque Paridem, non solum parum fortes, sed etiam turpissimos. Hic enim ut nuptias perfidia, & scelere partas eneretur, in acie irruebat: ille vero, ut immoderata animi iracundiam expleret, immensas illas strages hostium faciebat. Hinc etiam id sequitur, nec ipsum Aristotelē plane vidisse, quæ vis vera fortitudinis esset, cum eadem

no&te

## LIBER PRIMVS.

ccxj

nocte circūfusus, illud ultimum bonum ignoraret, ynde virtutis firmitas & honestatis convenientia sumitur. Sed illum multa iniquies, & præclara fuisse deo philophatum. Scio id quidem. Sed quem tandem illi locutus in rerum humanarum procreatione reliquit? cum enim mundum effectum esse neget, hoc unum tantummodo munus deo assignat, vt medium circum axem cæli, summa cum celeritate verset, cuius conversione, omnium terrarum inferiorum mutationes, & vicissitudines, generationes & interitus confici putat. Fuerant quidem rati pauci ytri doctissimi, qui omnes res humanas, non temere, & casu, sed diuina prouidentia, & consilio gubernari putarent. Nostamen ita ut vel virtutes ab illo pendas, vel in illo vita finem collaudandum esse ducerent. Quid igitur horum deo instabilis opiniones, & multis erroribus inquinatae, ad ultimis finis considerationem faciunt? Nam si coacti interdum pulchritudine mundi a conditione rerum celestium, æternam illam atque præstantem naturam confessi sunt, non tam illi præstiterunt debitam pietatem, neq; spenta vita beatæ in illa positâ habuerunt. Illi igitur omnes neque vitæ finem aspicere, neque virtutis formam amplecti potuere, sed pro vera dignitate, dignitatis imaginem, verborum magnis

nd iij splen

## DE NOBILITATE CHRISTI.

splendore, & magnificētia, quā motibus, & vita persecuti sunt. Si virtus igit̄ ea sola dicēda est, quę in verum vitę finem intuetur, reliquia quitur plane; quod est iam sapientis ostiū ensim, eam esse oī solam virtutem existimandam, quae ad summum Deum omnium rerum principium, atque finem ardēter ad spirat. Vnde id etiam cōcludi potest, eam solam vere, & summa nobilitatis splendorem efficere. Omnis autem nobilitas quę ex ista diuina virtute natā non fuerit, quānus illūstrem spiciem habebat, revera tamq; inanis, & fluxa est, nec in verga claritatis ratiōnem cādere vllō modo potest. Neque dubium est, quin ea genit., in qua cœlesti illud virtutis genos eluxerit, nos tamen ex hoc vno genere oriunda, quā diuino ortu edita, sit existimāda. His autem diuina gentilitatis ornamenta explicare conabimur, si prius tuūnam p̄cipi hominis, & interitū persequemur. Explanatio enim illius calamitatis, cuius vi op̄ pressus corrut̄ patens genit. humani, causam afferet erroris, atq; caliginis, quam mentes humanas circūfusar, tam multis atrociosis ita iacuerunt, ut neq; cælum adspiceret, neq; vera dignitatis splendorem cerneret valeret. Vnde factum est, ut extincta nobilitate, animi demissio, & humilitas ingēs existaret. His autem malis explicatis, facillimum erit

LIBER PRIMVS. ccxij  
erit videre, quemadmodum in istam nominis & claritatis dignitatem reslitati simus.  
vii. Ut igit̄ ad hunc inēm redeamus, erat is, ut dictum est superius, in terris collocatus, ut eastueretur, animantia cuncta reget, cōlūq; omni pietate, & veneratiōne suspicet. Inter ris itaq; p̄testatē regiam habebat, tali autem domino seruebat, utarque dñs in nūmbris interpres, & sacerdos, huius autem generis p̄inceps & auctor. Qui cū illūstrib; corporis specie cōstaret, anīmō tamen ad cælitū dignationem peruenerat; ita ut etiā in flatu diuino futura significaret. Nullus autē in illo horto amoenissimo spatiabatur. Nec enim vestitus in dīgebat, cui nēc vllā celi grauitas noxia esse poterat, nec vllā notam turpitudinis habebat, quam vt aboleret, & que contegeret, vestimenta requireret. Fuerat autē illi lex imposita, ut liberam voluntatem in studio virtutis exerceret, quo tandem meretur, in cœlum numerū adscribi. Lex autem h̄sit, ne frumenta nobilis, cuiusdam arboris, quę boni, & mali scientiam continebat, attingeret. Non quid int̄uideret deus eam cognitionē homini, quę deuinis beneficijs ornauerat; sed vt illius saluti cōsuleret, atq; prouideret. Nouerat enim hominem; si suę omnino p̄testatis facultas esset, continuo peritram. Ita igit̄ illius

## DE NOBILITA. CHRIST.

jus libertatem attemperavit, vt eam rursus saltari lege deuinciret. Nec enim tam vetuit fructum illū ne carperet, quām ne in id quod fructu illo significabat incideret. Siue enim significabat, ne eas causas quæ nondum illius animo allabi poterant, ingenio proprio scutari, & evoluere vellet: siue, ne in dilectione bonorum, & majorum declinatione, suo iudicio potius etteretur, quām diuinī numinis impulsu cui se regēdum tradese deuicti: siue postremo, ne ad illa bona declinaret, quæ malis innuerteris, inquinata sunt: nosse enim in sacris literis, significat studiōe cōpletū: siue igitur inquā id p̄cipiebat homini, vt illū summum bonum, in quo nihil est admixtum mali, complexus, reliqua bona malis cōtaminata rejiceret, quid potuit homini praecepi bi salutarius? Nam & i[n]vestigatione earum causarum, quas animus noster comprehendere nequit, obruiatur, & in rebus gerendis, ex arbitrio nostro potius, quām ex per optimi maximi voluntate, quid sequendum si statuere, certissimum est ruinæ periculum, alicuius autem boni sua uitiate deceptos, ab illo summo bono decidere, est omnibus funestum, itque mortiferum. Hęc erat primi parentis conditio, futuri felicis, & beati, si scipsum ab illius immanis & vasta belluz congressu seruasset, quæ pestem &

exi-

## LIBER PRIMVS. ccxiij

exitium omnibus terris intulit. Cum enim videlicet princeps ille tenebrarum, auctor impie tatis & tceleris, & earum mentium dux, quas diximus superbia elatas voluisse proprijs viribus ad gloriam diuinitatis adspirare, & od id in sempiternā miteriam deturbatas esse: cum videret igitur hominem, humo excitatum, ut ascenderet ad eam gloriam, vnde se deiectum considerabat, æstuauit inuidia & hominis interimendi, & funditus euertendi cōsilii fusce pit. Formam igitur serpentis gerens, fraude conficitisque dolis mulierem aggreditur: quā nouerat propter infirmiorem naturam facilius labi & decipi posse. Eam itaq; verbis allicit, & hortatur, vt fructum illum vētitum decerpatur. Puturum enim, vt vbi primū illius sua uissimi mali gustum perciperet, ad diuinam continuo boni & mali scientiam perueniret. Mulier igitur, quæ & arboris pulchritudine vehementer illecta era, & ad diuinæ scientiæ cupiditatē exasperat, facile mortiferum illud anguis teterrimi venenū hausit. Imperio igitur summi dei, & parentis optimi, cuius benignitate fuerat in lucē edita, tantisq; opibus instruta, neglecto, hostis pestiferi cōsilium secuta est, virumq; ad easdem funestas epulas inuitauit. Hęc fuit origo humanae misericordie malorum omnium seminarū: hinc moris

nd v tis

DE NOBILITATE CHRISTI.

tis initium natum est, quæ postea magis intrusa  
luit, & crudeli dominatu terribilis vniuersitas op-  
prescit. Nam ubi primum hominem passus est le-  
cota munitari, pestilentis illius: etiæ minis conta-  
gione, manauit continuo malum illud in venias  
inhæsitque penitus in visceribus, corporique  
& animo, cladem atq; mortem attulit: quia  
miser animus continuo sensit, cum vi deret, se  
disiunctum, & aullum à Deo, unde animam  
ducebat, & cuius numine propriam vitam sus-  
tentabat, intelligereturque corpus iā cœli gra-  
uitati misere obnoxium, tandem post varias  
grunas, & luctus acerbissimos à vita deserena-  
dum. Mortis autem illa certissima signa facie-  
runt, ut hylenti motus in coruore, qui animis  
inconstantiam, & perturbationem mente, &  
ratione, & genitum, terrasq; atque temerarias cir-  
piditates indicarent. Fuit enim hoc insulsum  
constitutum, ut qui domini imperio neglexer-  
ent, iusti que illius impudenter, & impie repu-  
gnarant, ipse vici sim eas animi partes, quæ ra-  
tione, antea parebant, experiretur rebelles, at  
que cōtumaces, omniq; immanitate, in ratio-  
ni's arcē inuidentes introspicere. Cumq; duo  
sint hominis munera, agere, scilicet & intelligi-  
gere, obidq; rationis & mentis particeps exi-  
stat, ut in rebus gerendis appetitus animi regat  
& omnem mentis curam, & studium, in diui-

LIBER PRIMVS. ccxiiij  
narum rerum cognitione ponat, in utraq; par-  
te plagi, in grauioram accipit: Nam mens,  
extincto magna ex parte lumine, quo ante  
collucebat, iacuit in tenebris, & caligine, &  
omnis vita rati, simili nocte circumclusa, gue-  
berna culis pene deiecit; que quidē, ut ei  
lumen aliquod affusum, non tamē quo volē-  
bat prouochi facilē poterat! Erat enim cōfusa  
grauitate & saucia, turbidusque animorū tem-  
pestatis, jaçebatur, quibus obsistere nō va-  
lebat. Emersitum primum turpitudinem  
iudicatus signata, cuius sitra facie, & defor-  
mi aspectus, conturbat prius parētes se ipsos  
in opacam sylvam abdiderebit, illasq; corpore  
partes, q̄itas contra ratiōnēs imperiū nris  
scenius excitari vidēbant, arborū folijs cœp-  
terunt. Ab illo principio, otinis natura de-  
prauatio, & opinioris vanitas oborta est. Idē  
omnes improbae cupiditates, & formidinos:  
inde otines dolores & nefariae voluptates ek-  
titerunt, quæ animi inhecillitatem facile tor-  
quent, atque fluctuq; quocumque ruunt. Mala  
autem illa, quibus erat animus implicatus, in  
corpus etiā miserum redondabant, cui erant  
labores infiniti subcurandi, mors etiam postro-  
mo perferenda. Deniq; (ut brevissime litteram)  
sic fuit relitus homo, ut illi sunt, quæ à suam  
fortuna & expectatione dépulsi, ad summa ab-  
miserat.

## DE NOBILITA. CHRIST.

miseriam douoluuntur. Omnipotens ornatus  
spoliatus, à paradisi fratribus expulsus, extorris  
domo, partia, & ccelitum congressu, & quod  
caput est exclusus illo diuino amotis fodere  
vitæ cursum tenuit acerbum, miserium, & cala-  
mitosum. Cumque vespes, & spines, quas di-  
uino iussu tellus in illius penitentia gignebat, cor-  
pus pungerent, multo lamē grauiore mortu,  
mentem ipsam, impietatis recordatio, & cri-  
minis conscientia vulnerabat, qui quidē ani-  
mi aculei, nulla mundi amoenitate frui illum  
sinerbāt, & omnes illius cogitationes, ad supe-  
rioris vitæ desiderium, & presentis misericordiæ  
sum reuocabāt. Illius ramen arboris vim, ni-  
mis efficacem fuisse, ille etiam tristis euentus  
facile comprobavit. Nam & re expertus est,  
quatum mali esset in scelere, & presentia ma-  
lia faciebant, ut melius amissa bona cognosce-  
ret. Tum enim secundæ res a nobis cognoscuntur, cum in aduersas incidimus. Hęc fuit  
illa dira clades primi parentis, in quam se de-  
dit precipitem, dum auctore serpente à deo  
optimo maximo descivit. Nec ipse solus cor-  
ruit: sed vniuersa simul posteritate euertit.  
Cum enim ab illo, ergo iam & confessio pro-  
creati simus, necesse est, ut andem etiā infir-  
mitatis, & culpa similitudinem contrahamus,  
& vitio sanguinis illius corrupti, nascamur ea-

dem

## LIBER PRIMVS: ccxv

dem labo criminis infecti & inquinati. Vul-  
nus igitur graue, & mortiferum, cuncte poste  
ritati impositum est. Nam cum ex ista exgritu-  
dine quam habemus, à primis parentibus ha-  
reditariam, ratio vulnerata lagucat, facile fit,  
ut omnes animi commotiones, tamquā ferre  
vinculis laxata, turbentur & ruant, mentem  
que sine magnis angoribus consistere non si-  
nant: animus itaque miser metu afflitus, &  
cupiditate, & vatio genere morborum miser-  
abiliter implicatus, in contrarias partes ita  
distrahitur, ut vix sui iuri possit, sed quo  
cumque libido, vel alia quævis pestis impellit  
eō se conferat. Hęc igitur primi parentis ima-  
go, satis expressa in ista corporis, & animi im-  
becillitate, seminavit omnia mala quæ postea  
mortales omnes oppreserūt. Nā primū cum  
ille perturbationes animi, rationis opes pau-  
latim deprimerent, atque cōminuerent, effe-  
ctum est, ut os illud hominis erectum, atq; su-  
blime, à cœlis deieclatum terram intueretur, in  
eaque defixum, omnem spem rerum suarum  
in premijs humanis, & fluxis constitueridum  
putaret. Omne igitur honestatis decus, &  
dignitatis splendorem, extinguiri necesse fuit: il-  
lius ultimi boni negligentia, & contemptu, in  
quo summa virtutis, perfectæq; gloriae consi-  
stitit. Cum autē serperet peccādi consuetudo,  
& in

## DE NOBILITA CHRISTI

& in dies maiores vires colligeret, eo deuicta  
telt, ut nullū facinus excogitari pōset, sive id  
ex libidine nascetur, sive ex fāore & auda-  
cia, quo se nō cōtaminarit humanum genus.  
Neq; latis habuit, omnia sceleris moliri, qui-  
bus fides & societas humana læditur, nisi etiā  
summi Dei religionem pollueret, atque vio-  
laret. Cum enim essent mentes occupatae im-  
mensa quadam caligine, non facile poterant  
mortales aliquid cogitatione comprehendere,  
nisi quod intuerentur oculis, autālio quo  
vis sensu corporis & surpareret. Cū igitur Deū  
animō nō a spic erēt, oculosque ad Solem, Lu-  
nām, atque sydera conuerterent: quorum pul-  
chritudine mouebantur maxime, cceperunt  
ea quasi diuina numina colere, & venerari. In  
de continuo delapsi, nec enim Mens sceleris  
grauitate depresso, diu poterat, vel in astris  
ipsis insistere, non solum hominibus, sed bru-  
tis etiam, atque feris, dūmodo ex illis fructum  
aliquem perciperent, diuinos honoris decer-  
nendos, & mortuis aras consecrandas statue-  
rūt. Quid enim ego hic Seraphim, quid Osiri-  
dis & Isidis sacra nefaria commenorem, reli-  
quaque simulachra Aegyptiorū, in habitum  
atque figuram brutorū animantium forma-  
tae. Quid Bacchi orgia, per summum furorē  
(vt ex ipso nomine appetat) atque amentiam  
consti-

## LIBER PRIMVS ccxvj

cōstituta? Qui à deinde reliquā genera perse-  
quar impuræ superstitionis, quæ omnium fer-  
me gentium imbecillitatem occupauit, non  
tātum libidine atq; flagitio, veruā etiam san-  
guine & parricidio cōtaminata? quasi enim  
parum foret, si per religionis speciem versa-  
runtur in omni genere turpitudinis, quod tā  
in Veneris, & Bacchi sacris, tum etiā in alijs  
quam plurimis fieri solenne erat: tērrimas  
etiam crudelitatis ceremonias attulerunt, ita  
vt frequentissime sanguine humano aras ini-  
buerent. Quod quidem apud omnes fere gē-  
tes, nō modo barbaras, sed doctrina etiam, ac  
humanitate cultas factitatum legitimus. Nam  
& Rhodij, qui propter doctrinā in Mineru-  
tutela esse credēbantur, hominem Saturno sa-  
cris anniuersarijs immolabant, & Græci fer-  
me omnes, antequā in aciem prodirent, hu-  
mana cæde aras atq; tēplā funestabāt, & Ro-  
mani, sicut raro, aliquando tamē humanis ho-  
stijs neos placando esse statuebant. Quare sit  
vt minime mirū sit, si Thraces, Galli, Scythæ,  
& reliquæ nationes, illis téporibus ab omni  
cultu humanitatis ab horrétes, ea sacra malo-  
rum dæmonū impulsu receperunt, que in cæ-  
de & sanguine versarentur, vt enim hic Scy-  
thica illam viānam, numquam crudelitatis  
satiatam, vt alia seu numina prætermittant  
fas;

## DE NOBILITATE CHRISTI.

satis constat Phœnicia principes, in magnis  
scipup. calamitatibus, solere vnum ex libertis  
quem haberet carissimum, vt hostiam iugula-  
re. In Syria vero morem eum fuisse, historiæ  
sacrae testimonio cōpertum habemus, vt pa-  
rentes, omni pietate repudiata, liberos suos  
igni cōlecrarent. Sed quid hoc in loco immo-  
rator, cum ex ipsis historijs perspectum habe-  
mus, nullum ferme sacrorum genus fuisse, ab  
illis hominibus sine magno aliquo scelere cō-  
stitutum. Inde factum est, vt summum furo-  
rem & impietatem, summa peccandi licentia  
consequeretur. Cū enim verae religionis mu-  
nus sit mortales in officio continere: postquā  
ea religio introducta est, quæ nō solum pudo-  
ris & humanitatis officia negligeret, sed etiam  
petulantia, cæde, patricidio deos placandos  
esse doceret, iam necesse erat, vt vniuersi furo-  
re & amentia precipites, omni genere turpitu-  
dinis, & immanitatis se cōmacularent. Ita igitur  
accidit, vt peccatum, principio natu rae à na-  
ture dep. auatione, auctum deinde consuetu-  
dine, postremo religionis impuritate perfe-  
ctum, atque conculatum, vniuersum gen' hu-  
manum pessum daret. Quid igitur? dicet ali-  
quis, nullas ne putas in tanto virtutis naufra-  
gio dignitatis reliquias collectas esse? nee alii-  
quem vñquam mortalium, priscis illis tempo-  
ribus

LIBER PRIMVS. ccvij

ribus honestatis studia coluisse? Negare non  
possum, multo etiā in illa communī labe ge-  
neris humani, specie honestatis illicetos, & in  
virtutis studiū incitantes quodammodo fuisse.  
Fuit enim, fuit illa diuini numinis imago,  
animis humanis impressa, peccati quidem vi-  
tio deformata, non tamen de leta prorsus, &  
extincta. Cum autem imaginem dei, audis,  
non tu milii picturam aliquā in tabula, quasi  
Protagonis alicuius, aut Apollinis artificio va-  
rijs coloribus illustratam consideres: aut si-  
gnum aliquod ex ebori factum opere præcla-  
ro, & excellente, quod diuinā speciem refer-  
ret. Nihil enim est aliud Dei imago, quam di-  
uinæ virtutis imitatio, quo ad homini fas est.  
Hoc autem est ingenium prouidum, multi-  
plex, & acutum, oīa semina virtutū in se ipso  
cōtinens. Cum igitur hoc opere diuino fisci,  
& informati simus, ad nullam tē magis apti  
natura sumus, quam ad decus & honestatem,  
Quod si à principio liberti à cōtagione crimi-  
nis essemus, & à peruersitate opinionis, & cri-  
minis improbitate soluti, facile nos ipsa virtus  
ad verum decus alliceret. Cum autem ista ma-  
lorum cōsentientis multitudo, diuina: huic ima-  
gini quasi vim inferre conetur, à rectis nature  
institutis sèpissime deducitur, existitque illa  
contentio, atque bellum intestinum, in quo

Ee quidem

## DE NOBILITA. CHRIST.

quidē ratio quasi specie diuinitatis informata, sepe vincit, longe tamen sāpius viēta cedit voluptati, atque turpitudini, ita tamen, vt ostendat aliqua doloris significatione, se inuitam, & repugnantem à studio virtutis abducant esse. Quod satis indicium facit, obteri interdum hanc virtutis indolem, aut libidinis impetu, aut aliqua flagitiosa cupiditate, numquam tamen omnino deleri. Numquam enim quisquam erit tam effuse petulans, quia vbi primum inconstans illa, atque temeraria voluptas, quae sua immanitate iudicium rationis impediebat, effluxerit, incoerens, & animo auxius, suscepit turpitudinis conscientia cruciatur. Quod satis ostendit adolescens ille Plautinus. Sic enim conqueritur.

*Omnia ego isthic quæ dixisti scis,*

*Vel exsignueram ut rem patriam, maiorū gloriā  
Fœclarim meū sciebam, ut esse me deceret, facere  
nō quib⁹ miseria vi veneris vici⁹, in fraudē incidi⁹.  
Cum vim Veneris inquit, aperte nobis indicat, illam animi perturbationem, & inconstitiam, à crimine primi parentis ortam, scelere deinde vnius cuiusq; cōfirmatam. Rursus cū semiserum esse dicit, & ex flagitijs conscientia dolorem capit, ostendit plane diuinū animi sensum, cui nihil nisi rectū, & honestum, quippiam suauitatis afferre possit. Sunt igitur*

*Sunt*

## LIBER PRIMVS. ccxvij

sunt in nobis (vt iam ad propositum reuertamur) innata semina virtutum, sunt decoris & gloriae stimuli, sunt incredibilia quædā honestatis & dignitatis studia. Tanta tamē extitit humanæ mentis imbecillitas, tāta nobis à peccato orta fuit ægritudo, vt licet non pauci natura duce ad aliquam specie virtutis adspirauerint, paucissimi tamen illam veram & eminentem honestatis formā amplexati fuerint. Quamvis enim decoris splendorē ducerentur, quale tamen ipsum verū decus esset ignorabant: cum in cælum, unde omnis virtutis ratio peti debet, minime suspicerent. In cælum vero suspicere qui poterant ij quorum animi erāt in terra defixi, & qui omnia vitæ consilia vel ad diuitias, vel ad popularem laudem, & gloriam referenda putabant? Quid igitur cōsecuti sunt viri illi maximi, & ingerio excellētes, quos tulis antiquitas? Quid præclari imperatores tantis rebus ad laudē, & decus insigribus clarissime suscepit adepti sunt? sine illo fructu possim⁹ suspicari, tātu industriae, laboris, & opera, in dignitatis studio consumptum? sine illo quidē. Virtutis enim rationem præclaram ad aspectum, re autem falsam & innanem studiole complexi sunt. Omnes n. quātas in eorum oculis versaretur aliqua species honestatis, non tamē se ab illa communi

*Ee ij generis*

## DE NOBILITA. CHRIST.

generis humani luc, atq; tabe tutos conserua-  
re, nec à multis animi morbis, quibus erat im-  
plicati, emergere potuerunt, cum id per se præ-  
stare non possent, & deum virtutis auctorem,  
atq; finē, cuius solius præsidio id quiuiscent,  
obtinere, ante mentis oculos minime consti-  
tuissēt. Nulla igitur vera virtus, sed fallax vir-  
tutis imitatio, nulla dignitas, sed vana digni-  
tatis species, nullū veri decoris studium, sed  
effrenata quædam inanes gloriae cupiditas, te-  
nuit illud genus hominum, qui quidem nō tā-  
tum honesti pulchritudine illeſti, quantū vt  
in magnum honorem ascenderent, & homini  
bus admirationem mouerent, egregias illas  
actiones suscepserunt. Quod si illi, qui conatū  
aliquem ad virtutem capescendum habere vi-  
debantur, virtutis fructu omnino canerunt,  
quid est de reliquis existimādūm, qui cum se  
mel omnia pietatis, humanitatis, officij, repa-  
gula perfregissent, nihil tam propositum ha-  
buerunt, quam omnia inaudita flagitia, & sce-  
lera moliri, quo infinitam & temerariam o-  
mnium rerum cupiditatem explere possent.

ix Sola Iudeorum natio quondam mansit  
in officio, diuinis legibus & institutis, sicuti si-  
maque religione deuicta, & ab omni nefasta  
superstitione, longo tempore segregata. De  
qua scriptū est, nō est idolum in Iacob, neq;

simula-

LIBER PRIMVS. cxxix  
simulachrum in Israel, dominus deus eius cū  
eo est. Et alibi, notus in Iudea deus, & in  
Israel nomen sanctum eius. Hæc & in stu-  
dio sanitatis sece diligenter exercebat, & ad spē  
futuræ salutis erecta, iustitiam & pietatē, quā-  
tum poterat, excolebat. Nō fuit tamen in illa  
lege, perfecta & absoluta ratio virtutis, sed in  
choata quædam, atque rudis species honesta-  
tis. Represbit illa quidem impios atque nefas-  
tios hominum conatus, iuit obuiā furorū &  
sceleri, senere, atq; vehementer impia facino-  
ra vindicauit, neminem tamē ad illam perfe-  
ctum virtutis & sapientiæ gradum perduxit.  
Ad virtutem enim, non ipsius virtutis illece-  
bris, sed partim metu atq; formidine, partim  
commoditatibus vita propositis incitabat.

Cum enim in legis promulgatione vi dissident,  
ex omnibus cœli regionibus coruscare fulmi-  
na, terram & aera crebris tonitruum i&tilibus  
concuti, ignem superne decidere, cu ius incen-  
dio, atque flamma, mōs editissimus omni ex  
parte conflagaret: adde tubam illam hortifi-  
cam, fumum, atq; caliginem, & reliqua, quæ  
præsentis numinis maiestatē indicabant, me-  
tu examinati. Mosem maximis vocibus appell-  
iant. Loquere inquiunt tu nobis, & audiem⁹.  
Nō lequatur nobis dominus, ne forte moria-  
mur. Quid ad ista Moses? Iubet illos bono a-

Ee iii nimō

## DE NOBILITA. C HRIST.

nimo esse, diuinus que illius consilij causam appetit. Nolite inquit timere. Ut enim probaret vos venit Deus, & ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Quod perinde valebat, atque si diceret. Noncum estis ab improbis cupiditatibus, à reliquis animi morbis nomine diuino liberati: nec omnino tales qui sponte vestra ad virtutem allici amini. Formidinem igitur istam animis vestris dominus iniecit, ut ea saltem ratione, vos à sceleto coerceret. Ad virtutem vero, quibus præmij incitat: His propemodam, quorum causa rude vulgus, & imperitum vota tuerit, nempe fragum vertare, copia diuitiarum, integritate corporis, & incolumente. Si autem virtus ea sola dicenda est, quæ non metu coacta, sed sponte suum officium facit & præclaras actiones, non ad res huius vitæ fluxas, sed ad Deum verum vitæ finem dirigit, qui potest ea virtus existimari, qui formidine expressa est, & cuius finis non tam est Deum amplecti, quam vitæ commodis abundare. Nec enim nunc de ijs loquor, qui fragilitatis humanae conscientiæ sapienter intellexerunt se se non posse, ea quæ in lege præscribentur exerci perfecte, nisi ad Deum, unicum vitæ moderandæ, & conseruandæ præsidium configerent. Ienam viri sapientissimi, qui diffisi

## LIBER PRIMVS.

ccxx

diffisi viribus suis, omnem spem in Deo reposuerat, spiritus diuini numine confirmatus, & ad summum illud virtutis genus excitatus fuit. Qui tamen non ita multi fuerunt. Reliqui omnes qui vel rationis opibus intebatur, vel propter vitæ commoda in officio manebant: nullo modo ad virtutis gloriam aspirare poterat: nec ita diu propter animi infirmitatem, in honestis actionibus consistere, immo, per summum scelus, atque flagitium sepiissime corrumperunt, nefatijs cupiditatibus, & turpisissime voluptatis illecebris impepiti. Quin etiam multi ex illis, cum se scelere nefariora eiusdem superstitionis obstrinxissent, eò deducuntur sunt, ut nullum tam immane facinus animo fingi possit, quod non sponte suscipierent: ita ut etiam filios, in honorem deorum fallacium funestis ignibus inferrent. Hoc de tanto, tamen atroci scelere, & furore, cum alijs viri sanctissimi, tamen in primis Jeremias grauissime multis in locis conqueritur. Veluti cum ita Deum inducit loquentem: scelera sua intulerent in domum, in qua inuocatum est nomen meum, ut polluerent eam, & deficarent aras in Tophet, quæ est in valle filij Ennom, ut incenderent filios suos, & filias suas igne. Et rursus, non vocabitur post hac locus iste Tophet, & vallis filij Ennom, sed vallis occisionis: & dif-

Ee iiiij spabo

## DE NOBILITA. CHRIST.

spabo consilium Iuda, & Hierusalem, in loco isto, & concidam eos gladio, in conspectu ini micorum suorum. Hoc Ieremias. Non est autem necesse persequi reliqua gentis facinora, quibus sepiissime violauit fidem, & religionem illamque diuinam legem, & neglexit & per suam libidinem, atq; superstitionem conculeauit. Hoc autem satis est, ut intelligamus, ne in illa quidem gente, praeterquam in paucis admodum, fuisse vere & absolute virtutis studium: & maximam illorum partem, sese longe maiore seculis impietate, quam re liquos mortales obligasse. Nec enim idem valet crimen in eo, qui nulla institutione praeditus est, quod in illo, qui ad omnia genera virtutis fuerit diuinis legibus institutus. Quod si neq; ratio hominibus, neque exercitatio studioris, neque disciplina eruditis, neque lex Hebreis, per se valuit ad solidam virtutis laudem & gloriam: & nihil aliud in rebus humanis, quod de virtute commonefaciat, inueniri potest: relinquitur, omnem virtutis & dignitatis splendorem, priscis illis temporibus extintam facuisse: neque fuisse in terris locum, quod non peccati diritas, tamquam calamitas quedam existialis, atque funesta peruaderet. Hoc autem fuit illud infinitum imperium peccati, atque mortis, quod diuitissime terras omnes

## LIBER PRIMVS ecxxij

omnes opprescit, de quo tam multis in locis sacre literae conqueruntur. Neminem esse in quiunt, qui ins & equitatim coat: neminem qui deum requirat: omnes de via declinasse, ne unum quidem in officio permanuisse: eun & denique importuna tyrannide peccati, & mortis atrocitate teneri. Deinde illud, studia hominum versati in summa vanitate, falsa quedam somnia confederari: nihil nisi quod prudentia & honestatis inane, plenum vero erroris, & nequitiae sit, amplecti. Tum illud praeclarum, quod gloria & decus hominum herbae, atque flori caduco comparant, quem si ventus vehementius affluerit, ita disjectet, ut ne minimum quidem illius vestigium relin quatur. Quale est etiam illud Esiae. Omnis caro foenum, & omnis gloria eius tanquam flos agri. Exiccati est foenum, & cecidit flos, verbum autem domini manet in aeternum. Quo omnia manifeste declarant, nullam in rebus humanis fuisse, post illam primi homini ruinam, expressam effigiem dignitatis: nec ullam veri decoris speciem, atque pulchritudinem, nec aliquam germane nobilitatis formam extitisse, cum essent omnia vita ijs, atque tenebris miserrime circumclusa.

Ee v HIERO-

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE NOBILITATE  
CHRISTIANA.  
LIBER. II.

**H**A M satis (vt opinor) constare potest verae virtutis, atque sole dignitatis rationem multis seculis in obscuritate latuisse: cum vltimum omnium honorum ignorare fäquā plurimis: cum funestum peccati regnum omnes rationis opes communueret, cum eorum etiam pulchri conatus, qui ingenio & industria excellebant, eò solum peruenissent, vt aliquod virtutis genus, non veritate, sed ostētatione magnificentum tuerentur, cum illi etiam qui erant diuinis legibus instituti, propter animi imbecillitatēm nefarijs erroribus occupatam, versarentur in omni genere turpitudinis, & immanitatis. Communis igitur fuit illa calamitas, comune incendium, atque flamma, quæ per orbem terrarum diutissime peruersit: communes illæ tembræ, quibus omnes decoris, atque dignitatis

LIBER SECUNDVS. cxxij  
tis rationes occultatę, & demersę tā diu iaque-  
rū, donec tēpus illud diuinō consilio ab æter-  
nitate præstitum venit, quo tēpore genas hu-  
manū erat à tantis malis cripicēdū. Iuc enim  
eum exortus esset sol ille iustitiae, qui calig nē  
erroris & impietatis mētibus offusam dicas  
fit, diuināq; lacrem rebus humanis attulit: cœ  
perunt homines oculis videre ipsam honesta-  
tis formā, atq; pulchritudinē: tūc ad vcræ vir-  
tutis laudem & gloriā inflamari cooperunt nu-  
mine d uino erecti, atq; cōfirmati. Nec enim  
sumimus ille pater, atq; rerum domin⁹, ita sce-  
lere irritatus fuerat humano, vt non lōge ma-  
iorē misericordiam in hominis salute, quā in  
ruina severit item adhiberet. Quiquidem nec  
in ipsa sceleris pena, ita fuit homini infensus  
vt illius diuinæ imaginis quæ erat in homine,  
memoriā abijecret. Immo, cum pro criminis  
atrocitate, clemēti admodū castigatione vſus  
est in puniēdō: tum cā penam in hominē cō-  
stituit, non quæ ylrix esset impietatis, sed quæ  
faceret medicinā, & ad frugem bonā ſepulſi-  
me reuocaret. Cū autē diuinæ iustitiae ratio po-  
ſtularet, vt in aliquos, querū ſalus propter in-  
ſitam a nimō superbiam, erat omnino desperā-  
da, summa severitatis exempla constitueret:  
illis exemplis editis, factum est, vt multi ſele-  
æ ſcelere, & impietate remouerent: eademque  
opera

## DE NOBILITA. CHRIST.

opera longe plures diuinæ clementiæ lenitatem, quam iustitiæ severitatem experientur. Omnia denique post peccatum, in peccati remediorum constituta sunt. Propositæ minæ, clades illatæ, clauiones, incendia, terrores varijs ostentis, atque prodigijs hominum mentibus iniecti, bellorum tempestates, gentium ruinæ, hanc vim habuerunt, ut à scelere atque flagitio mortales abducerent. Contra vero, vitæ commoditates, lex diuinatus promulgata, sanctissimæ religionis institutio, diuinæ promulgationes, immortalia beneficia, ut ad officium, atq; sanitatem reduceret. Omnibus itaque rationibus, siue illæ ad sceleris peccatum comparatae sint, siue ad virtutis inuitamentum, fuit rebus humanis, ab omnipotente deo, egregia quadam patris pietatis consultum. Postea vero quam ita circuit morbi vis, & peccati magnitudo tanta fuit, ut non facile inueniri posset ratio ægritudinis leuandæ aliud medicinæ genusdiuinum, atque singulare summus ille medicus adhibuit: quod non tantum id quod morbo dilapsam fuerat resarciret; verum etiam priscam illam sanitatem, multis opibus & viribus amplificata restitueret. Hoc autem fuit ipsa summi dei sapientia. Ipse inquam patris sempiterni sempiterius filius, inexplicabili ratione genitus, pater

ni

LIBER SECUNDVS. cxxvij  
ni splendoris effigies, vitæ & immortalitatis fons atq; principium. Ipse igitur hominem, quem effigie quadam diuinitatis olim impreserat peccati & mortis laqueis implicatum, & omnia bus grumnis atque calamitatib<sup>9</sup> circumuentum expediunt, & in antiquam libertatē, singulari, diuinoque cōsilio vindicavit. Principio autem necesse erat, ut nefas illud, quo genus humahum contaminatum fuerat, elueretur: Numinis religio violata, sanctissimo quodam piaculo expiaretur, macula ex impietate & scelere concepta deleretur: ut sic tandem posset homo terra peccati & tyranny liberatus, antiquæ dignitatis, & decoris ornamenti recuperare, acque ad immortalis vitæ gloriam peruenire. Sed nullum piaculum in terris inuenire potuit, quo tanti sceleris magnitudo procurati, aut iustitiæ diuinæ satisficeri, aut elui concepta macula posset. Omnes igit sceleri afflīnes, diris tristissimis obnoxij turpitudine contaminati, in sempiternam misericordiam nascebamus. Hec erat nobis proposta tristis, & miseriama conditio, nisi nos Christus optimus maximus respexisset, verumque hominis formam diuinam benignitate suscepisset, & in illa diuinitatis maiestate per manens naturam humanam inauilita quidam ratione sibi conciliasset. Omnium itaque re-

rum

**DE NOBILITA CHRISTI**  
rum dominus, qui nutu terram, atque cælum  
concutit, ut hominem misere perditum, pa-  
radisiq; finibus exturbatum, in sedes patrias  
reducet, à cœli vertice delapsus, in terris  
versatus est: atque ita versatus est. ut neque  
a cœli moderatione, nec ab vnuerisatis im-  
perio decederet. Isto igitur diuinatatis cum  
humana natura scđdere, atque coniunctione,  
peccatum humano generi penitus infixū, re-  
pente extirpatum est: mortis autem impe-  
rinum cœnuulsum omneque scelus sanctissi-  
mis sacris expiatum. Quæ enim sacroru[m] gene-  
ra illis sacerdoria possunt excogitari, quæ à sumi-  
mo illo pontifice, qui sacerdos secundum ri-  
tum Melchizedechi priscis sacerdotum patrum  
vaticinijs nominatas est, celebrata atque per  
asta sunt? Qui non ouibus, aut vtilis, aut  
vllis hostijs vana hominum superstitione re-  
cepti, sed proprio sanguine litauit. Qui vt à  
capitibus nostris pestē propullaret, caput suū  
ad omnium salutem contecrauit. Qui se vir-  
gis cardi, & in crucem tolli passus est, vt com-  
munis sceleris peccas ipse lucret: neumque  
conseletatis hominibus infensum sanctissi-  
mi corporis hostia placaret. O singularem di-  
vine beneficentie magnitudinem. O immen-  
sam diuinorum beneficiorum copiam, & in-  
credibilem munericum largitatem. Ille rerum  
opifex,

**LIBER SECUNDVS** ccxxiiij  
opifex, cuius virtute omnia supra subterque  
producta atque perfecta sunt: qui regit & te-  
perat vniuersita, cuius maiestatis amplitudine  
cœli cotinere nequeunt, sanctissimæ virginis  
vtero inclusus delituit: veramque hominis  
formam suscepit: ut hominem in aliquo diui-  
nitatis gradu tandem collocaret. Hoc illud  
fuit, quod multis ante seculis à viris diuino-  
numine afflatis predictum erat: fore nempe  
vt Deus in humana forma delitescens, docto-  
ris officio fungeretur, omnemque nobis vir-  
tutis & honestatis disciplinam traderet. Sic  
enim Esaias. Fluent, inquit, ad eum omnes  
gentes, & ibunt populi multi, & dicent. Ve-  
nire, ascendamus ad montem domini, & ad  
domum dei Iacob, & docebit nos vias suas  
& ambulabimus in semitis eius. Alibi vero  
ita inducit patrē cum filio loquentem. dedi-  
re in scđdis populi, & in lucem gentium, vt  
aperires oculos eorum, & educeres de car-  
cere vincium. Alio rursus in loco, filius ita de-  
se ipso sermonem instituit: spiritus domini  
super me, eo quod vnxerit dominus me, ad  
annunciandum mansuetis misit me, & vt me  
dicer afliidis, Baruch autem hunc neum  
appellat, à quo omnis disciplina profecta est.  
Et post hęc (inquit) in terris visus est, cum ho-  
minibus collocutus. Ioël vero his vocibus  
prios

## DE NOBILITA. CHRIST.

pios excitat. Filii Sion exultate, & letamini in domino deo vestro, quia dedit vobis doctore iustitiae. Postquam igitur cœlestis illius doctoris vox intenebris illuxit, hominumque genus ad instituta veræ religionis, atque sapientiae disciplinam instituit: omnemq; animorum cupiditatem à rebus astraxit humanis, ostenditque nihil esse in terris magnopere metuendum: non mortem, quæ corpori tantum interitum assert, animum autem non attingit: non orbitatem, non egestatem, non reliqua eiusmodi mala, quæ si corpori officiant, opes tamē immortalis animi labefactare nequeunt, instruxitque deinde ad caritatem, beneficentiam, & animi moderationem, cum ista igitur omnia in intimis sensibus hominū desixit, & ad spem glorie immortalis auditores erexit, studioq; diuinitatis inflammatum: cui dubium esse poterit, quin iam non virtus imago, sed solidæ ipsius virtutis splendor, homines ad gloriam natos caperet, atque vehementer incenderet? Quid? quod non modo erudituit ad honestatis, atque sanctitatis officia, sed etiam vires confirmauit: quibus ea quæ docuit persici constanter possent. Quod etiam diuinis fuerat oraculis præmonstratum. A P E R I E N T I V R inquit ille, O C V L I C A E C O R V M. Nō est aut intelligi.

LIBER SECUNDVS. cxxv  
intelligendum patrem illum sanctissimum de corporis tantū oculis ista vaticinatum fuisse. Omnia enim quæ à viris illis excellētibus diuino instinctu & inflatu prædicta sunt, à consuetudine corporis abducenda, atque ad mentis sensum referenda sunt. Subiungit deinde. AVRES SVRDORVM PATEBVNT. Surdos appellat eos, qui pietatis disciplinae aures ante claudebat: de quibus lemmias, ecce inquit, incircuicis aures eorū, & audire nō possunt, Christi tñ beneficio factū est, vt surdi etiam aurib⁹ acciperent disciplinam. Quid deinde sequitur? TVNC S ALIET VT CERVVS CLADVS, ET LINGVA MVTORVM IN DEI LAVDES ERVM PET. Quid per claudum intelligatur, nōuerūt iij, qui sunt in sacris literis mediocriter exercitati. Claudi enim sunt, qui animi imbecillitate impediuntur, quo minus in curriculo pietatis exerceri valeant: qui neq; viribus eniti, neq; cursu ad virtutis præmia contendere vllō modo possunt. Vide igitur quā multa simul in animę salvarem cotulit ille vindicta humanae libertatis, qui cecis lumen attulit, surdis aures patescit, claudis celeritatem dedit, qua possent instar ceruorum altissima cursu petere, & serpentibus pernicie in machinari: infantibus postremo

¶ atque

DE NOBILITA CHRISTI.  
atque mutis egregiam canendi facultatem largitus est. Fuit autem id amplissimum, quod omnis vita ratio afflita atque perdita, fuerit Iesu Christi opere in praelianam sanctitatem restituta; id tamen multo manus, multoque magnificentius, quod diuinum lumine collustrata gem diuinam non tabulis incisam, sed intimis praecordijs infixam perpetuo studio conseruet. Cum enim iam nihil mentem impediret, quo minus se ipsam tradere in cælestē disciplinam, ipsum DEI OPT. MAX. numen, animis scelē insinuavit humanis: illique imaginis diuinæ, quæ iam in ortu suo, propter cōditoris similitudinem sempiternæ legis participes extiterat, longe clarus lumen præculit totumque studio diuinitatis inflammatu.

Quod si lex nihil aliud est, quam ratio perfecta: illa certe ratio, quæ non modo natura, sed quod est longe multumque præstantius, præsenti nōc numine, ita perficitur ut facile fesse ad nōc imitationem accommodet, dubium non est, quin diuinam legem in se contineat. Sic enim est apud Jeremiam. Hoc erit pastum, quod seriam cum domo Israël. Post dies illos, dicit dominus, dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. Lex autem ista, ipse Christus est, Ipse inquam, qui nōc patris virtus, & sapientia

LIBER SECUNDVS. ccxxvij  
gina nominatur: qui est mortalibus diuinæ virtutis exemplum, & unica vita moderandæ ratione mentibus illis, quas ex impuris castas atque sanctas effecit, præsens semper adest; easque spiritus sancti numine concitatas, ad gloriae immortalis studium incendit. Cum autem nihil maius concepi mēte & cogitatione possit, ipso Christi minime, quod nobis præsens adesse scimus, & cuius diuino impulsu ad veram virtutem excitamus: nulla certe dicendi vis, nulla rationis certitas, poterit cōsequi dicendo diuinæ organos clementiæ magnitudinē. Atque video tandem me Præcepit amplissime, inuenili quadā audacia præcipitem com cursum suscepisse, quem tēpore nulla ratione possim. Sum enim quasi in mare profundum, & impensum, in earum rerum explicationem ingressus, quarum altitudine omnis humana decendi ratio, atque facultas obrigator necesse est. Quid autem dico humanam cælestes quid in ipsis, vix illo genere orationis ecclæsti, atque diuino, de tuis rebus pro dignitate differere potuisse: tantum abest, ut lingua mortalibus, impuris sermonibus inquinata, diuum in hominum genus beneficium amplecti oratione possit. Equis enim tantum ingenio valet, ut queat, non dico verbis explicare, sed cogitatione concipe

## DE NOBILITA. C H R I S T.

re, quomodo *D*ei vnicus filius, hominis formam induerit, nostramque naturam, adeo incredibili coniunctionis vinculo sibi copularit, ut *D*eus fieret verus homo: in hoc, ut vniuersum genus humanum, ab omni vestigio sceleris expiaret, & ab omni scelere tutu atque sanctum redderet. Quod deinde genus orationis crucis mysterium consequetur, quam Christus, tanquam molem & machinam ad euertendas opes hostis nostri comparauit? Quis virtutem inuesti illius, pro dignitate celebrare potest, qua serpentem illa venenatam<sup>1</sup>, in cuius potestate vniuersum genus humanum reciderat, illi sit, atque comprehensit: morisque imperium infinitum extinxit: omnesque superstitiones, atque feritates expulit, & profligavit? Ut interim illud omittam, quomodo à mortuis exfuscatatus, atque ornatus manubij, quas sibi bellorum omnium viator fecerat, summa cum gloria, in diuinis illas sedes se ipsum intulit: vt inde, sub potestate suam, & aeternam iurisdictionem, omnes gentes, atque nationes subiungat. Ut etiam de illo diuini spiritus incendio reticea quo apostolorum mentes inflammat, res occultas, atque cœlestes, diuina quadam constantia mortalibus enunciare cœperunt, orbemque terrarum, Christi nomine compleue

rapto.

LIBER SECUNDVS ecxxvij  
runt. Inciunt hæc omnia summam mentibus admirationem: opprimunt magnitudine sua cogitationes humanas, linguam timidam, & hæsitantem reddunt. Magnum igitur opus, & arduum & quod non modo ingenij nostri imbellicitate, sed nullis etiam humanis viribus perfici poscit, est explicare partem aliquam eorum, quæ non humana doctrina, sed diuina sapientia nostris mentibus inspiravit. Attamen, id nobis à porta egredientibus considerandum fuit. Nunc quidem, postea quam temere in altum proiecti sumus, danda nimirum vela sunt. Ea vero quæ iam superius, quo ad lieuit, & fas fuit attigimus relinquētes, reliquum orationis cursum, quo Christiani nominis diuina ornamenta continentur, Christi auxilio freti perstringamus. II Principio autem, quantum ad virtutem attinet, (vt est à nobis superius explicatum) ea tantum virtus dicenda, est, quæ à *D*eo profecta, necum semper intuetur, & omnes actiones in illum dirigit, constatque hoc virtutis genus coeleste, atque diuinum, à Christi tantum doctrina, atque numine profluxisse, & ad eorum tantum animos permanasse, qui Christum secuti sunt: relinquitur plane, in solis Christianis verg dignitatis lumen clucere. Hæc enim sola virtus est, quæ omnes

Ff iii fecca

## DE NOBILITA. CHRIST.

peccati neros excidit: quæ diuinam mentis effigiem, illuvie infuscatam, in pristinam splendorem restituit: quæ tenues opes animi incredibili constantia corroboravit: quæ cunctæ cogitationes, ab humanis rebus, ad religionis & sanctimonie studium traduxit: viamque certam, atque directam, in cælum aperit. Conferat autem nunc qui volet, illud virtutis genus, quod fuit in Græcis & Romanis hominibus, ad aspectum amplissimum, cum Christiani hominis dignitate, iam videbit, quantum inter uallum inter utramque interiorum sit. Illa humano studio & exercitatione quæstua fluxis opibus innitur: hec diuina benignitate concessa, habet firmissimam spem in summo Deo collocatam. Illa lubricas diuitias, aut popularem gloriam breviimo rituram intuetur: hec nihil, nisi diuinum, atque sempiternum spectat. Illa contagione criminis obscurata, atque depressa, repit humi: hæc autem pura, & inviolata alacriter in cælum euolat. Illa infirma spe, atque animo, de gloria sua cogitat: hæc autem, spe firmissima immortalitatis, certissimoque gloriae fructu ducitur. Illa postremo leuisimis opinioribus irritata, stultis admirationem componuet: hæc verissimo lumine sanctitatis illustrata, sapientes homines ad utrum atque sempiternum

ternum

LIBER SECUNDVS. ccxxvij  
ternum decus inflamat. Denique illic videbis imaginē quandā virtutis intermortuam: hic autem virtutem ipsam, omnibus praesidijs & ornamentis redundantem. Quantum autem inter utramque interfit, facilium perpiciet, qui ad utriusque actiones animunt diligenter attenderet. Qui enim Christianæ liberalitatis, mansuetudinis, temperantiae, & reliquarum virtutum omnia officia examinaverit, eaque cum humanæ virtutis actionibus contulerit: intelliget plane, nihil aliud esse menteum hominis vere Christiani, quam Christi ipsius sacrarium, atque templum, in quo sanctissimæ Triadis nomen inhabitet. Sic enim ille ego & pater ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Et alibi, habitabo in eis & in ambulabo. Paulus vero non semel Christianas mentes, sancti spiritus fanz, atque delubra appellat. Cum igitur Deus ipse in corum animis, qui Christi viam sequuntur, quasi sedem, atque domicilium collocari, ut eos presenti numine incendat ad studium diuinæ virtutis imitandæ, ridiculum est aliquæ humanæ virtutis speciem adeo præcellenti comparare.

iii. Quid autem de nobilitate dicam? Nam si vere sapientes homines nobilitatem virtute metiuntur: cuncte nihil aliud putant,

If. iij quā

## DE NOBILITATE CHRISTI.

quam gentem eximis virtutibus illustratam; ea profecto gens quae diuinis virtutibus exculta est, à divina progenie aliena esse non poterit. Itaque non timide, & titubanter, sed maxima voce, ac elato animo dicimus, Christianum genus, diuino sanguini editum esse. Atque non ita satum, ut illa herorum natio, qua est apud Homerum. Illi enim, cum propter egregiam aliquam actionem, inter omnes excellerent, facile ementiebantur nobilitatem: generisque principium, ad falsa quædam, & impia numina referabant. Nos vero, non Ioueant, aut Liberum, sed sumatorem, atque præpotentem Deum vere patrem nominamus. Neque licet, cuiquam de tanta claritate sine nefario scelere dubitare: cum id innumeris sacrarum literarum testimonijs compertum, & exploratum habeamus. In primis Ioannes diuinitus testificatur, eos qui Christum receperunt, isto præclaro beneficio affectos fuisse, ut filii dei efficerentur. Ita ut iam nullo modo, in illa serie, quæ sanguinis communione cōtinetur, aut in illa familia, in quam adoptati fortasse sunt, censeri: sed in diuina stirpe atque sōbole numerari debeant. Videre (inquit alio in loco) quantum beneficium consultit in nos pater, ut filij Dei nominemur. Quid agit Paulus? Quā multis in locis, quām præclara

## LIBER SECUNDVS. ccxxix

præclare, atque magnifice, de ista eximia nobilitate differit? veluti cum Christum fratrem nostrum nominat, cum spiritus nos diuini beneficio in dei familiam adoptatos esse dicit: cum maximis vocibus illum rerum omnium conditorem, parentem nostrum appellat. Sed quod iam grauius, quām ipsius Christi testimonium requirimus? Nuntiabo (inquit) nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Et alibi, nolite vocare vobis patrem super terram: unus est enim pater vester coelestis. Tum postremo illud, ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum. Actas me deficeret, si vellem omnia testimonia colligere diuinam istam generis claritatem confirmantia. Sed hæc sati superq; sunt, ad alia præsertim properantibus. Illud autem admonere non alienum puto: non esse plures, atque diuersas nationes, in quibus diuina claritas enireat. Quamvis enim sanguine deliūnēte, cōditio ne dispares, locis infinitæ sint: postquam tamen omnes unum in locum cōgregatae sunt, ut apud Christum imperatorē militēt omnes repente eodem agnationis, & propinquitatis vinculo cōstringuntur. Nam & sanguinis necessitudinem, quo antea discretæ erant, reliquerunt, & in diuinam familiam adoptatae, in

Ff v qua

## DE NOBILITATE CHRISTI.

qua nullum est generis discrimen, omnes etiam gentilitatis iura tenuerunt. Postquam enim aquis salutaribus expiati, magna ex parte abiecerunt illam vetustam peccati consuetudinem, & primi parentis imaginem depositarunt, amissaque priore vita, quasi iterum natum in nouam ingredi coepérunt, facta est continuo mentis humanae, renouatio & ornatus in credibilis exortus est: ita ut vix iam vestigium ullum infirmitatis humanae relinquatur. Non igitur ille nobis dies natalis celebrandus est, quo in lucem editi sumus, ad omnes vitæ miseras & acerbitates natum. Ille ille inquam est natalis dies incredibilem lætitia & voluptate celebrandus, quo die nobis diuina lux oblata est, salus atque libertas Christi optimi maxi- mi beneficio constituta. Nec enim tam corū parentū liberi appellandi sumus, per quos ista misera mortaliisque vita fruimur, quam ipsius dei à quo diuinum istud vitæ genus habemus & per quem immortalitatem aliquando consequemur. Idcirco quamvis genus mixtum, & varium ex omnibus ferè nationibus, locis, morib⁹ natura disiunctissimum ad istam sanctissimi fœderis societatem adscitum sit: una tamen gens ex omnibus gentibus efficitur: eadem omnibus sacra sunt: eadem gentilitatis stirps & origo. Generis principium (vt est.

LIBER: SECUNDVS ccxxx  
est superioris ostensum) ipse deus est, qui inutu condidit, atque contineat universa: in quem omnia cupiditate incredibili referuntur. Ipse enim nos generauit: diuinusque muneribus ornauit, & in hereditatem immortalis gloriae vocauit: omnibus denique ornamenti celestialibus affectit. Quid iam altius animo singi potest, aut magnificientius, quam humo exercitatum esse genus humanum, vt adscendat ad quandam diuinitatis gradum, atque amplius dignum? Ostēt iam qui volet, imagines suas: nobilitatis seriem à stirpe cepiat. Herculei aut herorum aliquem generis sui principē, & auctorem levissimo orationis genere confirmet: aut si commodum est, dicat se Ioue prognatum patre: dummodo nobis vere licet, immortalem deum parentem nominare: quod quidem maxime licet, cum intus inclusum numen sentiamus, quod istius diuinæ claritatis tamquam pignus habemus. Nullum enim certius, aut grauius testimonium dici potest, quam illud spiritus sancti donum, in Christianos homines magnificissime collatum quo inflammantur studio rerum diuinarum, & in omni genere virtutis vigilantes efficiuntur, quod animis pacem, gaudium, & caritatē incredibilem conciliat.

Hoc

## DE NOBILITA. CHRIST.

iv Hoc igitur praesentis numinis subsidium, eiusmodi est, vt nos infirmo animo atque spe esse non sinat. De quo vt commodius differamus ipsius Christiani nominis ratio, atque dignitas explicanda est, cuius originem paulo altius repetemus. Illud autem cum sit vulgatis simum, non necesse est admonere: Christi nomen, abunctione ductum. Siquidē Christus apud Graecos, idem valet, quod vngui apud Latinos. Fuit olim vnguentum quoddam sanctum, & religiosum, incredibili ceremonia constitutum, quo solebat vngui designati sacerdotes, Reges atque Prophetae. Nemini autem vñquam fas fuisse, in sacerdotium venire, aut ad regiam dignitatem ascendere, nisi isto sacro vnguento fuisse antea delibutus, vulgarius est, quam ut cuiusquam explicatione egeat. Quo pacto autem Prophetae, etiam illo perfunderentur, ex Regum historijs intelligimus. Illic enim imperat Deus Heliae vt vngat Azaelem atque Iesum: & eorum alterum Syriae regio, alterum Samarie preficiat. Addit deinde, Helisaeum autem filium Saphat, vnges prophetam pro te. Itaque, neque regnum administrare, neque sacerdotium inire, neque vatibus etiam inter dum diuina mente aliquid in posterum praesentire

LIBER SECUNDVS. ccxxxi  
sentire, aut arcani quipiam interpretari licet, nisi prius fuissent, vnguento illo rite perfusi, atque consecrati. Non quidem quod esset ea virtus in casia, aut cinnamomo, aut in reliquis odoribus oleo commixtis, vt sine illis existimemus, neminem ad honores summos peruenire potuisse: Sed nimurum, aliud vnguenti genus erat occultum, atque diuinum, cuius istud à Moše compositum umbram & imaginem gerebat: sine quo nemo pro dignitate regnum tueri potest: nemo sanctissimi sacerdotij muneribus caslefungi: nemo denique diuino motu animi futura perspicere. Nec est enim aliud hoc genus vunctionis, quam diuini numinis praefens auxilium, & coeleste munus, apud mentes castas & puras, diuina benignitate collatum, cuius virtuti multi in terris positi, celi tum iura sunt quodammodo consecuti. Hoc est illud vnguentum, quo Christus fuit copiosissime perfusus, quemadmodum scriptum est. Spiritus domini super me, eo quod vñxerit me. Daniel autem modo de hac vunctione prædictis: sed tēpus etiā septuaginta hebdomadarum præfinitū esse monstrauit: intra cuius tēporis fines, futurū erat, vt elueretur oīs peccati macula: & sceleris īprobitas expiaretur: & sanctorū princeps vngueretur; nō vnguento aliquo

**DENOBLITAT. CHRIS T.**  
aliquo, cuius breuem, & fluxam, voluptatem  
sensu corporis usurpari: sed illo cuius volu-  
ptatem sempiternam, mente sentire possu-  
mus. Ut planius alio in loco demonstratur.  
Quem voxit deus (inquit ille) Spiritu san-  
cto, & virtute. Cum autem omnia munera,  
quae fuerant prisca temporibus adembrita,  
& diueris hominibus distributa, fuissent ex-  
cellenter, atque simili, omnia in Christum  
conferenda; nam & regnum illius sempiter-  
num, atq; sumimum sacerdotium diuinis ora-  
culis predictum erat: & eximius propheta fue-  
rat multis ante seculis nominatus; cum igitur  
omnibus gloriae ornamenti, atque suavis  
honoribus fuisset supra oes mirabiliter hono-  
ratus: par fuit, ut prae omnibus, ciudeni  
hereditatis, atque gloriae ecclesiis vngere  
tur. Ut est in psalmorum libro, pilexisti iusti-  
tiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit  
te deus deus tuus, oleo letitiae, prae consor-  
tibus tuis. Myrra gutta, & cassia, distillau-  
erunt a vestimentis tuis. Ihs itaque odoribus, &  
vnguentis affluens, vnde etiam Christi no-  
men habet, rex regum factus, sumimum item  
sacerdotium consecutus, & omnium diuno-  
rum consiliorum particeps, atque administer  
effectus, ita gubernat vniuersa, ut etiam pa-  
cem nobis a deo parte conciliet: & omnem  
sapientiam

**LIBER SECUNDVS.** ccxxxiiij  
sapientie disciplinam, & res ab humana sci-  
entia remotissimas, mentibus nostris insipret.  
Omnia igitur illa potestatis, sanctitatis, atque  
diuinitatis ornamenta, uno Christi nomine  
continentur. Cum autem ex eo quod in rega  
Christo redundauit, ad illos etiam defluxit,  
qui eius via, & auctoritatem secuti sunt, quos  
fratres, socios, bonorum omnium consortes  
appellat, iure, atque merito factum est, ut  
Christi nomen obtineant: & vel quod vene-  
rentur Christum, vel quod eiusdem vnguen-  
tis participes existant, Christiani nominen-  
tur. Sic enim est apud Ioannem. Vos vnguento-  
rem habetis a sancto, & nolis omnia, & pau-  
lo inferius. Vnguento quam accepistis ab eo, ma-  
net in vobis: & non necesse habetis ut quis-  
quam doceat vos: sed vnguento eius docet vos  
de omnibus. Cum autem virtus istius vnguento-  
nis eiusmodi sit, ut reges creet, sacerdotes co-  
stituat, mentes diuinis motibus inflammet,  
dabium non est, quin omnes vere Christiani,  
istorum ornamentorum omnium partem co-  
sequantur. Non enim solum regnum posse-  
dent, & ad sacerdotium delecta sunt ut in-  
quit Ioannes in Apocalypsi: sed habent etiam  
magnam occultarum, atque diuinarum re-  
rum notitiam. Rectius enim, ut hic de regni  
illius futuri, immortalis atque diuini opibus

**D E N O B I L I T A . C H R I S T .**  
reticcam, regem appellaueris eum, qui in cupiditatibus moderandis, & vitijs animi coercendis, diuinis legibus vtitur, omniaque dirigit ad Christi regiam disciplinam atque normam, quam principem dedecori, atq; turpitudini tamquam vile mancipium seruent. Rectius sacerdotem illum, cuius sancta atque pura precatio, longe multumque priscum illum sacrificium, vel matutinum, vel vespertinum, ad religionem antecellit, quam Caiapham, qui manibus conseleratis saera nefaria peregit. Rectius vatem illum, qui diuino afflato multa cognoscit, quae sunt supra hominis ingenium, certissimamque salutis viam ex ploratam habet, quam Balaam, qui cupiditate cæcus perniciem sibi paratam non vidit. Diuinitus igitur illud Mosis elogium, ab apostolorum principe, cum de dignitate Christianorum differeret, usurpatum est. **V O S (inquit) G È N V S È L È C T V M , R È G A L È S A C È R D O T I V M .** Vide autem quomodo cum regia dignitate sacerdotiū copulauit. Nulla enim ratione vult has dignitates à se inuicē disiungi. Nec enim caste fungi poterit sacerdotio, qui neque se, neq; alios iuste rexerit: nec is qui iustitiam regie colit, honore sacerdotis carere poterit. Non quidem, ut continuo sacra omnia possint administrari, per

**L I B E R S E C V N D V S .** ccxxxiiij  
ri, per illum, qui honeste vixerit. Sic enim omnium munerum confusio induceretur, & omnes dignitatis gradus tollerentur: quā quidem re nulla capitalior esse potest. Erit tamē sacerdos, oīs qui iustitiam excolet, ad illud sacri genus rite peragendum, quod est, exhibere proprium corpus hostiam viuentem, sanctam, Deo placetem, & cultum ē pia mente atque ratione deromptum. Quid deinde sequitur? **G E N S S A N C T A , P O P V L V S A C Q V I S I T O N I S , V T V I R T V T E S A D N V N T I E T I S** EX EO, Q Y I D E T E N E B R I S V O S V O C A V I T I N A D M I R A B I L E M L V C E M . Iam quod dicit sanctum, quod ē tenebris eruptum, & in lucem mirabile, hoc est in diuinaru rerū, atque cælestium notitiam vocatū, spiritus sancti beneficium est, numine suo mentē interius illustrantis, & commouentis, atque ad summa omnia perducens. Hoc autem cuiusdam diuinitatis esse, prophetæque dignitatem attingere, quis non videt? Nec est enim aliud prophetæ munus, quam rerum occultarum quantum vel inuestigatio, vel inventio, supra naturam humanam est, per diuinum numerū facta demonstratio. Cum igitur tam multa nobis supra sensus hominis à Dco in lu-

## DE NOBILITA. C H R I S T.

com proleta sint: dubitamus, quin versetur in animis nostris praeclera quedam diuinatio, atque certissima multarum rerum presen-  
tio? Quid enim aliud est fides, qua insigniti, a qua fundati sumus vniuersi, quam certissi-  
mum argumentum carum rerum, quas indi-  
pisci speramus, animis nostris per diuinum  
nomen infixum? Ita sit, ut numinis ipsius in-  
stinctu, nobis ea pollicemur, quae humanam  
cognitionem longe superant, quod iam sine  
dubio pertinet ad officium vaticinij. Non vul-  
gari igitur aliquo dei optimi maximi dono  
atque munere, hoc Christianorum nomen  
commendatum est, sed multis, atque prestantissimis  
ornamentis afferendum. Sic est enim di-  
uino spiritu afflatum, ut regiam dignitatem  
obsiuere, praeclarissimum sacerdotium habere,  
& diuinæ mentis viribus ad futurā immor-  
talitatem excitari possit.

v. Sed quoniam de nominis tam sancti at-  
queaugelli origine, & dignitate diximus,  
pauca etiam de illius antiquitate dicenda  
sunt. Non quidem quod magna opere in-  
torcit, ad Christiane gentis celebritatem,  
quam multas imagines suorum enumera-  
re valeat, aut quam multis æstatibus ab illa  
fuerit claritatis possessio retenta. Cum enim  
generis principium ad neum referat, inui-  
diam

LIBER SECUNDVS ccxxxiiij  
diam nouitatis non formidat. Sed ne videan-  
tur exclusi, non pauci, qui in ista familia prin-  
cipem locum tenuerūt, & quorum diuina vir-  
tu multis in locis enituit, sermonem etiam de  
his instituendum putavi. Non est enim cur hū  
ius nominis ortum, ex Antiochia gentis repe-  
tamus, in qua primum (vt est apud Lucā) Chri-  
stiani vulgo nominati sunt. Quamvis enim  
tum primum vulgi ceperisset, multo tamea  
antequam leuis oriretur in terris, versata est  
inter homines huius nominis dignitas & am-  
pliudo. Siue enim quod Christi disciplinam  
& imperium sequantur, Christiani nominati  
sunt: siue ab vocatione illa cœlesti nomine stud-  
iandum est: siue (quod magis reor) (vtrumque  
valuit ad huius nominis rationem, quod sci-  
licet, & in Christi verba iurarint, & eiusdem  
vocationis participes extiterint: quis erit tam  
amēs, vt Moysē ab hac familia se iungat? qui  
Christi contumeliam in se accipere maluit,  
quam regio lux circumfluere? Quis Iacobū,  
qui Christum scalis innixū summā religione  
veneratus est? Aut Isaacum, qui vt hostia  
Deo consecratus, Christi supplicium adum-  
brauit? Aut Abramum, qui Christi diem vi-  
dit, & ex eius aspectu fuit eximia, atque incre-  
dibili voluptate perfusus? Quis porro na-

Gg ij uidem

## DE NOBILITA. CHRIST.

uidem , ab ista gentis serie secessendum pueri? Cum quo foedus illud , de Christo ex eius stirpe generando , quondam cum maioribus istum , sanctissime renonatum est. At quem virum? Qui omni vita ratione , se præstítit in omni Christiana virtute excellentem. Infinitum esset , si omnes illos qui ante legem fuerunt , & lege instituti sunt , enumerare contendam. Hoc unum dico , quod est ab omnibus testatum : neminem unquam fuisse eximia pietate atque virtute vitum , qui Christum totum animo complexus non fuerit. Res per illum gerandas , yates diuino numine concitati cœcinerunt : ad illius studium , & cupiditatem , sanctissimi reges exarserunt: illius imaginem multi viri omni generis virtutis ornati quam plurimi signis expresserunt . Et quemadmodum eum in speciem triumphi , Hierosolymam inuestus est , innumerabili turba circumfluens cuius pars antecedens vestibus viam sternebat: pars vero sequens maximo plausu gratulationem significabat : una temen vox omnium audiebatur , quæ illius virtutem invictam celebraret: sic etiam & prisca illi heroes , viam Christo manierunt : & posteri Christum ardentissimo studio festati sunt , & omnium voce , unus regis , atque domini laudes in cælum efferuntur. Hoc illud exemplum

plum

LIBER SECUNDVS. cxxxxv  
plum fuit , quod Mosi proponebatur ad imitandum. Inspice ( inquit illi deus ) & fac secundum exemplum quod tibi in montem monstratum est. Nec Moysi solum , sed omniibus illis in quibus fuit singularis pietas , atque summa sapientia , qui omnes illas opes animi quibus floruerunt , per Christum unicum rerum humanarum perfugium consecuti sunt: quem fide persuasi venturum sperabant: quem iam animo ut praesentem intuebantur: & ex cuius voluntate omnia pietatis atque religionis officia seruabant. Ut autem illud omittam , quod non omnia illius aspectu caruerunt , non enim semel sese conspicendum illis sanctissimis hominibus exhibuit: ut Mosi cum multis in locis , tum in illo rubi incendio atque flamma : ut Esaiæ in illa sede regia atque diuina collocatus: ut multes alijs quos non est facile percensere : ut igitur hic non persepar , quomodo multi ex illis , Christum in aliqua forma latenter aspicerent: illud certe constat omnes illos ad Christianæ discipline rationem vita officia omnia perpenisse. Cum enim animaduertas Mose sem supplices manus ad pacem tendentem , & pacem atque veniam inimicis implorantem , dubitas , quin ad Christi præcepta omnes actiones vita direxerit? Ut interim de

Gg iij reli

## DENOBLITA. C H R I S T.

reliquis silcam, qui magnitudine animi, increibili mortis contemptione, singulari clementia, & reliquis virtutibus, Christi disciplinam egregie presliterunt. Quid enim opus est singulorum res gestas exponere? Qui in vitam Samuellis inspiciet, qui res ab Ezechia gestas animaduertet, qui Iosiam, qui vastes illos omnes intuebitur, & reliquos eiusdem ordinis homines considerabit, intelliget plane, illos magis ad legis finem, hoc est ad Christum, quam ad ipsam legem osticiae vitae accommodasse. Si igitur Christianos deditos esse placet, ex eo quod Christi disciplinam sequantur: nemini dubium esse potest, quin & illi qui Christum nascitorum prospicerent, & in illius doctrina, & beneficio omnem spem salutis repositam habuerunt, Christiani nominari possint. Si vero manus, nomine ab vngione deduci, neque sic villa causa est, cur dubitemus fuisse illis nomen hoc insigne communicatum. Sic enim de Abraham, & eius liberis scriptum est, nolite tagere Christos meos, & in prophetas meos nolite mali quipplam moliri. Quos Christos Deus appellat, satis perspicuum est, non legis vnguento quod nodum fuerit institutum, sed illo diuino fuisse delibatos, & ea de causa Christos appellatos. Sed quid attinet de isto spiritus sancti

LIBER SECUNDVS. ccxxxvj  
sancti dono, atque munere plura dicere? Nihil quid parum manifestum est, neminem, postquam illa criminis plaga iniecta est generi humano, potuisse ullam verae virtutis actionem suscipere? Ergo quicumque virtutis atque pietatis religionem colserunt, id non virtibus suis, sed diuino nomine ascendi sunt. Quis cumq; enim illorum horumque memoria, ingenij, atque naturae opibus diffissus, ad Deum configit, ab illoque misericordiam, atque clementiam imploravit, facile expertus est diuinae benignitatis magnitudinem, animumq; antea percussum, & afflitum, diuino praesidio recreari, & ad omne virtutis genus incitari sensit. Nihil itaq; memorabile, nec in re constituenda, nec in sacrorum religione atq; cultu nec in rebus bellicis effectum est, nisi spiritus sancti numine intentum principis alacritus excitante, & commendente. Vnde illud est, factus est super septe spiritus domini, & irruit spiritus domini in salomonem, & insiluit spiritus domini in Saulen: & eiusmodi sexcenta sacrarum literarum monumentis aeternitati commendata. dubitas igitur illos homines, in Christianorum ordinem, atque dignitatem reuocare, qui eodem quo nos divini spiritus munere, affecti fuerant: & qui omnia salutis praesidia, in Christo constituta-

Gg iiiij potarunt:

## D E N O B I L I T A . C H R I S T .

putarunt cuius vnius beneficio ad eam quam adepti sunt dignitatem , peruenire poterant. Nec enim est aliud humanæ calamitatis subsidium , nec aliunde spes salutis ostendi potest. Omnes igitur illi , qui ab humili conditione seruitutis abhorrentes , vñq; eo progressi sunt ut adoptionis spiritu frueretur , gentiles , atq; maiores nostri sunt , ipsaque Abraham parés noster est. Magisque ab illo nati sumus , cum illius similitudo ad nos peruenierit , nosque simili pietate , illius fidem referamus , quam iij , qui se ortos ab illo putant , neque tamen domestico exemplo à seclere , & impietate reuocantur. Cum enim in ista diuina cognatione , omnia sint à sensu corporis , ad mentis dignitatem conferenda : non multum refert , cuius sanguine procreatus sis , sed cuius vestigijs iugressus , vitam instituas. Merito igitur animi illorum , qui inani nobilitatis opinione tumebant , à Christi præcessore comprimuntur. Non dicatis (inquit) patrem habemus Abraham , Potens est , enim Deus , de lapidibus ipsis suscitare filios Abrahæ. Deinde vehementer illis comminatur. Iam inquit securis ad radicem arboris posita est. Fuit illis qui dem securis iniecta , qua à generosa stirpe excisi sunt. Nos autem rursus inserti in illam sumus. Illi itaque , qui se summo loco natos arbitra-

L I B E R S E C V N D V S ecxxxvij  
bitabantur , ad summam ignobilitatem redacti , conuicta illa merito , atque iure sustinent , generatio præta atque adultera , & germina viperarum , & alia complura. Nos autem qui obscuro , & humili loco nati eramus , in Abram familiam translati sumus ; & in maiori bus nostris , omnes illos reges atq; principes numeramus. Non tamen id miseri homines intelligunt. Sed quemadmodum se Iudeos appellant , eum non sint : ita Abrahami nomine gloriantur , cum à florentissimi illius generis dignitato , iam multis seculis sint defecti : & nunc vagi , & exules erent , vnde exclusi , & ornamenti omnibus spoliati. Nos , nos inquam vere Iudei summus , modo generis antiqui dignitatem iustitia atque pietate tueamur. Nam si carnem non circuncidimus , animi circumcisionem libet amplectimur. Pascha vero si non agni sanguine cœleceramus : Christum pro nobis immolatum veneramus : cuius sanguine insigniti , omnem à nobis pestem , & vastitatem depulsam esse confidimus. Et si à fermento non abstinemus , vetusti tamen secleris contagionē fornicidamus. Quid multis opus est ? omnes illas cærimonias ab antiquis institutas , summa religione recipendas arbitramur. Omnia tamen , vt Christiana dignitas exigit , ab illa corporis consuetu-

## DE NOBILITA. CHRIST.

dine, quæ iam temporibus ita postulantibus  
sepulta est, ad diuinam virtutem intus inclu-  
sam, esse conferenda putamus. Illum autem  
Iudam generis, atque nominis principem ha-  
bemus: de quo diuinitus scriptum est. Iuda te  
laudabut fratres tui, manus tua in cœniciis  
inimicorum, adorabut te filii patris tui. Quod  
quidem vaticinium ad Christum spectare, ne  
mo sanus ambigit. Vtrum igitur illi potius,  
qui disciplinae veteris umbram tantum ina-  
nem consequantur, & latutem diuina clemen-  
tia constitutam, & à lege contestatam repu-  
diant, Iudei appellandi sunt? an illi potius,  
qui illius disciplina sapientiam, literis occul-  
tatam, summa religione colunt? Vtrum deinceps  
est æquius, asseuerare, illos ab Abraham  
ortos esse; qui ab illius virtute degenerarunt  
& in deum contumaces, atque rebelles exti-  
terunt? An illi potius, qui Ahraham gloriam  
adamarunt, & vera religioni libertissime pa-  
ruerunt? Quemadmodum igitur illi viri ex-  
cellentes Christiano vita splendor nobilitati  
sunt: ita & nos, qui illorum vestigia persequi-  
mur, Iudaici nominis laudem & gloriam ob-  
tienimus. Nullum itaque iam discrimen gene-  
ris, nulla sacerorum dissensio, nulla dissimili-  
tudo vite relinquitur. siquidem omnia quæ  
hostili odio antea dissidebat, omnium necel-  
studi-

LIBER SECUNDVS. ccxxxviii  
itudinem vinculo constricta sunt per sum-  
mum illum pacis interpretem, qui non solum  
humanis diuina cœiliavit, sed etiam ciuersis  
sima hominum studia, & dissimillima in vitæ  
rationem ad summam cœcordiam adduxit: &  
ex rebus maximo interullo distinctis incre-  
dibilem con centum effecit. si igitur Abra-  
ham gentilis noster est, quis prohibet, quo-  
minus eos etiam, qui illo longe vetustiores  
fuerunt, & eiusdem fidei atque religionis cō-  
forces extiterunt, in eiusdem familiæ dignita-  
te contineri existimemus? Quid autem dico  
vetustiores? Immo vero ab universitatibus pri-  
mordio, licet huius gentis celebritatem repe-  
tere. Quid enim hic referam diuino illos ho-  
mines, ad omnia summa natos? qualis Abel  
fuit, cuius oppressi, & occisi sanguis, eas vo-  
ces mittebat, quæ in cælum penetrarent, atq;  
ad aures diuinæ peruenirent. Qualis item  
fuit ille, qui à neo raptus est, nec amplius in  
terrâ apparuit. Quales alij permulti quos  
Mosis testimonio quinatus celebratos eni-  
maduertimus. Quid igitur antiquius? quid  
vetustius Christianæ gentis si lendore dici pot?  
quæ iam ab illo tempore quo iste rerum or-  
natus, & pulchritudo cœstituta est, in summa  
dignitate fuit: quæ singulari sive, eximi vir-  
tute, incredibili sanctitate continuata, si que  
ad

D'E N O B I L I T A . C H R I S T .  
ad Christi aduentū permanſit: & quæ anteſ  
firmoſanimo atque ſpe ſe omnia cōſequi poſſe per Christum conſidebat, omnibus nunc  
ornamentis Christi beneficio redūdat. Quid enim iam illi ad laudem & gloriam deesse po  
teſt? Nam ſi virtute decus excolitur, in ſola  
Christia na gente vera virtutis decus, & ſolid  
ae dignitatis lumen eluet. Si maximorum  
hominum gloria genus commendatur, innu  
mera multitudo eſt eorū qui huius claritatis  
poſſeſſionē perenni virtute tenuerunt. Si anti  
quitate conciliatur amplitudo, nihil eſt in ho  
minum genere, quod quidem ſit antiquius.

Sed quoniam non eſt ſatis diſcretē de  
vniuerso genere virtutis, niſi etiam aliquam  
partem perſequare: non alienum erit, poſtea  
quam de Christiana virtutis dignitate gene  
ratim diximus, & antiquitatē nobilitatis oſte  
dimus, nunc de ſingulis diſputare: non qui  
dem de omnibus, eſſet enim infinitum: ſed de  
ijs tantum, quæ magis curſum ad decus &  
gloriam aperire, atque ad nobilitatis ſplendo  
rem viam munire videntur. Quod ſi virtus  
eſt genus maximis virtutibus illuſtratum ma  
xime autem virtutes appellantur illæ, quibus  
qui ſunt prædicti, non vtilitati ſuæ conſulunt,  
ſed co muni ſaluti proſpiciunt: quales ſunt  
iustitia, liberalitas, & animi magnitudo: certe

L I B E R S E C V N D V S . c c x x x i x  
vel ea ſolum ratione perſpicuum eſt, in ſolis  
Christianis eſſe ſumma nobilitatem: cum  
ſoli ſint illis virtutibus cumulati, quæ gēti ve  
ram claritatem & ſplendorem pariunt. Ut au  
tem ab illa virtute, quæ omnium habetur ma  
xima, principium ſumamus: illi ſoli poſſunt  
colere iuſtitiā, qui nulla cupiditate impendiū  
tur: nullo motu iracundia à mentis ſtatū de  
ducuntur: nullius odio, aut offendione com  
mouentur: qui poſtremo, non hominum ru  
mori ſeruunt, ſed ipſa recte factorum con  
ſcientiæ luſtentur. Quamdiu enim animus  
fuerit ira, aut cupiditate, aut reliquias eiusmo  
di morbis implicatus, nō facile cohiberi po  
terit, quin vel appetat alienum, vel manus af  
ferat alicui, vel quauis alia ratione faciat iniu  
riam. Quin etiam ille, qui omnes hominum  
rumores intuetur, & ea de cauſa, in iuſtitiam  
incumbit, non iuſtitiam tuetur, ſed ſimulatio  
ne, & inani iuſtitiæ oſtentatione laudem au  
cupatur. Propterea enim quod innocentia  
nomen cupit obtinere, tantisper dum teſtes  
habuerit, ſeſe in officijs regionibus cōtinebit:  
infamia autem timore ſublato, non dubita  
bit iura omnia commodi alicuius gratia vio  
lare. Quare ut ijs, quorum mentes humi des  
ixa, & varijs animorum tempeſtatiibꝫ agitatae  
ſunt, qui reſ humanaſ admirantur, & in illis  
omnia

vel

## DE NOBILITA CHRISTI.

omnia ponunt, iniuria abstinere nulla ratio: ne posunt ita illi, qui metes iniurias à cupiditate, & ab omni perturbatione liberas habent, qui negligunt humanos, & in diuina suscipiunt iniuriam nemini cōflare possunt. Nec enī m nunc de ijs loquor, qui nihil habent Christianorum præter nomen, cum re ipsa sint ab omni pietatis religione remotissimi: sed de iis tantum, qui verē Christiani sunt, Christiq; moribus & institutis viuant. Quo enim modo euāmodi hominem ad iniuriam inferendam impelles, qui neque cupiditate seruire, neque libidine incendi, neque egritudine vila frangi potest. Num existimas illum præmissis ad iniuritatem pellici? At omnia humana contemnit, & pro nihilo dicit. Num sup̄plicij metu? sed frustra illi cōminaberi, qui iniustitia turpitudinem instar omnium suppliciorum putat. Odio fortasse inquires, aut offensione aliqua conticitarus, inferet iniuriam, At nullum odium maius esse poterit eos, quod inimicitatem conceptum perpetuo continebit, nec vlla offensione lacessitus, animum induceret, vt optimi domini atq; parentis voluntatem offendat. Quid autem (vt vno verbo dicam) iniuritatis luscipietis, cuius omne vitæ studium, in omnium hominum caritatem comparatum est? Qui inimicitias perle-

qui

## LIBER SECUNDVS. ccx

qui facinus nefarium putat: iniuriam vleisci scelus, atque flagitium. Quid quod proxime accedit, ad diuinam bencicentiam, cam mentem habet, vt inimicis etiam benigne faciendam putet. Est enim Dei maxime proprium, indignissimis etiam misericordiam im pertiri: nefasti & imputis hominibus, huius lucis vſuram largiri: flagitiosissimis quibusq; magnorum interdum comodorum facultatem tribuere. Qui non statim, vt quisque facinus aliquod nefarium suscipit, in accelerorum pœnam detrudit: nec agit præcipitem in æternæ misericordie regionem: sed spatium dat resipescendi, & incredibili clementia vocat ad sanitatem, vt tandem in viam redemptibus ignorat. Huius autem diuinæ benignitatis imitandæ, tanto studio efferuntur ijs qui sequuntur Christi disciplinam, vt vel in ea summa religionis esse ponead am statuant. Iccirco, neq; conuitis lacessiri commouentur: neque vexati maledictis incenduntur, nec iniurijs prouocati vltionem vllam machinantur. immo quod plane diuinum est, certamen illud sibi propositum existimat, vt inimicorum inimicitatem, beneficiorum magnitudine vincant: & corum etiam saluti cupiant esse consultum, à quibus per summum scelus oppugnantur. Istos igitur existimas, ad iniuriam

tem

## DE NOBILITATE CHRISTI.

tem impelli posse, qui neque cupiditate franguntur, neque timore debilitari, neque odio violenti immoderato incendi possunt? Qui etiam in hostes omnia mansuetudinis officia conferunt? Qui postremo tunc se putant maximū lucrum facere, cum omnium commoditatibus inferniuntur? Nam quid ego de liberalitate dicam? cum illud constet, omnia ferme vivendi praeceperat, quæ a summo illo doctore nobis tradita sunt, ad misericordiam, atque beneficentiam rationem maxime pertinere. Nec enim, ad ullius virtutis officium studio maiore nos instruit: neque frequentius aliquid inculcat: neque rursus vitium aliquod acritus reprimit, atque vehementius, quam avaritiam & crudelitatem immanitatem. Atque adeo, cum ponit ante oculos, illius extremitatem iudicij severitatem: & ostendit, qui meritis in celum euocandi sunt: qui rursus in impiorum sedem, atque tenebras detrudendi, non alia officia enumerat, quam ea, quæ ex clementia & liberalitate deponuntur: nec nominantur alijs communiantur, quam ferre & inhumanis hominibus. Hospitium inquit me non recipistis: nudum non operauistis: infirmum non visitastis: & reliqua omnia eiusmodi.

Quod quidem non sic est accipendum ut putemus, aditum ad gloriam esse reliquis virtutis

## LIBER TERTIVS.

ccxlj

virtutibus interclusum, aut reliqua facinora, non esse supplico acerbissimo punienda. Quid est igitur in causa, cur alia non commemoret? An ob id, quod quemadmodum nulla virtus est, quæ magis dei bonitatem referat, quam humanitas & beneficentia, ita nihil est tetricus, nihil odiosus, nihil magis dignis placitis alienum, quam crimen avaritiae & iniuriae manitatis? Cum igitur futuri iudicij ratione exposuisset, non necesse habuit omnia officiorum genera persequi, sed ea tantum voluit oratione complecti, quæ sunt in omni vita praestantissima. Nec enim quidquam in terris fieri potest, quod Deo sit acceptius, quam ferre opem miseris, praebere perfugium afflictis, tribuere misericordiam perculsis, beneficijs iuuare quæ plurimos, bene de vniuersis promoveri. Nullum est remedium praesentius, ad omnes morbos animi depellendos, nulla in celum via expeditior. Omnes igitur qui non solum nomine Christiani sunt, sed qui via etiam, atque mortibus cum Christi disciplina congruent, huic yni virtuti præcipue incumbunt, eandem perpetuo studio colendam putant, in ea denique magnum robur, atque firmamentum salutis ponendum arbitrantur. Tum demum se existimant, illius institutum atque exemplum sequi, qui diuinas & immor-

Hh tales

## DE NOBILITATE CHRISTI.

tales opes nobiscum communicavit: cum omnes suas opes in utilitate omnium cōuertunt. At vide quantus sit Christianæ liberalitatis splendor, quanta dignitas, & amplitudo. Sat is amplam sibi benescentiæ laudē vulgo quoque sijsse videntur iij qui ex eo quod sibi superat, alijs gratificantur. Maxima deinde pars ipsius liberalitatis officia, adeo angustis regionibus definit, vt nemini se quippiā debere, nisi sibi, atque suis arbitretur. Si vero beneficia in alienos conferenda sint, apud eos collocat, qui vi dentur posse reserre gratiā cumulati. At vero, qui se Christi disciplinæ penitus dediderūt, nō solum in pecuniae abundantia, sed etiā in angustijs omnia benignitatis officia tueruntur. Deinde neminem putant alienū, cui possint opitulari. Postremo non tā in eos beneficii sunt, à quibus possunt officijs fructū repetere: quā in illos, qui propter omniū rerū inopiam & egestatem, minime idonei sunt ad gratiam referendam. Nec iij sunt vlo modo, qui pecuniam tantum, qua quidem nihil est homini Christiano vilius, profundant, reliqua vero consilij, virtutis industria, diligentia officia negligant. Immo quicquid ingenio, labore, studio, vigilancia, perfici potest, semper pro aliorum salute libentissime suscipient: nec vlo capitisi periculo ad aliorum hominum,

prefer-

## LIBERTATIS.

celsij præsertim Christianorum pericula propulsanda, impudentur vñquam. Tanta est enim inter eos, qui Christi præceptis cōformati sunt, in religione colenda conspiratio: tā officiorum omniū societas: tanta denique amoris coniunctio: vt nemo propriam salutem, aliorum saluti putet anteponendam. Non igitur est cur admiraremur, tantam multitudinem exitis eorum, qui vt aliorum indigentiam subleuarent, patrimonia sua profuderunt: cum multi etiam, vt aliorum salutem constituerent, vitam propriam fortissime dimiserunt. Quid autem necesse est in tanto numero, aliquos percensere. Ab omnibus enim ista charitatis officia in ecclesiæ primordio colebantur, & nunc non ab universis deseruntur. Sunt enim, sunt non pauci, qui non modo contemnunt omnes opes & facultates, verum etiā si res ipsa postularet, vitam pro aliorum incolamitate libenter abiicerēt. Semper enim Christianæ virtutis atque probitatis lumen eluxit. Patuit aliquando latissime, & quam plurimos illustrauit: aliquando autem pauciores: semper tamen cundem splendorem retinuit, atque imperpetuum retinebit. Nec enim ab hominibus ortum habet: sed à Deo rebus humanis allatum est. Numquam igitur deerunt, qui nō modo communem sa-

Hh ij

Intera

## DE NOBILITA. CHRIST.

Intem omnibus suis commoditatibus antepo-  
nant, sed etiam vitam libentissime pro omni-  
bus impendat. Fuit autem hoc in ista ecclae-  
sti disciplina, ut alia omnia admiratione lôge  
dignissimum. Cum enim homines, ad amo-  
ris coniunctionem natu sicut euenit tamen, vt  
vitijs, atque cupiditatibus impediti, rariissime  
se se ad amicitiae studium applicarent. Itaque  
per tota secula, vix duo, aut tria amicorum pa-  
ria reperta sunt, à quibus amicitiae ius san-  
cte coleretur; quæ etiam fabulis magis, & an-  
tiquitatis opinione celebrata, quā certa fide  
comperita & illustrata sunt. At postquam men-  
tes humanæ, huius doctrinæ lucem aspicere  
potuerunt, tanta continuo fuit inter homines  
amoris consensio, tam sanctum inter omnes  
fœdus amicitiae factum est, vt nemo quippe  
ab alijs se iunctum, atq; segregatum haberet,  
sed quilibet eorum omnes suas fortunas in  
omnium usum conferebat. Quid autem dico  
fortunas, cum manifestum sit, omnium vo-  
luntas ita conglutinas fuisse, vt nihil quis-  
quam sentiret, quod non esset ab uniuersis  
comprobatum? nihil expeteret, quod non in  
omnium salutem redundaret? Multitudinis  
autem credentium (inquit Lucas), erat cor-  
vnum, & anima una. Neque quisquam eo-  
rum quæ posidebat, aliquid suum esse duce-  
bat;

LIBER TERTIVS. cclxij  
bat; sed erant illis omnia communia. Vides igitur illam illustrem atque præclaram amicitiae speciem, quæ virtutis opinione conciliatur; cuius imago fabulis adumbrata admiratione incutiebat; ad quam vix duo aut tria hominū paria pernenerunt: non iam institutam à pau-  
cissimis, sed ab c. mini Christianorum multiu-  
dine incredibiliter excultam. Tanta enim fa-  
cta est animorum coniunctio, vt non modo  
eisdem motibus & institutis viuerent, verum  
etiam uniuersi, una mente atq; voluntate consta-  
rēt. Deniq; in solis Christianis verū lumē ami-  
citiae, mirabiliter eluxit. Quemadmodū enim  
in multis fuisse virtutis conatus animaduerti-  
mus, in nullo tamē qui religionis expers esset,  
virtutis perfectionē inspicimus, ita quamus  
multi imaginem amicitię tenerint, ipsius tū  
verg amicitię splendor in solis Christianis exti-  
tit. Cū enim amicitia à virtute nascatur, necel-  
se est, vt vera atq; perfecta amicitia, in ijs tan-  
tū sit, in quibus perfecta virtus insidet. Sed sa-  
tis sit in hoc libro de iustitia liberalitate, & fo-  
te liberalitatis amicitia breuiter disputasse.  
Nunc reliquam partem orationis, qua de for-  
titudine Christiana latius differendū est, pro-  
pter aliquorum improbitatem, qui virtutis  
huius laudem hominibus Christianis mini-  
me concedunt, deinceps persequemur,

Hh iij HIERO

HIERONYMI  
OSORII LVSITANI  
DE NOBILITATE  
CHRISTIANA.  
LIBER III.

**I**VINA Christiani nominis ornamenta iustitiam atque benignitatem, non quidem eo genere orationis quod rerum magnitudo postulabat: sed eo quod ingenio nostri tenuitate excollit potuit, superiori libro persecuti sumus.

**I**Restat igitur Ludouice princeps amplissime, ut de magnitudine animi, atque constanza paulo fusiis disputemus: cuius quidem virtutis ea dignitas est, ut nulla orationis libertate exprimi possit. Semper enim summam admirationem excitauerunt morte contanentes, corporis cruciatu animo maximo perferentes, nullis doloribus a metu statu & a vita dignitate discedentes. Nam cum omnes vitae locunditate ducamus, atque naturae blandimenta censemur, qui cumq; morte contemnit, naturam ipsam plane vincit. Quantu aut apud omnes

natio-

**L**IBER TERTIVS. ccxliij nat ones admirationis, atq; dignitatis habeat mortis conceptio, illud vel maximu indicit facit, quod nulla virtus & que doctorum hominum monimetiis celebratur, nulla simili gerere laudis effertur. Iusti & moderati homines mediocriter laudantur, fortes vero atq; magnani mi syderibus ipsis inferuntur. Socrates, qui veteribus illis, fuit unicum continentiae atque moderationis exemplum, nullo genere virtutis & quem illustratus est, atq; illa constantia, quam adhuc habuit in retinenda dignitate, cum iudicium sententias ad mortem miticeretur. Ipsi illi, qui difficilli mā aliquam fortunā subeunt, omnibus fortunis atq; solatijs spoliati iacet, si in salutis desperatione sibi manus affract, quamquam in eo genete mortis insit quedam timiditatis suspicio, nō enim videntur tā retinendae constantiae causa, quam calamitatis effugientiae, ad lethum properasse, illi tñ ipsis, qui sic à vita, voluntate sua demigrat, eximis saepe laudibus celebratur. Tantu enim dignitatis habet animi virtus ut eius etiā falsa simulatio admiratione commoveat. Quod si iti est, quis poterit oratione complecti christianę virtutis constantiam atq; magnitudinem? Etenim si vires eloquientissimorum hominū, cū ipsis humanę virtutis laudes exornare volūt, rei magnitudine interdū obruiuntur, quod orationis genus incredibile, atq; di-

Hh iiiij unum

**DE NOBILITA. CHRISTI**,  
quoniam erit, quo possit quisquam dicendo par-  
tem aliquam tantæ dignitatis explicare? Nos  
autem, quamquam nec ingenio, nec exerceita-  
tione valeamus, posteaquam semel à nobis  
res tanta suscepimus, ne sit maius in omitten-  
do desidiae crimen, quam fuit audacie in susci-  
piendo, quantum in nobis situm erit, huius  
etiam virtutis præstatiam latius explanare co-  
nabimur.

ii Atque primum quantum inter illâ & hu-  
minanam fortitudinem intersit, animaduertendū  
est. Princípio, si finem respicias qui pro Chri-  
sto dimicant ipsum verū virtutis finem asse-  
quuntur: qui autē diuinitas aut gloriā popularē  
sibi proponunt, neq; summā illud bonū intuen-  
tur, cupidi magis & ambitionis, quā fortes ap-  
pellādi sunt. Deinde, pleriq; se periculis obij-  
ciunt, nō iudicio, sed aliquo animi furore cō-  
citari, ex odio, inuidia, aut cupiditate concep-  
to. At Christiani, cum solā improbitatem o-  
dio persequuntur, erga ipsos homines habent  
animū ab omni ira, inuidia, cupiditate liberū  
atq; solutum. Illi postremo numquam se pe-  
riculis obijciunt, nisi aut in summa spe, aut in  
rerum omnia desperatione. Nemo enim,  
nisi aut aliquam spem salutis & commodi se  
queretur aut omnino à spe salutis decideret,  
pericula sibi subeunda existimaret. At nostri,  
quam

**LIBER TERTIVS** **ccxlv**  
quam multis in locis, ad certam perniciem  
atque mortem abducti, cum ijs vitæ amœni-  
tate frati licuisset: ita vt altera ex parte nulla  
spes salutis ostenderunt, ex altera si à mentis  
sententia destitissent, multa ad vitæ iucundi-  
tatē proponerentur, tamē ad certum mortis a  
cerbissimā supplicium profecti, omnia vitæ  
blādimenta repudiarūt, & neq; minis, neque  
promissis, à fidei, atque pietatis religione de-  
pelli potuerunt. Iam quantum illud est, quod  
cum ex omni pene memoria hominum, pan-  
ci admodum fuerint, qui disciplina, & exerci-  
tatione, perpetuoque vitæ studio id assecuti  
sint, vt oblatam mortē & quo animo ferrent:  
repente multitudo innumerabilis exticeit,  
non modo virorum, atque mulierum, sed e-  
tiam puerorum, atque prope modum infan-  
tiū, pro Christi religione, verbera, crucēs,  
ignes, mortem postremo atrocissimam, inui-  
cto & alacri animo perferentium. Cum o-  
mnes orbis terrarum principes, tanquam pro  
salute, atque dignitate contenderent, vt san-  
ctissimā religionis memoriam ex animis o-  
mnium delerent, cum ipsi dæmones, auco-  
tes sceleris & impietatis, animos illorū quos  
impurissima superstitione obligatos in pote-  
state continebant, ad immanitatem inflama-  
rent; cum omnia exquisitissima suppliciorū

Hh v gene

## DE NOBILITA. C HRIST.

genera, ad Christiani nominis perniciem ex-cogitar entur: cum vis: & furor, in omnibus terrarum angulis, in quibus Christi nomen auditum esset, versaretur: cum ista omnia ad Christianæ pietatis interitum comparata es-sent, tamen tantam vim habuit vera nobilitas & illustris animi vi-tus, vt non modo illa con-stanti perpetua, inuicta pietatis defensione, hostium pertulantiam libere confuraret, sed etiam sepe pro Christi confessione, in ea dem & flammam vltro atq; libenter obijceret. Ab ducebantur ad necem, & cruciatum, verbe-ra, cruces, vnci, inaudita tormentorum genera constituebantur: neq; satisfacere cru-delitati poterant illi impuri homines scelero-furiosi, si statim spiritum auferrent innocentibus, longo cruciatu contumaciam illam, non à superbia, sed ad inclita virtute ductam con-primeret cupiebant. Nec enim tam sacrorum causa laborabat, quām inuidia illius eximia virtutis, qua omnes minas suas, irrideri atq; contemni ceruebant. Nullis tamen, neque minis, neque terroribus, neque exquisitiissi-mis supplicijs Christiana virtus frangi aut de-bilitari poterat. Cumque tortores, atque adeo tormenta ipsa deficerent, illi tamen her-roeis inuicti, in eadem semper mentis constan-tia permanebant. Cum vero rursus ex inter-

vallo

## LIBER TERTIVS. ccxlvj

vallo carnifices ad corpora sanctorum omni cruciatu laceranda redirent, ipsi sanctissimi homines, animo mirandum in modum cōfir-mato atque renouato, ad eadem supplicia re-ducebantur. Neque interim vox vila ab illis exprimebatur, nisi quē Christi diuinias laudes celebraret. Quid iam clarius, aut magnificen-tius dici, aut animo concipi potest? Glorio-sum omnibus videatur, in corporis cruciatu seruare constantiam: ad isti non modo con-stanter, sed etiam cum summa voluptate cru-ciatum omnē perferebant. Certissima namq; triumphi spes, & corporis dolorem mitiga-bat, & animum ingenti lētitia cumulabat. Ra rum etiam fortitudinis exemplum laudibus in cælum extollitur. At in Christianorum genere, neque aratis ratio, neque sexus imbe-cillitas, neque generis, aut ordinis conditio, decori atque gloria impedimento fuit. Quid enim hic primores gentis referram, cum pue-ri etiam atque virginis innumerabiles, nulla crudelitatis supplicia pro Christo recularint? Quām multi serui, vt veram animi libertatē tuerentur, omnes acerbitates suppliciorum despicerunt? Quām multi milites, qđ gen-uī hominum plerumque ab omni studio sā-rietatis abhorret, mortem pro Christi laude suscepūt, c̄mibus coronis & triumphis ante-tule

## DE NOBILITA. CHRIST.

tulerunt? Nec est necesse omnes Mauricios, Sebastianos, Catharinas, Agathas, Gordianos enumerare. Hoc satis constat, innumerablem, atque propemodum infinitam multitudinem fuisse, quae ad illius virtutis eximiae laudem peruererit: cuies imaginem, vix homines excellenti ingenio praediti, post longam exercitationem tenuerunt. **Quos** satis indicio esse potest, longe aliud virtutis & constantiae genus istud esse, ab eo, quod philosophorum præceptis & literis continetur: quod non humana disciplina, sed diuino munere atque dono fuit Christianis mentibus instillatum, summum Christiani nominis atque nobilitatis ornametum, certissimumque sanctissimæ religionis testimonium. Non desunt tamen, qui nostrorum virtuti, non dico Catones, & Brutos, quos quidam in loco deorum immortalium venerantur: sed Cleombrotum etiam fortasse, qui se amentia præcipite e turri deiecit: aut Empedocle, qui similia insaniva exatus, se ipsum in Aetnæ incendium demisit: aut quemvis alium anteponat. Ita q; nostri ab illis Cornelius, Cyprian<sup>o</sup>, Laurentius, Stephanus, atq; adeo Paulus ipse, diuini viri, & omni virtuti genere præstantissimi, in numero virorum fortium nullo modo habentur. **Quin** etiam impurus quidam scriptor, atque nefas.

**LIBER TERTIVS.** ccxlvij  
nefarius, in libris, in quibus & suæ ciuitatis historiam, & multas quæstiones ad Reipub. statum pertinentes Heretrusco sermone cōplexus<sup>o</sup> est, non putavit dissimilandum, quid de nostrorum sacrarū religione sentire. Christianam religionem scribit illam magnitudinem animi, quæ in antiquis eluebat, funditus sustulisse. Romani imperij ruinam laudis & gloriae labores, virtutis etiā militaris interitum, huic sanctissima summi & æterni dei religioni assignandum putat. Tum postremo, ut aliqua ex parte vitet offensionem bonorum, id inquit, non vitio religionis, sed interpretum, qui illam male intellexerunt accidisse: cum tamen non posset ostendere, quæ fuerit illa peruersa interpretatio, quæ tantorum malorum causam præbuerit. Sed ut infixo aculeo honeste posse quacunque ratione discedere, ineptissimam illam medicinam iusti doloris adhibuit. Parcerem mortuo, si non plures nunc monumentis inquinatis simis, quam olim vita contemptissima læsisset. Sed quando tam indignum conuictiū, Christianæ nobilitati, illius desun-  
ti scripta faciunt, nō dubitabo, Christi prestdio teclus, cum hominis conselerati manibus configere. Quod tamen non studio pugnandi faciam, sed ut eorum amentiae, atque sceleri resistam, qui in eadem mentis cæcitate versan-

## DE NOBILITA CHRIST.

versantur. Late enim disseminatum est hoc malum, multosque functa contagione graui ter infecit.

¶¶¶ Primum igitur illud requiro, quid in nostris hominibus viderit, quod posset ylla ratione contenerere. Nā si magnitudo animi perspicitur ex rerū humana rum despiciētia, & ex quadā elatione, nihil nisi diuinū; & inclytum cogitante, nihil certe illustrius esse nostris potest, qui cūm se intelligeret, in diuinā familiā vocatos, oēs res mortales, infra se positas esse duxerunt, omniaque vitae consilia, ad dignitatem & immortalitatem retulerunt. Si fortitudinis est comes in uita patientia, quis nostrorum animum non admirabitur, cum viderit ipsas etiam virgines, pro Christi nomine, acerbissima supplicia, & omnes corporis cruciatus appetiuissimis? Quantis laudibus celebratur Leæna meretrīx, quod multis tormentis lacerata conscientis coniurationis non indicarit? Quantis Anaxarchus eadē ipsa de causa? Quantis denique Syracusanus ille Thraso, quod nullis supplicijs adduci potuerit, ut socios coniurationis proderet. Hos certe Machiauelius, ipse, sic enim appellatur præclarus scriptor, cum quo mihi res est, nullo modo contemnendos putabit, propterea quod expertes veræ religionis extiterunt, quam so-

Iam

## LIBER TERTIVS. exclvij

Iam laudis expertem esse vult, & coniuratiōnis participes fuerant, cuius expediendæ rationem in summa laude ponit. At quād obscura est illorum constantia, si ad nostrorum virtutem conferatur. Si enim causam respicias, illi tyrannorum odio à quibus læsi erant supplicia perferebant: nostri Christi amore: à quo diuinis beneficijs ornati fuerant, tormēra omnia leuia putabant. Si cruciatus magnitudinem consideres, atque diuturnitatem, in nostros, non vistata, vt in illos, sed noua & inaudita genera tormentorum inuenta fuerunt, quæ diutissime viuorum corpora lacerarent, atque contunderent. Illi deinde in desperatione omnium fortunarum, digitatis speciem aliquam retinuerunt: nostri cum sibi vtrum vellent liberum fuisse, non inuitatamen, mortem claram cum ignominiosa vita commutarunt. Si ad numerum aduertas, ridiculum est, paucissimos infinitis opponere. Hanc tu disciplinam, ē qua tam præclara documenta virtutis extiterunt, contemnis? Hac institutione, quæ infirmam etiam naturam mulierum, imbecillam etatem puerorum, incredibili constantia armavit, quæ tantam multitudinem in laudis & gloriæ studiū incitauit, abiectos animos, atque demissos effici contendes? Quæ est ista mentis peruersitas,

vt viri

## DE NOBILITATE CHRISTI.

vt virtutis vanitatem admireris, veram virtutem pro nihilo habendam putas? Sed nimis  
rum illud est. Faciem tantum crucis aspicis,  
virtutem illam excellentem, sub specie cru-  
cis occultatam non intueris. Nec enim mens  
angesta, tenebris oppleta, & sordibus inqui-  
nata, tantæ lucis splendorē sustinere villo mo-  
do potest. Christi enim disciplina, vt inquit  
Paulus, perditis & prosligatis hominibus in-  
scitiae & humilitatis speciem præbet, modera-  
tis vero, diuinoq; beneficio confirmatis osté-  
dit sapientia celestis, atq; diuine virtutis am-  
plitudinem. Atque quemadmodum in Chri-  
sti persona, omnes illam faciem videbant, in  
qua, vt erat Esaiæ vaticinio prædictum, non  
erat species neque decor, non tamen omnes  
illam gloriam diuinitatis, quam Joannes vi-  
dit, inspexerunt: sic etiam, multi propter si-  
milem mentis caliginem, Christianorum vi-  
tam inanissimis ornamenti nudatam despi-  
ciunt illam vero excellentem Christianæ di-  
gnitatis lucem aspicere nulla ratione possunt.

iv Quod autem ad Romanorum imperium  
attinet, vt etiam de hoc, licet extra eam  
esse videatur, aliquid dicamus, homo rerum  
civilium pertissimus, non legit apud viros do-  
cissimos, esse quasdam ciuitatum commu-  
nicationes, & vicissitudines, naturalesque or-  
tu

LIBER TERTIVS ccxlii  
tus & interitus omnium rerum publicarum,  
neque fieri posse, vt aliquid infra Lunam sit  
immortale, atque sempiternum. Omnia quæ  
admodum nascuntur, ita & concidant ali-  
quando necesse est, & importunitate mortis  
cuncta demolientis tandem obruantur. Quo-  
civitates, quam multæ gentes, & nationes pro-  
stratae atque sepultaæ iacent, quæ olim impe-  
rio, & rerum gestarum gloria erant floridissi-  
mae? Quis Assyriorum, atque Persarum impe-  
rium decedit? Quis Atheniensium opes cetera-  
tit? Quis macedonum potentiam excidit? Ni-  
hil aliud certe fuit in causa, quam natura rerum  
humanarum, qua nihil est in terris imbecil-  
lius. Etenim si Cyrus Assyriorum imperium no-  
deleuisset, si Alexander non regisset poten-  
tiam Persarum, si Romanorum atris Mace-  
dones, atque cuncta Graecia minime corru-  
set, tamen necesse erat, vt omnia ista impe-  
ria, vel aliorum viribus conciderent, vel æta-  
te consenserent tandem interirent. Quare  
sit, vt nemo sapiens admiretur mortiferos,  
& exitiales rerum exitus. Contrà vero, nihil  
magis admiratione dignum esse putant, quam  
aliquius ciuitatis imperiosæ diuturnitatem.  
Iccircum magis querendum arbitrantur, cur  
Sparta tam multis animis in ijsdē moribus, &  
eadē reip. disciplina permanserit, quam cur

ii Ath-

## DE NOBILITATE CHRISTI.

Atheniesium gloria & opes tā cito petierint. Hoc autem etiam tu est in repub. Romanorum mirabilius, quo maius fuit in illa ciuitate gloria, & imperij magnitudo, quam in omnibus alijs, quae vñquam fuerunt. Medioetate enim facile se suscitabant, summa vero sua mole dissipantur, & ruant. Cum ista igitur sit omnium ciuitatum conditio, ut nemo sanus earum interitum admiretur, diuturnitatis vero causa sanus, quasi rei alicuius incredibilis, summo studio investigandum poterit, hic viri ciuili prudentia vt sibi quidem videtur cumulatissimū luget Romæ laborem, & tyram, & quasi figura esset immortalis, si Christi religio im pedimento fuisset, ita ipsum Dei filium in crimen vocat. Quæris homo amentissime, quid aliud Romanas opes euerterit? Primum id respondeo, quod quemadmodum illa ciuitas felici auspicio consita, deinde adulta, rebusque gestis florens, deinde corroborata legibus & institutis, ad imperij maturitatem atque ad suarum amplitudinem peruenit, ita necesse fuisse, vt adepta senectute, vitæ tandem extremum, dīc morte, consideret. Deinde illud addo, actes omnes quibus illud imperium partum fuerat, & quibus retineri poterat, multo ante Christi ortū de manibus amissas fuisse. An tu cum in Romanos mores immensa luxuria, &

LIBER TERTIVS. celx  
ria, & effrenata diuinitarum cupiditas inuasisset sed, cum legum atq; lenitus auctoritas omni no concidisset: cum plebis animi ad spem præ turbulentis & furiosis concionibus certi, impetus facerent in fortunas locupletum: cum impunitate armata crudelitas, cæde & sanguine ciuium, urbem cruentaret: cū iij qui armis plurimum poterant, non de patriæ libertate, sed de sua dominatione cogitarent, cum essent omnia ista tela in reipub. corpus immissa, existimas fieri villo modo potuisse, vt illa diutius permaneret? Adde deinde, si comodum est, venalia comitia, iudicia redempta, nundinationes prouinciarum, impensis extraordinaria & infinita, summarum reip. ad certos homines dominandi cupiditate precepites delegatam. intelliges fieri non potuisse, quin illius ciuitatis opes funditus enervæ corruerent. Quid autem hic referam Syllani, atque Marianī temporis arma? Quæ clavidibus innumeris tempub. vexarunt, & omnis crudelitate lacerarunt, ac tandem contagione illius discordie ad posteritatem continuitate, viam tyrannidi munierunt. pubitas igitur, quin tam multis vulneribus afflita ciuitas, fuerit aliquando diro & acerbo funere à suis ciuibus efferranda? Itaque si à sapientibus viris interreges, quo tempore Roma perie-

## DE NOBILITA. CHRIST.

tit, respondebunt opinor, iam ex eo tempore quo obsoleuerat vetusta disciplina Romanorum, illam reipub. nullam fuisse. Nec enim rei euentum expectant, qui futura certissime ex antecedentibus causis assequuntur. Si ab imperitis queraras, illa Cæsaris dominatione profrent. Nec est enim quisquam tam sine mente, qui putet, post legum introitum, & perditam libertatem, & totius ciuilis status conuersiōnē, vnum antiquę reip. vestigium permanere. Tibi autem quid venit in mentem illius imperij ruinam Christianis moribus assignare, cum tam causa illius excidij, quam evetus ipse Christi regis ortum multis annis præcesserit? Quod si querat aliquis, quid post tyrannidem constitutam, illas opes Romanas, abvniuersa ciuitate in vnum collatas comminuerit: primum illa repetam, quæ antea commemorauit, illas artes oēs, quæ P. R. gloriam, & imperium quæsierant, iamdiu inclinatas, jam præcipites concidisse. Nam, iam pridem pro frugalitate, insuīta luxuria, pro militari duritia summa totius corporis & animi mollices, pro metu legū audacia, libido, cupiditas immensa, Romanorum animos oppresserat, hominesq; patriæ amantes ad intestina bella concitarat, deinde mores immanes imperatorū, & naturā importunā, cū summa luxuria, &

nau-

LIBER TERTIVS. celf  
inaudita libidine coniunctam, excisionem rebus omnibus intulisse dicā. Nec est enim cur hic tā functas reip. pestes enumeremus, cum illud constet, multos propter crudelitatē atq; flagitia fuisse, tum à ciuib⁹ suis, tum à militibus, non raro etiā ab æmulis imperij contradicatos. Cum autē illa cōsuetudo interficiendi principis inueterasset, neque modo improbis tyrannis, sed moderatis etiam imperatoriis essent insidia cōparatae, illudque imperij nōmē minime sanctū hominibus fuisse, in eū locū res deducta est, vt nihil esset Imperatore Romano vilius. Tandem, cum s. P. Q. R. auctoritas penitus extincta esset, & militaris licentia simul cum avaritia immensum crevisset, factum est, vt milites pecuniarum fœdere quibus libuisset, imperium addiceret. Cū igitur neque generis, neque virtutis, rationē vllā haberent, sed quasi constituta auctiōne, illi qui plura promisisset, imperium venditarent, erat impurissimo cuique aditus ad summam reipub. potestatem. Talibus igitur custodibus summæ rerum præpositis, necessitate erat, vt omnia reipub. ornamenta fundirus interirent, præsertim cum sape numero, ne vñquam deesset occasio ciuilis tumultus excitandi, codem tempore, diuersis in locis imperatores multe crearentur, si illi

iiij impe

## DE NOBILITA. C HRIST.

Imperatores potius, quām inaudita portenta, atque prodigia appellandi sunt. Opes itaque Romæ partim ciuili discordia, tetrisque seditionibus nullum exitum habentibus consumptæ sunt; partim maximis bellis, & acerbissimis, quæ per orbem terrarum contra Romanum imperium oriebantur, deleæ communem rerum humanarum conditionem subierunt. Hic autem quid habes in quo nomen Christianum accusare possis? Si enim Christi disciplina contemptum legum, si luxuriam, si pertulantiam, si immoderatam dominandi cupiditatem, si acerbissimam ciuium inter ciues dissensionem, postremo vim, furorem, & amentiam, in Romanos mores inuexisset iure, atque incito diceres, omnia detimenta fuisse per illa rebus Romanis importata. Illa enim sunt, quæ non modo Romæ, sed omnibus etiam imperiosis ciuitatis pestem, atque perniciem intulerunt. Sin autem, nihil est magis moribus Christianis alienum: quibus nihil placet, nisi iustum, tranquillum, atque moderatum: qui pudorem, & innocentiam sanctissime colunt, & discordiam ciuilem omnibus misericordia oderunt: qui omnes actiones turbulentis, atque temerarias execrantur: ista tamen eris vel stultitia, vel impudentia, ut Ch. istiani nominis dignitatem,

LFBER TERTIVS ecclij  
tatem coneris ista calumnia deformare? Poterit ne villa disciplina magis cibilem statum constitueri, quæ illa quæ instruit ad iustitiam, æquitatem, manu studineam, patriæ caritatem, atque virtutis constantiam? At hæc quidem omnia in Christianis moribus summa reperiuntur. Possem eaumerare quām multi Christiani imperatores extiterint, per quos occidens Imperium fuerit ab innumeris calamitatibus recreatum, & in pristinum dignitatis splendorem restitutum. Possem ostendere illius fines, per viros veræ religionis cupidiissimos, fuisse magis quā vñquam antea propagatos. Possem postremo conuincere, omnia mala quibus postea circumuentum fuit, non religionis studio, sed contémptione potius religionis accidisse. Sed quoniam ad finem proprio, illud tantum dicam. Non solum homines ipsos, verum etiam omnes humanas artes, atque disciplinas, omnes nationes, & imperia, mors insequitur: omnia que tandem concidunt, & oblitiois tenebris obruuntur. Solum Christi regnum est, quod nullis hostium viribus excindi, nullius opibus labefactari, nullis intestinis seditionibus conuelli: vñquam poterit. Persarum opes corrueunt: Græcorum potentia funditus euersa est: Romanorum

## DE NOBILITA. CHRIST.

imperium est depresso atque comminatum omnia quæ sunt, fuerunt, postea nascetur, quo modo tandem interibunt regnum vero Christi omnibus diuinis ornamentis amplificatum, florescit seculis infinitis, immortalique gloria atque sempiterna circumfluet. Sic enim sacris oraculis praedictum est, potestas eius, potestas æterna, quæ numquam auseatur. Et regnum illius quod numquam dissipabitur. Et alibi, placuit ergo mihi prædicare signa eius quia magna sunt, & mirabilia ei⁹ quia fortia, & regnum eius quia sempiternum. Tum etiam illud, regnum tuum regnum omnium seculorum, dominatio tua à generazione in generationem. De isto etiā regno est id intelligendum quod in regum historia legitur. Sic enim loquitur Deus cum David. Firma erit domus tua, & regnum usque in æternum. Quod etiam ex Luca perspici potest. dabit (inqui) ei dominus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Desinant igitur iam homines imperiti de Romana recip. occasu impie conqueri. Desinant illius ruinae crimena in diuinum beneficium impie, & Icelebrate coniijcere. Intelligant aliquando solum Christi nomē esse, cui nulla vnguam

ætas

LIBER TERTIVS. celij  
ætas finem sit allatura: nempe cuius gloria, laus, virtus, splendor, opes, facultates sint immortales atque diuinæ: reliqua omnia fluxa & lubrica cum sint, exiguo vitæ curriculo circumscribuntur. Solum igitur Christianum nomen, cum diuinis praesidijs innitatur, erit in omni æternitate florentissimum.

v Sequitur ut etiam de virtute militari aliiquid dicamus: quam iste Christiani moribus & institutis longe alienam putat. Qui conuenit inquit ille cum istius virtutis celebritate gloria contemptio, quæ Christianis omnibus praescribi solet? Nemo enim nisi laudis studio inflammatus fuerit, pericula sibi subeunda putabit. Iam quod asserit neminem, nisi qui studio laudis adduetus sit, forem fieri posse: non credo facile concessuros illos philosophos fuisse: qui simul & de contemnenda gloria conscriperunt, & fortitudinis innumera pracepta tradiderunt. Nam si illa mutuo sese perimere existimarent, numquam essent tam amentes, vt eadem opera homines à cupiditate laudis abducendos, & in studium virtutis incitandos esse ducerent. Virtutem autem illam esse statuerunt, quæ non ex vulgi rumore penderet: sed quæ præclaras actiones ipsius honestatis causa susciperet. Hic autem sic argumentatur, quasi so-

## DE NOBILITA. CHRIST.

la laudis cupiditas ad virtutem acuat: & non alij multo potiores sunt, virtutis & industriae stimuli quibus bonorum animi, dies & no-  
tates concitati, pericula libenter, & studiose suscipiant: nempe insignis in patriam benevolenta, incredibilis ipsius dignitatis amor, egregia deinde legum, atque religionis obseruantia: quæ quidem omnia sunt in Christianorum institutis perfectissimas. Quid, si laudis etiam studiosissimi sunt? Tamen isto erit quisquam vel furore, vel impudentia, ut hoc nomine dignitatem illorum imminuere conetur? Sunt illi quidem ab inanis laudis cupiditate remotissimi, immortalis tamen & veræ gloriae cupiditate vehementer incensi. Despiciunt hominum famam, ad veram tamen laudem, quæ Christi omnia conscientis testimonio continetur, ardenter incurvant. Non cupiunt homines rerum suarum spectatores habere, nempe qui sciant se angelis inspectibus, omnia præclara facinora suscepturos. Hoc magni animi est, hoc generosi atque magnifici, non pendere ex imperita plebis opinione, infima omnia negligere, cœlestia tantum, atque diuina contemplari. Quid enim iste dicat in Christianis moribus humile, atque dimissum, non satis intelligo, si superbiam & insolentiam, si mo-

res

## LIBER TERTIVS.

celiij res immanes, si animos contumaciter elatos, atque inflatos animi magnitudinem indicare putat: fateor nihil in terris esse christianorum natione contemptius: nempe quæ summa contentione in studio moderationis, manu suetudinis, lenitatis euigilat. Si vero virtutes omnes, ut etiam eruditissimi hominis prodiderant, uno coniunctionis vinculo continentur, nec vlla pugna inter illas esse potest, tantum ab est, ut manuæ studinis, atque modestiae laus splendori fortitudinis aduersetur, ut etiam nullo modo à se inuicem diuelli, atque desingui queant. Itaque nemo vir fortis esse potest: nisi idem sit mansuetus atque moderatus. Longe enim fallitur opinione, qui animi impetum, non æquitatis, & humanitatis studio, sed cupiditate, atque furore concitatum, fortitudinem appellandam potius, quam importunæ cuiusdam bellæ feritatem putat. Iste autem præclarus auctor, qui principes ad communis salutis perniciem instruit: qui imperij opes non tam æquitate, & clementia, quam perfidia & crudelitate slabili docet, appellat sanè quo velit nomine, furorem illum cunctam barbariem scelere & iniunctitate superantem, dummodo nemo sanus tam stultæ atque nefariæ opinioni assentiatur. Nos vero, numquam ita amentes

erimus

## DE NOBILITA. CHRIST.

erimus, vt illam animi moderationem, quam sacræ literæ appellant humilitatem, vt clementiam, & mansuetudinem, cuius nobis idem auctore exitit, qui eximiæ fortitudinis exemplum, ipsam fortitudinem impedi-  
re dicamus. Nam cum omnes virtutes inter se conglutinatae sint, tum vel maxime animi moderatio, atque fortitudo. Vtraque enim ab eadem animi magnitudine profecta, can-  
dem propemodum retinet dignitatem. Nec enim maioris animi est, impetum hostiū susti-  
nere, quām cohibere iracundiam: & omnem perturbationem reprimere: nec vlla offendio-  
ne ab humanitate, & à mentis constantia de-  
turbari. Non itaque ferme fuit vir egregie  
fortis, quin etiam laudem mansuetudinis sibi  
adseuerit. Quanta gloria fuit illa Themisto-  
clis, cum esset in consilio Græcorum, à reli-  
quis ducibus conuictijs indignissime vexatus  
ille vero petulantiam illam non conuicio, sed  
patientia comprimendam putaret?

Quid hic Periclem referam? Quid Iulium Cæsarem? & alios coiaplures, qui non maio-  
re studio virtutis imperatoriæ nomen, quām mansuetudinis & patientiæ laudem venabantur?  
Contrà vero, vt quisque maxime angu-  
sti animi est, atque demissi, ita est ad iracun-  
diā & feritatem maxime propensus. Omnes

illii

LIBER TERTIVS. ecly

illi barbari, qui à disciplina fortitudinis ab-  
horrent, ita crudeles habiti sunt, vt loquendi  
consuetudo crudelitatem ipsi barbariei nomē  
ad scripsे rit. Quid de mulierum natura dicā?  
Quibus vt nihil est imbecillus, ita nihil ad  
iuriarum persequendam concitatius. Quod  
si modestia atque mansuetudo, virtutis splen-  
dorem non excludit, sed cum ab eadem ani-  
mi magnitudine nascatur, ipsam fortitudinem exornat: ista tamen erit quisquam de-  
mentia, vt christianam mansuetudinem, im-  
be cillitatem vocet, præceptis fortitudinis re-  
pugnantem? Que malum est ista peruersi-  
tas, atque impius furor, vt ea quorum te-  
nuem umbram in alijs suspicimus, in nostris  
vera & summa contemnamus? Magnanimi  
semper habiti sunt, qui contumelia lacerati,  
& iniuria lacepsit, ira non efferentur. At no-  
stri illam disciplinam à Christo acceperunt,  
vt humanitate conuicia, beneficijs iniuriam  
vliciscantur. Ergo dicet aliquis, cum ita man-  
sueti sint, nunquam impetuim hostium à suis  
finibus depellent, neque sceleri armis resi-  
stant: sed quemuis furorem beneficio com-  
pensabunt. Hoc qui dicit, minime expendit  
officerum momenta; nec intelligit alia alijs  
personis, locis, temporibus, causis conuenire.  
Christiani ipsi, qui in priuatis offendionibus,

&

D E N O B I L I T A C H R I S T .

& iniurijs, moderationem atque patientiam ampliatur, idem in publicis periculis acerrimi & vehementes publicæ salutis, atq; libertatis vindices existit, præsertim ubi simul agitur dignitas religionis. Tunc enim mansuetudinem indignum flagitium, patientiam sc̄e Ius nefarium arbitrantur. Hac p̄ente prædictus fuit diuinus ille Moses, quem sacra litera perhitēt, fuisse inter omnes mortales miserrimus, qui tamē & hostium copias singulari virtute repressit, & læsi numinis offensionem multorum supplicio placavit. Talis fuit etiam David, quem vnum diuina oracula laude māfuetudinis vincere commendat. Hic tamen incredibili virtute maximos, & fortissimos hostium exercitus prostrigauit, & ingentes alienigenarum strages edidit. Sic etiam multi Christiani principes, ad omnem rationem humanitatis comarodissimi, bellicæ fortitudinis gloria, ladem captiuitatis & quarunt. Quidq; ipse Christus nōne satis exemplo suo nos admouit, quatenus esset etrendum mansuetudine, quo rursus in loco severitatis persona suscipienda esset, cū sacrilegos, qui saeras ceremonias pollichāt, flagris seure & acriter infecetus est? Nō est igitur cur quisquam Christianam mansuetudinem alpernetur, eum ita cū vera fortitudine coniuncta sit, vt nihil pos-

it,

L I B E R T E R T I V S .

eclvj

sit esse copulatus. Vtraq; enim ab eodē fonte manat, & altera alterā in crediblitter illustrat.

vi Nuit ad postremum egregij scriptoris argumentum veniamus, quod totum in religione consistit, & in illis antiquis cæmonijs omni sceleri contaminatis. Tantam enim virim habuisse putat illam hostiarum cædem, atque pecudum stragem, vt repente ex timidis, feros & audaces efficeret. Nos itaque qui nec hostias cædimus, nec quadrupedum sanguine aras eruentamus, nec extra inspicimus, magnis ad virtutē instrumentis hoc religionis inçōmodo priuari. Hic profecto nec scio quid, vel ad impietatis furorem, vel ad mentis cœcitatem, & stultitiam addi possit. Nefariam superstitionem, cum sanctissimā Dei immortalis regione comparare, facinus est inexpiabili atque nefandum: existimare autem illum, qui pecudū carnificinam intrepido vultu conspexerit, continuo fonsitem eiusum, extremē dementis argumentum. Cur enim isto auctore nō conquerimus omnes laicos? Cur non etiā carnifices, hos enim operat magis efferratos esse, à quibus hominum corpora leviantur ad arma similiter euocamus? Ut scilicet illa virtutē, quam aut sanguine pecudum, aut supplicio damnatorum adepti sunt, in hostes irruat, & à nobis omnia pericula

## DE NOBILITA. CHRIST.

ticula propulsent. Quid si ostendo omnia in illis sacrificijs, & ceremonijs, ad imbellicitatem atq; formidinem spectauisse, nec aliquid suis se, quod animum confirmare posset? Primum precationes ille, priscis atque solennibus verbit institutae, quantum anxietatis habebant? In quibus si quid titubat fuisse, si quid praeposteris verbis, aut sinistris omnibus effatum, putabant cotinuo omnes Deos. P.R. irato: fore. Deinde quanta illa formido erat hominibus anili superstitione implicatis iniecta, cum non satis ex animi sententia literabatur? Cum exta dirum aliquod & triste minabantur existium? Cum vero accidisset, ut multas eodem tempore hostias immolarent, & casus ita tulisset, ut aliarum exta darent illa signa, quibus homines existimabant, Deos omnia secunda promittere, aliarum vero tristia denuntiareret, necesse erat, ut essent incredibili metu suspensae mentes illorum, qui neq; secundis extis propter varicatem, & inconstantiam confirmari poterant, neq; rursus dira, propter religionem, qua erant penitus imbuti contemnere. Quid ostenta, prodigia, aruspicum responda? quantam vim habebant ad animos debilitatos atque frangendos? Cum nihil omnino, neque natura, neque fortuitua accidisset, quod non interpretarentur, dorum id consilio fieri,

## LIBER TERTIVS. ccvij

ri, cladem aliquam portendentium. Itaque vel alitis inuolatus, vel terre fremitus, vel dextrum fulmen, vel quavis eiusmodi monstra atque confusa interdum prodigia, terrorum atque metum misteris hominibus iuictebat. Quid autem solistima tripudia commemorem? quae cum essent coacta, nec illis quidem superstitionis hominibus, & auspicio valde deditis firmam spe facere poterat. Si vero pulli casu aliquo non pasceretur, eaq; res ad militum animos permaneret, quasi de pernicie sua à diis ipsis premoniti, attoniti religione manus cum hoste cōserbant, anticipati formidine perturbati, atq; impediti. Multis itaque in locis proditum memoria est, exercitus fusos, atq; casos esse, quod vitio contra hostes educti fuissent. Qod quidem minimē mirū est. Cum enim essent illa religione perfusi, ut crederent, non sine deorum consilio, & numine, cladem atq; pestem denuntiatum, pullos iniectam offam neglexisse, ob idque omnium mentes concidissent; manusq; metu obtorpuissent, neque solita spe atque audacia pralium commississent, necesse erat, ut cladē aliquam insigmem acciperent. Inde adeo factum est, ut omnes illis religionibus valde dediti, quos fanaticos appellabāt, in timore perpetuo, & cura mentis anticipati versarentur. Quid? quod multi

## DE NOBILITA CHRISTI.

viri strenui, leuisimis ostentis permoti, magnam multis in locis timoris significationem dederant? Lacedemonij ut de Græcis etiam ali quid dicamus cum bellum aliquod suscepissent, regesq; ipsi in patriæ finibus de more sacrificaret, si calu nō sitabat, exercitus continuo domum reducebant. Cumq; essent Lacedemonij moribus & institutis ad duritiem, atque virtutem militarem educati, tamen ea imbecillitate ducta ex factorum impura religione tenebantur, ut bellum intermitterent. Iam si strepitus aliquis auditus fuisset, omnia belli cōsilia ab illis delerta, & omnia iacebant. Quid autem quæso aliud, vt Lacedæmonios omittamus, Atheniensium opes euerit, quā anilis quædā, & misera superstitione? Cum enim imperator sane fortis Nicias, & clarsi, & exercitui, simul cum Démosthene p̄fessus esset, & Syracusas opugnaret, intelligeretque ciuitatem illam & suis viribus, & totius Græcia auxilio munitam capi non posse: Démosthenesq; instraret, vt classem à portu deduceret, ne præcluso exitu ab hostibus, omne robur Atheniensium, quod in illa classe cōtinebatur misere periret, id Nicias ipse comprobabat, religione tamē impeditus salutare consilium executus non est. Paucis enim illis diebus lumen, terræ, vt certis temporibus fieri necesse

LIBER: TERTIVS. ccviiij  
esse est, interiebat defecerat. Id Nicias ostentum ratus, ad religionum interpres deferendum statuit. Illi nefas esse respondet, intra triginta dies classe nauigare, aut quippiam aliud mol. ri. Intercea. sicuti magnis molibus portus fauces obstruunt, & exitum multis nauibus obiectis intercludunt. Clavis igitur illa, in qua flos Atticæ iuuentus, & Atheniæ robur inerat, cum iam truxtra classem hostium perrumperet, & e portu progreedi conaretur, inepta illa Nicæ superstitione miserrime dissipata, atque deprecta est, omnisque nobilitas occasione consumpta. Hęc tu sacra impia, has religiones impuras, & aniles ad virtutem erudi re & instituere dices? quā homines etiam impigros & audaces horribili formidine replebant, mentem à constantia deducebant, corsilia salutis impidebant? Eam tu gratiam Christi optimo maximo refers, cuius munere, atque beneficio, iam impia, tam impura, tam demerti superstitione leuati, atq; liberati summas, vt illam etiam Christiani religioni anteponas? Nam si animi Christiani institutis insomni, fracti, languidi, atque demissi efficiuntur, illis vero aequi & impuris carcerijs quibus divini honore habebantur impiorū hominum simulachris ad virtutem ministrabantur, illa certe videtur his nostræ religionis in  
Kk ij Situtis

## D'E NOBILITA. CHRIST.

stitutis omnino preferenda. At vide in qua-  
ta erroris opinione, atque amētia versatus sis.  
**Q**ui vere Christiana religione imbūti sunt,  
non alitis inuolatu, non occinis cātu, nō extis  
tristia minantibus permouentur. Non terræ  
motu, nō fulmine, nō prodigijs vllis, aut mon-  
stris conturbantur. Nihil est denique quod  
animum hominis Christiani conuellere, aut  
labefactare possit. Sic est enim institutis, vt si  
orbem terrarum bellis ardore videat, si om-  
nia sibi pericula intendi, si cuncta incēdīo cō-  
flagrare, atque pene consumi, ipse tamen opti-  
ma spē plenus constantiam retineat: nec vlo-  
vnam horrore perfundatur. Primum quia  
credit esse se fortissimis copijs constipatum,  
atque communictum. Dicit enim e sacris li-  
teris, esse quosdam c̄lestes exercitus, qui pio-  
rum hominum salutem tucantur, & ab illis,  
cum commodum est, omne imperum, atq; fu-  
rorem hostium propulsam. Hoc enim se præ-  
sidio vallatu eis sensit Iacob, cum castra dei  
se conspicere testificatus est. Rursus cū Syriæ  
exercitus Heliſei capiti imminet et, ipsiusque  
minister formidiae perterritus op̄e implora-  
ret, noli timere, inquit Heliſeus, plores enim  
nobiscum sunt. Subiungit deinde sacra histo-  
ria. Cumq; orasset Heliſeus ait domine ape-  
ri oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit do-  
minus

## LIBER TERTIVS.

cclix

minus oculos pueri, & vidit, & ecce manus ple-  
nus equorū & currū igneorū, qui eingebant  
Heliſeu. Atq; nequis in paucos illud diuinum  
præsidū collocatū esse putet, alibi devniuersis  
qui pietatē colunt, Deūq; casta, & pure vene-  
ratur, sic scriptum est. Castra posuit angel⁹ do-  
mini in circuitu timetiū eū. His igitur testimo-  
nijs qui firmissimā fidē adiungit, seq; diuino  
præsidio munitum esse credit, trepidare metu  
nō pot, sed elato animo, atq; cōfidēti, id quod  
alio in loco scriptū est vspurabit. Si cōfisat ad  
versū me castra, nō timebit eorū meū. Si insur-  
gat aduersū me pr̄glīu, in hoc ego sperabo. Itē  
illud. Hi in curribus, illi in equis, nos autē in  
nomine dñi spē repositā habemus. ipsi, confra-  
eti ceciderunt, nos autē erexit victoris reporta-  
vimus. Hęc igitur in quā spes gētē Christianā  
imbecillo animo esse nō sinit. Deinde immot-  
talitatis cogitatio atq; certa glorię futurę pre-  
fensio, quātā vim habet, ad constatiā stabilię  
dā? Refert C̄esar Gallos illa prudū discipli-  
na, quā persuadere nitebatur, nō interire ani-  
mas, sed ab alijs corporib., ad alia post mortē  
trāsire, fuisse v̄hemēter ad virtutē excitatos.  
Itaq; metu mortis neglecto, intrepide fese in  
quodcūq; capitūs periculū, atq; vitæ discrime  
inferebant, cum nihil aliud esse mortem op̄i-  
narentur, quām mutationē vita, atque in alia

Kk iij corpo

## DE NOBILITA. C HRIST.

corpora migrationem. Ita ne tandem? Prisci illi Galli ignorati alitatis opinione vanissima ex imenani quadam superstitione concepta, nulla pericula recusabant: Christiani, qui non imbecilla opinione, sed constanti fiducia credunt, se postquam ex hac vita excerserint, forte beatissimos, mores horrebunt? Quid est enim magis in Christiana Religione celebratum, quam omnes eos qui coluerint iustitiam & pietatem, posteaquam e corpore, quasque vinculis emisj. fuerint, in cælum evolaturos, ut immortalis gloria ævo sempiteroꝝ perfruantur? Quid deinde est magis animis nostris infixum, quam fore aliquando, vt corpora qua iam penitus consumpta sunt, instaurentur: atque cælesti splendore collustrata, rursus cum animis ipsis inuolabili feedere coniungantur: vt sic diuinitus renkuati, omniibus, suminis, & æternis voluptatibus animo, & corpore potiamur? Hoc qui persuasum habuerit, numquam mihi credere, ab ista vita innumeris ærumnis, atque calamitatibus inquinata, innitus & iniquo animo discedet. Quid autem postremo dicam de amore illo invento, & incredibili, quo illici qui vere Christi sacris imbuti sūt, quoidie magis inflammatiuntur? Illud certe perspicuum est, nulla re magis incitari, ac incendi animos

co-

pi-

ad

## LIBER TERTIVS.

cclx

ad omnia capitis pericula subeunda, quam benevolentia, & charitate. Nihil est enim amanti difficile, nihil non suave, & incundum quod pro re quam habet caram suscipiatar. Mortem ipsam que omib[us] horribilis est, & maxime pertinacenda, vltro etiam appetendam interdum putat, non modo contemnendam: Quod si tantum valeat amor leuis mis sepe de causis inter homines conciliatus, vt contemptionem mortis etiam inducat: quid de illius caritatis magnitudine dicam, quæ munere spiritus diuini, puris & integris mentibus concessa est? Elius certe vi concitata Christiana nobilitas omnem vitæ suavitatem, in laboribus & periculis pondam esse duxit, omnes corporis voluptates, & fluxos honores, omninitque rerum affluentiam aspernata. Illa Christi cupiditate vehementer incensa, neque minis, neque terroribus, neque inauditis supplicijs, à pictate dimoueti potuit. Illa postremo faciebat, vt omnia tormenta que pro Christo, quem unice, & ardenter amabat, patiebatur, leuia, atque iucunda putaret. Quin etiam nihil videbatur Christianis quæ optabile, & expetendum, atque pro Dei immortalis religione, vitam in summis totius corporis cruciati bus amittere. Quod minime mirandum est. Nam

Kk iiiij cum

## DE NOBILITA. CHRIST.

cum amor omnem animi cogitationem auer-  
tat à fornicidine, necesse est ut summum at-  
que diuinum amorem, incredibilis constan-  
tia, atque divina consequatur. Vtra igitur tan-  
dem religio ad virtutem facilius incitabit?  
Ea ne quæ hostiarum fibris, aut altum inno-  
latu, aut apium examine, atque consictis mon-  
stris suspensam tenent horinum inbecillita-  
tem? An illa potius quæ animos ita conser-  
mat, ut neque totius orbis conuersione libe-  
ratori possint? Illa deinde, quæ dementi su-  
perstitione ipsam humanæ virtutis exercita-  
tionem sepe numero impediuit? An illa po-  
tius quæ infirmam naturam mulierum, & te-  
neram ætatem puerorum, incredibili virtutis  
constantia roborauit? Illa postremo quæ  
nulla firma spe mentes humanas confirmare  
poterat? An illa quæ diuini auxiliij ostensi-  
one, certissima spe immortalitatis, diuini numi-  
nis amore, atque studio, ad diuinam virtu-  
tem erudituit, & ad omnium rerum humana-  
rum despiciētiā instruxit? Sed quid opus  
est homīs istius impurissimi vel impicta-  
tem, vel amentiam multis argumentis con-  
vincere, cum vtrumque sit adeo manifestum  
ut nihil facilius deprehendi possit. Impieta-  
tis scelus cum istis maculis velit aspergere  
Christianam dignitatem; quod numquam fe-  
cisset,

## LIBER TERTIVS

eclxi

cisset, si aliquam præclaram opinionē de Chri-  
sti numine habuisset. Furoris amentia cum tā  
falsis, ineptis, male cohærentibus rationibus  
nefariam illam sententiam confirmet. Atque  
scio quidem me longias oratione prouectū,  
quām forrasse necesse fuit. Hoc autem si quis  
vitiosum putabit, velim ut partim tribuat  
hanc veniam iusto dolori, quo sum mirabili-  
ter elatus; partim existimet, id instituto no-  
stro minime alienum fuisse. Cum enim de  
Christianæ claritatis splendore sermonem  
instituissim Het uscus autem illi scriptor, cā  
demi impurissimo genere orationis obseura-  
re conatus esset, non dissimulandum puta-  
ui, præsertim cum eorum numerum qui vel  
scriptis illius incitati, vel sponte sua, eiusdem  
sceleris atque furoris affines sunt, late & va-  
rie diffusum intelligerem. Nunc autem, po-  
stequam illorum pertulantiam confutauim  
ostendimusque id quod erat satis aper-  
tum, nihil angustum, atque demissum, sed am-  
pla omnia atque diuina in Christianis institu-  
tis reperiri; omnemque sanctissimam huius di-  
sciplinæ rationem ad animi magnitudinem,  
& contemplationem mortis excitare: non alie-  
num erit, quando de fortitudine militari fe-  
cimus mentionem: illorum etiam orationem  
paucis refutare, qui yniuersum militiae ge-

Kk v nus,

DE NOBILITATE CHRISTI.

nus, ut rem impiam, atque sceleratam, Christique præceptis aduersantem execrantur. Primum autem cum detestentur belli gerendi ratione, cum pro æquitate, religioneq; suscipitur, non satis intelligo: cum eam innumeris sacram literarum testimonijs laudari magnopere videamus. Quod isti non negit, sed quid a iunt? Multa fuisse in antiqua lege cœtenta, que tamen erant magis temporis causa ferenda, quam laude cœlebranda: ut facere diuortium; ut exteris genibus fœnerari: ex quo etiā generare esse dicunt bellum mouere. Sed quid habet simile, vel fœnus, vel diuortium, cum militari virtute? Illa ethica non prescripta, sed hominum imbecillitatibus concessa sunt: at belli gerendi præceptum, qui detestabat, inexpiable scelus in sece concipiebat. Vbi enim legimus fuisse pœna, aut execratione sanctum, si quis vbi pri- mum aliqua offensione interpolita licuisset ab uxore non discederet: aut ab alienigenis fœnus non exigeret? At multis in locis animaduertimus, viros spiritu diuino concitatos, extremo suppicio sanxisse eorum ignauiam, qui prodire in aciem recusarent. Quid autem hic. Deborah commémorem? Que numine sancti spiritus afflata, male precuror ijs, qui prælia domini pro virili parte non suscipiunt

LIBER TERTIVS ccxiiij  
cipiant, eorumque desidiam acriter, atque vehementer infectatur. Ruris obijciunt nobis circumcisionem, agni immolationem, antiqua sacrificia: quæ summa olim religione seruabantur, & post Christi adventum coli desierunt. Quasi militia ad sacrorum ceremonias, atque mysteria pertineat: & non potius recipi gerendæ caula constituta sit. Illa namque sacra, in quibus erant adumbrata signa iustitiae, atque salutis per Christum optimam maximum cœstituenda, posteaquam res ipsa, quæ signis illis indicabatur advenit, iure atque merito repudiata sunt. Hoc autem de bellicis virtutis existimari non potest: cum non in ceremoniarum rationem cadat: sed causa publicæ salutis custodienda exulta sit, & ad ciuilis disciplinam pertineat. Confundere autem ea que sunt secerenda, aut extremae dementiae est: aut summæ temeritatis argumentum. Cum vero recipi status stabillis non possit, nisi armorum præsidio fulciatur: siquidem omnes artes pacis sunt in tutela militaris disciplinae, qui militiam tollit, is rem publicam cœuerit. Quod si Christianis moribus fieret, aliqua ratione industi criminare homines furiosi repub. aliquam per Christianos mores fuisse sublatam. Que calamitia quantum sceleris, atque vanitatis habeat iam

## DE NOBILITA. CHRIST.

iam est superius explinatum. Non vult enim Christus ciuilem statum conuelli, sed confirmari potius, atque constitui. Quemadmodum igitur securim è manibus magistratuū non extortis: ita neque militem gladio spoliariunt: vt ille scilicet auctoritate legum armatus improbitatem in reipu. visceribus haerentem legum seueritate comprimeret: hic armis, tectus pestem reip. imminentem virtute repellerer. Ob id Ioannes nunquam deterruit homines ab amorum studio, sed potius militibus ipsis, innocentiae, & moderationis iura præscripsi. Et Paulus eos magistratus, qui securi feriunt noçentes, & facinorosos homines, Dei ministros appellat. Nihil esset quidem magis optandum homini Christiano, quam ut omnes mortales fese continerent à scelere, & cupiditate. Cum vero id semper contingere non possit: & pro continentia, effrenata libido, pro iuſtitia, aut extrema vis, aut intestinus furor exoriatur, tum necessario, aut impetus hostium est armis, & virtute depellendus, aut audacia ciuium ferro. etiam reprimenda. Id inquiunt, Christiana mansuetudine est alienior. Quasi vero ullum genus crudelitatis maius esse possit, quam in communi periculo esse dissolutum atque negligentem. Precepit Christus ne illatam injuriam

L I B E R T E R T I V S. eclxij  
iuriā vlcissemur. Est quidem perfectæ cū mularæque virtutis, vbi nobis iniuriaz priuatim inferuntur, miram & singularem animi patientiam ostendere: vbi vero, aut communis salus, aut religionis dignitas agitur: iniuriam robor cōtra furorem, atque scelus affamerē. Pacem nobis vnicē commendauit. Illum sanē pacem, quam nobis ipse largitus est: qua nō humano otio continetur: quis enim suspicari potest humanam istam securitatem nobis concessisse, cum discipulos suos omnibus fluctibus humani furoris obiecerit? sed eam, qua in Dei gratiā, qui nobis grauiter in fensu erat, & à cuius religione voluntates nostræ diffidebant, reduci sumus. Has igitur inimicias sanguine suo, vt multis in locis Paulus testificatur, Christus extinxit, pacemque nobis sempiternam impetravit. Hac autē frui vel maxime licebit, cum bellum acerbum, & graue pro publica salute aut religionis studio geremus. Nisi forte putamus Abrahām istius diuinæ pacis fructu caruisse: eo tempore, quo domestica seruorum manu cōparata, maximum & fortissimum excitatum est adortus: & quatuor reges incredibili virtute deuicit: hostibusque partim cæsis, partim fusis prædam detraxit: aut Gedeonem cum trecentis tantum viris fortissimis se-  
ptus,

## DE NOBILITATE CHRISTI.

Itus, innumerabiles copias hostium trucidauit. Quid Iesum Molis succlorem? Quid Ieptem? Quid alios viros excellentes, tam tantum studiis, quam bellicis laudis gloria præstantes, cominemorem? Iis ne omnibus dicemus Deum iratum fuisse, quando in hostes irruerant? An potius tum maxime diuina pacis fructum tulisse, cum bella sanitissima contra sceleratos homines suscipiebant? Qui in nobis, inquiunt, cum illius veritatis exemplis illi, quidem Hebrei fuerunt: nos vero Christiani sumus. Pergitis ne vos diuinorum illos homines à Christianorum ordine, atque dignitate se iungere, qui ut est demonstratum superius, egregii Christi cultoris extiterunt, & eodem diuini spiritus dono, atque munere, quo nos affecti summus, ornati fuerunt? Quid enim aliud significat illa conciamatio, gladius nesci & Gedeonis, & illud rufus, factus est super Iepte spiritus domini, & eiusmodi innumerabilia, nisi non absq; Christi nomine, quod illis fortissimis hominib; presens aderat, tanta bella suscipi, atq; p' ostigari potuerit? Quid deinde illud? de cœlo dimicacū est contra eos, & st. Ille manentes in ordine suo, & in cursu suo aduersus syaram pugnauerunt, nisi ecclastes exercitus Christo imperatori, quem dominum exercitū sacra litera-

appel-

LIBER TERTIVS. cclxvij  
appellat, commissos, propijs cōtra nefarios & impios pugnam capessere? Non est igitur cur hęc virtutis exēpla, à sanctissimis illis, hominibus, ad sempiterni temporis memoriam relicta negligamus. Non enim à nobis aliena, sed propria & domestica sunt, ad quorum imitationē nos ipsis aliquando excitemus oportet. Neque qui tam imbecilla mente sit, vt putet, id Christi placitis aduersari, quod ipsius praesidio perfectū esse scimus, & ad quod gerendū ipsi prope voce fortissimos homines incitato fuisse cōpertum habemus. Ut enim vetustiora prætermittam, Constantinus imperator non tam numero militum, aut robore exercitus, aut bellandi scientia quam Christi praesidio Maxentium superauit, quē ita prima impressione metu perterruit, vt infugam turpis simam versum, ad exitiumque præcipitem, Tibaris alueo demergi cōpelleret. Illum autem exitium terrorē hostium animis, ipsius Christi numen iniccerat. Cum enim Constantinus, iam de Christiana religione præclare sensisset, videt eo ferme tempore, quo erat cum hoste congressurus, æthere puto atque sereno, crucis speciem diuino splendore coruscantē vocemque ē cœlo missam accepit, quæ illi visionem denūciabat, si modo crucē, tamquam summi atque æterni dei vexillum sequeretur.

Inde

## DE NOBILITATE CHRISTI.

Inde igitur omnibus regijs, insignibus, crucis signum anteponit, in illo omnem specm non modo victoriae, sed immortalitatis, & aeternae gloriae collocauit: illo insignitus, innumerabiles hostium exercitus fundit, imperiumque Romanum latissime propagauit.

viii. Quid de Theodosio dicam? Qui cum Eugenio ita confligit, ut facillime se Christi praesentis auxilio superiorum esse cerneret. Fuit autem in hoc imperator ille mirabilis, qui quo tempore reliqui corpora somno & cibo resuscitant, sibi abstinentia, & votis summa religione suscepit animum confirmabat. Cuius quidem pietatis, atque religionis fructum eximium tulit. Nam vobis primum signis collatis manum cum hoste conseruit, excitati repente turbines vehementissimi, aduersas copias hostium peruerterunt, & tela ab illis in Theodosij exercitem coniecta, maximo impetu repulerunt. Illius autem insignis Victoria meminit Claudioius dum ita ad Thodosium scribit.

Omnium dilecta Deo, cui fundit ab antris Acolus armatas hymnes, cui militat aether,  
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Quid Carolus Martellus? Sine Christi praesentis auxilio suspicari possumus, ab exiguis initijs, ad tantam glorie magnitudinem peruenisse? Præsertim cum eas res gesseit, qua viribus

## LIBER TERTIVS.

celxv

b<sup>9</sup> humanis perfici nullo modo potuissent. In credibile fortasse multis videbitur, quod est traditum memoriae, fuisse uno prælio ad trecenta septuaginta millia Arabum, virtute & a spicis Martelli occisa, eo præsertim tempore, quo gens illa plurimum armis poterat, & cu<sup>m</sup> E<sup>t</sup> Africæ, atq; Hispaniæ exitiam & vastatem intulerat. Mihi vero nihil minus dignum admiratione videtur. Nihil enim tam arduum, atque munitum, quod non excellens virtus, religionis studio confirmata, expugnet, & conterat. Simili religionis studio incensus Carolus Magnus, omnia grauissima bella contra Christiani nominis hostes suscepit, nec ullu<sup>m</sup> iniquum periculum Christianorum recipi dene-  
gauit. Non immerito igitur illius virtutes, qui bus tamquam gradibus in celum ascendit, omni genere monumentorum, immortalitati consecratae sunt. Pariter religiosus ardore multis post aetatis multi principes Itali, atq; Galli, duce Gothifredo viro singulari animi virtute, & egregia pietate florentissimo, expulsi Turcis, atq; Saracenis, Ciliciis, & Syriam omnemque illam Asiam partem armis receperunt: & Hierosolymam, cuius liberandæ studio, omnia que sunt in vita cara, atque pericula, reliquerant, immensosque labores suscepserat, ingenti armorum contentione recu-

Liber  
pera.

## DE NOBIL. CHRISTIA.

perarunt. In quibus hominibus, nescio quid primum admirer, eximiam ne vi tutem? an insigrem potius pietatem? Virtutis enim magnitudo tanta fuit, ut omnes barbarum, que tantum in uno, atque robore valebat, ut etiam de viuero nomine Christiano ex hominum memoria delendo cogitaret, itare perirent, ut longe à Syria finibus submouerentur. Singulärer pietas in eo perspecta est, q; nec vila necessitate coacti, nec injuria lacessiti, bellum cunctis hostibus Christiani nominis intulerunt, ut Christi monumenta atque vestigia terris illis ad insignem diuinam, benesificij memoriam impressa, venerari, maculamque illam sanctissimi sepulchri, à barbaris oppresi, que in Christiana gente insederat, delere possent.

viiij. Quid autem de rebus ab Hispanis ardentissimo animo, atq; singulari pietate gestis sermonē ipsiusmodi? Quae quidē eiusmodi fuerunt, ut nōmo sanis suspicari valcat, eas si ne Christi praesentis auxilio, cuius amore Hispanorum natio libentissime se in vita discernit, inferebat, perfici potuisse. Cum enim tota Arabia, & Africa influens in Europam, Hispanos armis oppressisset, & cæde ac infinita crudelitate consumisset, paucissimi ex illo naufragio collecti tata virtute hostium impetu

petunt

LIBER TERTIVS. ccxvij

petū represserunt, ut magnā etiam Hispaniae partem in libertatem vindicarēt. Posteri deinde majorum exempla ita secuti sunt, ut cum pauci admodum essent, Africa vero ingētem vim hominum sēpē numero effunderet, quæ Saracenis Hispaniam incolentibus subsidio occurrebat, non modo tantæ multitudinis incursiones, atque furentes impetus sustinerent, verum etiam omnem Barbariam ex Hispania tandem exterminarent. Cuius facinoris confecti, Ludouice clarissime, laus incredibilis penes Fernandum regem aūum tuum constituit, virum inuictissimum, & in omni genere laudis excellentem. Si querat autem aliquis causam cur, ea gens que floreatem, & integrum Hispaniam opprēserat, ab eiusdem Hispaniae reliquijs fuerit expulsa, atque profligata, non aliam reperi et, quam religionis studium, quod quidē anteā erat pene extinctum, & post illam plagam nostris gentibus inflictam fuit mirabiliter excitatum, atque renouatum. Illo igitur incredibili ardore pietatis incitati, cum omnia præclaræ facinora pro Christi nomine suscepissent, res illas immortalitatē dignissimas effecerunt. Insinitum esset, si vellem recensere, quam multis in locis immensas hostiū copias exigua manu fuderint atq; deleuerint: quoties signis clarissimis ubi

Lij suppe

## DE NOBIL. CHRISTIA.

superierias è cælo venire senserint, quodquid  
dem minime obscurum fuit, in Alfonso pri-  
mo Lusitanæ Rege, principe vestri generis  
atque nominis. Is enim vir, excellenti virtute,  
& incredibili pietate prædictus, cum omnē  
ætatem in sanctissimis bellis, pro religionis  
dignitate suscepit consumeret, videretque  
quadam die se cum parua manu, maximis ex-  
ercitibus oppositum, animaduertit in cælo  
Christi speciem, diuino fulgore circumlucen-  
tem, illoque aspectus confirmatu, quinq; re-  
ges vna die debellauit. Quid de eius filio Sā-  
lio dicam? Cuius ut alia præclara facta pre-  
termittam, illud certè fuit insigne ad memo-  
riam nomi'nis sempiterni, cum ingentes Mau-  
rotum copias in Lusitaniam erumpentes, vt  
inde Hispaniam vniuersam in ditionem suam  
redigerent, non repræsensit solum, sed etiam  
singulari virtute domuit, atque penè contri-  
uit. Non est autem necesse, aliorum regum,  
qui ab ipsis nati sunt, ætates atque tempora  
perseQUI. Id certè nostrorū annalium literis,  
atq; testimonio constat, nemine ferme ex illis  
fuisse, qui nō egregiā, tum virtutis, tū etiā pie-  
tatis laudē fuerit adeptus. Itaq; Mahometanis  
omnib⁹ magna belli cōtētione superatis,  
ac è Lusitanæ finibus expulsis, exercitū etiam  
in oras Africæ, nō tā numero, quam viitute

inui-

LIBER TERTIVS. clxvij

inuictum induixerunt, clarissimisq; partis vi-  
ctorijs, & multis civitatibus expugnatis, ma-  
gnā Mauritanæ partē armis occupauerunt.  
Non est autem facile explicatu, quanto ani-  
mi ardore, & alacritate prælia illa à nostris  
commissa sint, qui ita in hostium acies irrue-  
bant, vt etiam mortem appetere viderentur.  
Intelligebant enim huius vitæ cursum: exi-  
guo spatio circumscribi, & animi cogitatio-  
nem in illam immortalem gloriam refere-  
bant, quæ proposita est omnibus qui fortiter  
& pie moriuntur. Illa autem firmissima spe  
immortalitatis, & studio religionis incensi,  
nihil interdūc ardentius optabant, quām vt  
vitam fluxam, & breuem, quam erant paulo  
post naturæ concessuri, pro Christi nomine  
deuouerent. Illorum igitur opera factum est,  
vt omnes illæ nationes, quæ numero, & im-  
petu poterant rursus in Hispaniam redun-  
da're, ita recisæ sunt, vt magis nostrorū tela suis  
capitibus intenta pertimescant, quām nos il-  
lorum furorem metuamus. Postremo, quan-  
tum illud est? quod vastū & immensum mare  
longissima, & maxime pertinacenda nauig-  
atione transmisserunt, omnesque ferme so-  
lis obeuntis, & orientis, aquilonis, austri-  
que partes armis peragrarunt. Quid enim  
hic commemorem Aethiopiam deuictam;

Ll iij Arabicæ

**DE NOBILITATE CHRISTIA.** Arabiae, & Persicis vrbes munitissimas ex pugnatas. Indiam durissimo bello superata: instru*ctissimas* classes & maximos exercitus profligatos. Turcarum potentiam in illis partibus nostrorum virtute repressam, atque conuulsam? Numquid haec omnia eiusmodi sunt, ut sine Dei immortalis ope praesentissima fieri potuisse suspicemur? Equitatem numquam tantum Emanuelis patris tui, regis in ui*ctissimi*, atque omnis memoria facile Principis virtutis prudentiaeque tribuam: numquam adeo Regis omnium inst*itissimi*, atque clementissimi Ioannis fratris tui diuinum animi consilium, & virtutem incredibilem ad mirabor: numquam denique ita nostrorum audaciam, & domesticam natu*ram*que indolem amabo, ut res tantas, humana prudentia atque viribus, & non potius divino consilio & nomine gestas existimem. Nec enim calliditate Mauri, neque viribus Persar, neque apparatu bellico Turcar, neque numero Arabes a nostris vinci potuerunt. Sed etiam pie tate, atque sanctissima Christi religione, quae in nostris semper eluxit, superati, atque dissipati sunt. Hoc vero rem Lusitanam auxit, regi Iugnostris decus immortale peperit, infinitamque alienigenarum multitudinem, eorum imperio parere assuefecit. Sed quid attinet

pluribus

**LIBER TERTIVS.** ccxvij pluribus exemplis vti, cum nihil sit clarius, aut illustrius, tum ex sacrarum literarum testimonijs, tum etiam ex infinitis rebus, ad eternam memoriam consecratis, quam illud genus belli, quod aut pro salute publica, aut religiosis incolumente suscipitur, ita Christo acceptum esse, ut etiam praesenti nomine illeius administretur? Quod si Christi religio non impedit exercitationem militarem, immo potius easdem mirandum in modum illustrat, atque confirmat: cum omnem formidinem firmissima spe immortalitatis eripiat, & ad veram gloriam incredibiliter inflameret, relinquitur non laude solum integratis, innocentias, modestias, liberalitatis, atque iusticias, florere prae ceteris Christianam nationem, verum etiam gloria virtutis militaris, & omnibus fortitudinis ornamentis esse praestitissimum. Illud enim in omni vita tenendum est, quod fuit antea demonstratum: eam tantum esse virtutem nominandam, quæ in illud summi bonum, & ultimum omnium rerum experientiarum intuetur, & officia vita non humana cupiditate, sed diuina voluntate dirigit. Vnde facile colligi potest, nec in rebus bellicis, ullam egregiam animi virtutem præstutisse eos, qui omnes ymbras false gloriae consecrati sunt: ad veram tamen lucem,

Ll iiiij & splen-

DE NOBILITA. CHRISTIA.  
& splendorem peruenire non potuerunt. Soli qui ad Christum adspirant, cum respiciant in verum finem, cuius causa vita dimications, & pericula capitum adire non gloriosum modo, sed etiam suauissimum, atque iucundissimum esse putant, fortes & magnanimi sunt existimandi.

ix. Extremum illud est, ut agitemus animo quantum nomen, quanta dignitas, atque maiestas si Christianæ nationis, quam ille princeps Deus ab omni contagione sceleris expiatam sibi adoptauit, amplissimis gloriae insignibus ornauit, & beneficijs immortalibus, atque diuinis affectit. Quam nulla mortalis auctoritas attingit: nec ipse quæ solum Deum tutorem, atque parentem agnoscat. Quam Christus optimus maximus ira sibi coniunxit, ut diuinorum etiam ornamentorum societate diuinciret. Nos enim illiusunctionis diuinæ participes effecti: nobis regnum atque sacerdotium largitus est: nostris ani nis rerum cœlestium notitiam inspirauit, & ad omne virtutis genus mirabiliter, atque diuinatus instruxit. Qui igitur laudem, qui dignitatem, qui gloriam querit, in studium Christianæ virtutis incumbat: veram iustitiam, ab solutam liberalitatem, perfectam animi moderationem, & reliquas virtutes quæ nobis à

domino no-

LIBER TERRIVS. clxix  
domino præscriptæ sunt, ardenter amplectatur, eoque fortitudinem retinet, cui foli conuenit huius nominis decus & amplitudo. Quid enim aliud est, in vita constans, excellsum, atque magnificentum? Quid non potius fluxum, deumissum, & turpiter abiectum? Siue enim diuitiarum in cœstatiam respiciamus siue honoris & humanæ gloriæ levitatem, siue quendam fucatum generis, & nobilitatis splendorem, siue postremo virtutis humanæ speciem simulatam atque fallacem, nihil reperiemus quod mentem valeat explere, aut animum voluptate diuina p̄ olsit allucere. Omnia namque sunt augusta, fluxa, mortalia, erroris, & inanitatis plenissima. Sola Christianæ nobilitatis ornamēta ampla sunt, immortalia, diuina: quæ nulla vñquam vis eripit: nulla vetusta obliuione obrepit: nulla calmitas extinguet. Et quanquam humani peccatoris angustie nou possint capere tātam dignitatem: illi tamen qui Christi beneficio ab hominibus exierunt, & in diuinam familiam traducti sunt, eam diuino præsidio confirmati facilime substinebunt, & tuebuntur. Licet enim in terris videntur, cœlitum tamen iura retinent: & sunt iam quodammodo in deorum numero collocati.

x Habet à me munus clarissime princeps, nō

Li v quidem

## DE NOBIL. CHRISTIA.

quidem doctrina & ingenuo perpoliti: quo-  
rum vtrumque mihi deesse moleste fero, sed  
certe tuis studijs, & animi magnitudi-  
ni consentaneum. Cum enim virtutibus humanita-  
tis, liberalitatis, constantia fortitudinis, mira  
bilitate ornatus sis, tum illud est in tuis mori-  
bus amplissimum, quod omnia vita consilia  
pietate, & religione Christiana metas. Nec  
enim regius, atque domesticus splendor ita  
tibi unquam animos extulit, ut non multo  
plus gloria atque decoris in Christiani no-  
minis dignitate ponendum statueres. Nec ita  
praeclaras actiones suscepisti, ut popularis  
latidis auram respiceres. Nec eo animo vi-  
tam multis periculis obiecisti, ut aliquod hu-  
manum premium tibi proponeres. Sed cum  
alta quadam mente praeeditus sis, in ompi-  
bus rebus quas abs te singulari confilio, & in  
incredibili virtute efficiuntur: sive illae ad pacis  
ornamenta, sive ab bello gerendi rationem  
pertineant, ostendis facilissime te humana ne-  
gligere, & diuina studio ardentissimo con-  
tueri. Non immenso igitur te omnes boni di-  
ligunt, omnis nobilitas intuetur, orans Hi-  
spania laude atque praedicatione celebrat.  
Nemo enim est, qui modo te noscerit, quem  
non habeas sua uitate morum, ingenij diuinitate  
incredibili pietatis ardore, tibi admirabilitate

deuin-

## LIBER TERTIVS. cclxx

deuinsum. Et quamquam virtutis spectatae  
conditio sit longe difficillima, siquidem non  
leue negotium est, hominum expectationi,  
iam propter res praeclare gestas concitatæ re-  
spondere, ea tamen est animi tui magnitudo,  
ut omnium de te opinionem facillime vince  
re, atque superare valeas. Nec enim Christus  
optimus maximus tibi omnia praeclara faci-  
nora ad illius gloriam dirigenti, decriit vim-  
quam: sed nomine suo te protegat, atque sem-  
per tuis ornamenti decorabit.

FINIS.

B I L B A O.

*Excedebat Mathias Mares Anno  
Dominii. 1578.*